LAMINDI PRITANII REDIVIVI EPISTOLA PARAENETICA AD PATREM BENEDICTUM PLAZZA E SOCIETATE JESU,

CENSOREM MINUS AEQUUM LIBELLI

DELLA

REGOLATA DIVOZIONE DE' CRISTIANI

DI LAMINDO PRITANIO,

VIDELICET DI

LUDOVICO ANTONIO MURATORI.

VENETIIS,

MDCCLV.

Apud Jo: BAPTISTAM PASQUALI,

SUPERIORUM PERMISSU.

Nititur quiescentis Fratris memoriam dissipare.

Cœlestin. Epist. ad Episc. Galliæ cap. 1.

Nunc tibi certe, quod tam male, ac falso de me fueris opinatus, ignosco.

Augustinus Lib. 4. Operis imperfecti num. 4.

AEQUIS LECTORIBUS,

ET A PARTIUM STUDIO ALIENIS.

Arӕneticam hanc Epiſtolam graviſſimum prӕſeferre adverſum prӕjudicium apud cordatos, ſapienteſque Viros, omnes prima fronte judicabunt. Ecquid hominis erit P. Plazza (quivis legens inquiet) ex Societate Jeſu Sacerdos, Theologus; ut tantas potuerit, tantas voluerit, in ſuo Opere conſarcinare calumnias, putidas, craſſas, apertas, adverſus poſtrema ſeptem Capita Libelli *della Regolata Divozione di Lamindo Pritanio*, videlicet *di Ludovico Antonio Muratori?* Impoſſibile prorſus. Ita quidem. Verum annon item impoſſibile, ut *Muratorius*, quem univerſa Europa, Catholica, & Acatholica, ſuſpexit, & admiratur, Virum Pietate, Sapientia, Operum copia, Varietate, Pretio, immortali laudi conſecratum: annon, inquam, impoſſibile, ut tantus Vir in ſeptem brevibus Capitibus unius Libelluli congerere tot potuerit temeraria aſſerta, vel impia, tot errores, quot opponit P. Plazza contineri in eodem Libello? Profecto ita etiam. Etenim verӕ rationi penitus congruit, ut, quem nullus pravӕ doctrinӕ rumor aſperſit unquam, in tam longa ӕtate ſeptuaginta octo Annorum, in innumeris diverſi argumenti editis Operibus; ut numquam creda-

datur, tantas potuisse sordes componere in septem illis Capitibus, quantas Augiæ stabulum non habuerit. Quibus adde (quod maximi momenti argumentum est) laudatus *della Regolata Divozione* Libellus ad Sac. Indicis Congregationem delatus; ut probaretur, an ceu stipula, & fœnum consumeretur in igne Censorio, an aurum obryzum, pellucidior ex igne prodiret. Quodnam sapientissimum fuerit judicium Censorum, ex eventu non ignoramus. Si in Sicilia congeminati a P. Plazza clamores usque ad sydera adversus Libellum; si Neapoli a Concionatore Sodali (Romanam facultatem usurpante!) vociferationes æstimarentur millies geminatæ usque ad ravim; quas certe Romanos Censores, compertissimum est, non latuisse; nunc quidem neque cineres essent impetiti Libelli. Nimis vero deplorandam sortem utriusque, & Plazzæ, & Concellitæ! Cuncta isthæc nauci fecisse Censores æquissimos, liquet: Libellus nempe ab omni nota immunis, ut ante, omnium manibus teritur, cunctorum subjicitur oculis. Quo igitur modo e vadis emerget æquus Lector rationum tam oppositarum, ut pro veritate decernat? Una suppetit via, quam sincere peropto: videlicet neque benevolus Muratorio sit, aut adversus, neque P. Plazzæ, neque Epistolæ Auctori. Prælegat Libelli attentata septem Capita, *prius legatur ipse Plazza*, *ac deinde nostra responsio* (*a*), subinde æquus Judex assideat; spondeo securus: primo aspectu non videre nequibit, quam vere, quam fideliter, quam ad litteram, referat Epistola Plazzæ calumnias: quam nervosius, quam insuperabilius, absumat eas, & in nihilum redigat. Papæ! quam ampullosa verba. Ita quidem: *Vident, velint nolint: aperta Veritas, & clausos oculos ferit* (*b*): iccirco ad ipsam oculorum experientiam appello æqui Lectoris: qui elaboratam videns Epistolam ad veritatis amussim, subinde prædicet impetitum injuste Sapientissimum Virum, innoxiam doctrinam Libelli, & P. Plazzæ nimium calumnias apertas. Ea propter morem sectatus Augustini, Juliano scribentis (*c*) *Unde ne tibi videar calumniari, ipsa tua ver-*

(*a*) Lib. 1. cont. Serm. Arian. [*b*] August. Tract. 12. in Joan. n. 2. (*c*) Lib. 4. cont. Julian. cap. 3. num. 19.

verba jam ponam, Plazzæ semper verba exscribo fideliter omnino, & adtente; ne ea præterirem, quæ integro sensui necessaria reputavi.

Præfando ne prolixior sim; de uno dumtaxat, & de altero præmonendum duco. I. Pritanius inducitur Epistolæ Auctor, suique Defensor; sed Redivivus ad tempus, iterum moriturus post scriptas vindicias. Incongruum itaque ne existimetur, si quandoque sibimet suus sit Encomiastes. Qui enim hoc pacto fingitur Redivivus; jam in eo statu versatur, in quo nequeat homo, aut laude sua intumescere superbus, aut illato opprobrio deficere pusillanimis. Id etiam ex necessitate factum est: & ut validius retunderentur tela adversarii; & ut intelligeretur ab omnibus, quantus sit, quem perfracte impetit Plazza usque ad famæ internecionem. II. In tres Partes suum Opus partitur iste, Partes in Capita: hac tamen methodo, ut (*a*) *in singulis cujusque Partis Capitibus unum aliquod Pritanianæ Reformationis documentum, sive aperte traditum, sive occulte insinuatum, ipsius verbis fideliter latine relatis, discutiendum, & confutandum aggredimur*. Ipso igitur præscribente, omne id Pritanio affingit, quod Summario adversatur, seu Titulo Capitum Operis sui. Methodum suam tenemus hac ratione: Scribimus primo P. PLAZZA, cujus est Summarium Capitis, quod subnectimus: subinde PRITANIUS, cujus est sequens Apologia adversus Caput. Si sera veniat Epistola, importunum nimis obstitit inevitabile impedimentum; etenim ad extirpandos Scrupulos Plazzæ, sat superque fuisset calamus velociter scribentis.

Ipse verum maxime doleo, quod oppositiones Plazzæ cogar nominare calumnias. Veris enim Christi Cultoribus, Sacerdotibus maxime, memoranda sæpissime sunt ea Redemptoris nostri (*b*) *Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde*. Hisce quippe monemur, ut asperum quodvis verbulum comprimat lingua; neque foras sinat erumpere, multo amplius in Sacerdotem, dicente Apostolo (*c*) *Seniorem ne increpave-*

(*a*) Verba Plazzæ in Præfat. pag. XII. (*b*) Matth. 11. [*c*] 1. Timoth. 5.

paveris. Ita quidem: si ipse præjudiciis adactus, metam non excedat Caritatis fraternæ. Quam si excesserit, & tali æstu, ut omnem moveat lapidem perdendi famam insontis Proximi sui; tunc quia se reddidit reum falsitates opponendo, & convicia; lex urget Naturæ, ut animadversiones patiatur, & calumnias nominari, quæ falso opponit. Hoc siquidem pacto & patentior erit injusta Oppositio, & evadet defensio validior. Cæterum in hac Epistola (ut certissime reor) nulla animadversio offendetur, quæ vitium innuat in voluntate Plazzæ. Si quæ fors indeliberato exciderit; revocatam certissime volo, & omnino deletam. Christiani sumus. Sanam ejus voluntatem & credidi, & prædico: mentem dumtaxat impeto ex Augustino, nimis nimiumque præoccupatam adversus Pritanium. Quod certe omnes æqui Lectores dijudicabunt. Quod *si culpa est respondisse; quæso ut patienter audias: Multo major est provocasse*. (a)

Alii duo emerserunt adversus Muratorium homines in laud. Libellum *della Regolata Divozione*. Verum horumce & Opera, & Nomina solis digna sunt tenebris Ægyptiacis; eorum quippe in conviciando, in calumniando impudentia supra omnem fidem, perquam satis monstrat, Libellum eos somniando legisse, somniando scripsisse. Apage tales somniantes. At Muratorio quammaxime gratulandum, qui nequeat ab adversariis suis impeti, nisi impudentia, & calumniis.

Demum quis forte mirabitur, Epistolæ nomen indidisse me non parvæ molis Operi, quales non esse solent Epistolæ. Poteram quidem in senas partiri, binas pro quavis Parte. Nolui tamen; simplicius quippe visum est, & congruentius, ut effícto *Redivivo Pritanio*, una ad P. Plazzam affingeretur Parænetica, in qua omnes ejusdem Scrupuli eradicarentur. Cui id displicet, nominet eam *Opus*, *Tractatum*, *Librum*, ut libuerit. Non est certe vitilitigandum *de Umbra*.

Parænetica editionem opperiebar, cum pro ea transmissas accipio *Observationes* solas cujusdam *Alethophili* Sacerdotis, *Sopra il Capo VIII. in cui trattasi della Speranza*, *nel Libro* della

(a) Hieron. Epist. 81. inter Augustinian.

della Regolata Divozione ec. Nimis præſidentem audaciam admiror ; nominat ſe *Veritatis Amicum* (Alethophilum) cujus in Obſervationibus hiſce infenſiſſimum hoſtem ſe prodit . Debueram illas contemnere ; neque Pritanius eget de iis vindicari : ſunt enim ſimiles ſcrupuli illis Plazzæ , aut ſomnia ſunt , eaque vaniſſima ſomniantis . Verum , ut morem gererem tranſmittenti , alteram addo Appendicem Parænetica, in qua, quæ Pritanium ſpectant , dumtaxat conſidero : ſua prætereo ; cum neque tempus ſuppetat, neque otium.

PROTESTATIO.

AD umbilicum Parænetica perducta jam erat; cum parum abfuerit, quin æterno silentio dimitterem consepeliendam. Quorumdam nempe e Societate Jesu Theologorum querelas legens adversus sapientissimum P. Concinam (aliosve) adverti, quod oppugnans iste aliquorum Jesuitarum Opiniones, ceu universæ traducatur Societati & injurius, & adversarius; etsi ne verbulo quidem Societatem lædat, etsi celebret eam encomiis expressis. Subiit proinde cogitatio: Num eadem mihi erit sors, qui P. Plazzam, ex Societate unum, graviter quidem, justissimeque, & oppugno, & expugno? Audiamne Societatis universæ adversarius, quam semper corde, & ore plurimi feci, ac veneror, sicut cæteros in Ecclesia Dei Ordines Religiosos? Absit a me: id æternum non patiar, inquiebam. Corrodenda potius blattis Parænetica deseratur; ne commentum hujusmodi, insulsissimum licet, vel falso evibretur in me.

Opportunius tamen, etsi fortuito prorsus (adamantino signanda lapillo dies) nosse datum est generales quasdam leges, ab Historiæ litterariæ scriptore, conditas, & promulgatas. Audiamus (a) „ O via: io insegnerò, come debbasi scrivere contra alcuno del Gesuitico Istituto, senza „ passar per nimico della Compagnia. I. La dottrina, contro la quale si „ scrive, sia veramente di un solo particolare, non di più Gesuiti, o di „ tutto il Ceto. Vi può esser difficoltà contro questa prima Condizione? „ Nò certo ... II. La dottrina, che in qualche particolar Gesuita s' impugna, sia veramente falsa, e rilassata; e molto più trovisi realmente „ ne i suoi libri; e non gli si attribuisca per calunniosa impostura. "

Satis hic, exclamavi lætus, satis hic: vulgetur Parænetica. Ab hisce nimirum statutis legibus justissime, sapientissime, ne minimum unguem discedo; ut nequeam proinde ceu Societatis adversarius traduci, quod uni Plazzæ adverser. Insector unum ipsum: doctrinam ejus ceu Societatis Theologi, etiamve Philosophi, nullibi oppugnare religio est. Muratorium dumtaxat vindico ab impactis calumniis; quæ adeo in Plazza sunt crassæ, patentes, apertæ, ut vel a nativitate cæcus queat videre. Et en potiores a laud. Historico leges ad amussim servatas.

Profecto autem penitus mihi haudquaquam arrident. Sed absit a me; ut ne mutire quidem audeam: *Ipse dixit*; conquiescendum est'. Jus illi est haud dubium, certum, certissimum, retroactis sæculis nulli unquam concessum; ut Eruditorum Reipublicæ solus dominetur ipse, cui jura constituat. Et quis erit tam impudens, qui tanto Legislatori velit obsistere?

Ve-

(a) In notis ad Epist. P. Rotigni, ad ipsum directam.

Velint, nolint Sapientes omnes: Parendum eſt. Et eo vel magis, & eo vel maxime; quod ſi Hiſtorico conceſſa facultas eſt, incredibilis quidem, ſed veriſſima, ipſomet Judice (*a*) jura ſcribendi Romanis Summ. Pontificibus; quanto magis Eruditi cæteri omnes arctabuntur parere? Audiantur: „ Age jam: Sanctiſſimum de Probabilitate Eccleſiæ judicium conſideremus ... Profecto quidquid garriant loquaces aliqui Antiprobabiliſtæ, Probabiliſmum, iis ſaltem finibus concluſum, quos ipſi ſtatuerunt Jeſuitarum Primores, nunquam improbarunt Pontifices. Quandonam dixere ii: VISUM EST SPIRITUI SANCTO, ET NOBIS, in concurſu duarum Opinionum, vere probabilium, Probabiliorem ſententiam ſequendam eſſe? ... (*En legem Summ. Pontificibus cuſtodiendam*) NISI ITA DISERTIS VERBIS STATUANT PONTIFICES, INANIBUS DECLAMATIONIBUS AERA VERBERABUNT ANTIPROBABILISTÆ. QUID PORRO AB HAC SANCIENDA LEGE (*adamantino caractere ſcribenda*) prohibet Pontifices? " (*b*)

REV.

(*a*) Ad R. P. Claudi La Croix S. J. Theologi Moralem alterius ex eadem Societate Theologi *Supplementum, ſeu Acceſſiones*. Anno 1750. Tract. 5. de Caſuiſtis, deque eorum uſu in Morali Theologia cap. 3. pagin. 55. Cujus Supplementi Auctor fertur Zacarias.
(*b*) Vide in fine Paræneticæ Appendicem.

REV. PATER, ET IN CHRISTO DILECTISS.

1. MAgicis carminibus nitebatur olim (*u*) Pythonissa defuncti Samuelis animam revocare Saulis imperio; ut ipsummet loqueretur Propheta. Nequivit ipsa, quod expetebat; imbecilla enim, & inepta facultas Dæmonum, ut eo pertingeret, quo existimabat illa, se posse venire. Verum Pythonicis vocibus (omnem excedit fidem!) validiores clamitationes tuæ in Opere tuo adversus me; profecto enim me, licet mortuum, ad vitam revocare potuerunt. Nempe uno temporis momento in musæolum meum, obseratum adhuc, me video translatum. Mirabundus quammaxime! existimassem somniare; nisi probe nossem, animo a corpore sejuncto, ut me esse credebam, somnia evenire non posse. Intelligebam vero, & constanter, me videre, me tangere, me respirare: sed anceps pariter, quid esset, nesciebam.

2. At

(*u*) 1. Reg. cap. 28.

2. At ecce *stetit quidam, cujus non agnoscebam vultum; imago coram oculis meis, & vocem quasi auræ lenis audivi.* (*a*) „ Comprime admirationem: Revera vivis in corpore: de inusitata industria „ id factum, ut pingues, crassosque errores, quos plena manu coacervasti, emendares: non amplius tibi, sed aliis consuleres, *quibus decantata tua eruditio non parum obesse poterit.* (*b*)

3. Hæc audiens, *pavor tenuit me, & tremor; & omnia ossa mea perterrita sunt;* (*c*) haud quidem insolita alloquentis imagine, sed errores, accipiens, me docuisse & crassos, & plures. In vivis enim, & ad altam usque senectutem *corde semper credidi ad justitiam; ore autem confessus sum ad salutem*: & optabilior mihi cæcitas sub obscura Fide, quam fallacis scientiæ lumen a Fide alienæ, vel quæ tantulam præferret umbram alienationis. Numquid, considerabam, vetusti Ægyptiorum mores rediere, qui defunctos ad jus pertraherent, eisque post quæstionem præmium, aut pœnam decernerent? Plurima edidi vivens; neminemque recordor, qui vel minimi in fide erroris, aut reum me traduceret violatæ Pietatis. Et quidem sat in tuto positum me existimabam, quod nusquam nunquam in tot meis Operibus devius aberrassem a vera Fide, a sincera Pietate, innixus potissimum acri, prudentique judicio Sapientissimi, omnique ævo celebrandi Summi Pontificis BENEDICTI XIV. feliciter regnantis, mihi humanissime respondentis in sua epistola, cujus hæc verba: „ Quanto si era detto nella nostra Lettera all' Inquisitore di Spagna in ordine alle di Lei Opere, non aveva che fare colla Materia delle „ Feste, nè con verun Dogma, o Disciplina. Il contenùto delle Opere, che quì non è piaciuto, nè che ella potea mai lusingarsi, che „ fosse per piacere, riguarda la giurisdizione temporale del Romano „ Pontefice ne i suoi Stati ec. " (*d*) Ex his perpendat, quam longius a veritate aberraverit, qui scribit, Muratorii Opera a laud. Summ. Pontifice prohibita esse, minime tamen promulgatam prohitionem: Nihil enim in hisce operibus peccatur *contro verun Dogma, o Disciplina &c.* ex laudato Sum. Pontifice. Dic sodes: quodnam Opus meum, in quo a veritatis tramite, necnon Pietatis, tam longe aberrarim? Reposuit ille: *Libellus Della Regolata Divozione.*

4. Actutum conspicio, & in manus venit ille Venetæ editionis 1747. volvi, revolvi, & perquam diligentissime. Quid, mecum loquebar, si in gravi senecta, fatiscentibus intensiori, & prolixo nimis studio sensibus, a recto intelligendi calle mens fatigata diverterit? Seria igitur meditatione percurri; totumque se obtulit veræ Fidei, solidæ

 Pie-

(*a*) Job 4. (*b*) Tua de me sunt in Præfat. tui oper. (*c*) Job cap. 4. (*d*) Extat in Nov. Litter. Flor. an. 1751. col. 406. laud. Epist. Sum. Pontif. data an. 1746. & Libellus Della Reg. Divoz. an. 1747.

Pietati conforme. Tunc timore deposito, animoque tranquillus: Ubi, quæso, errores; ubi Pietas læsa? Subridens ille librum obtulit tuum.

5. Avidius, quam credi possit, accepi, & libelli fronte evoluta, necnon Præfatione, vultu serenus, & corde, exclamavi: Bene omnia mihi: in tuto mea Fides est, nec Pietas temerata: Scrupuli sunt P. Plazzæ, qui pietate sua *trepidavit timore, ubi nullus est timor*; quod proprius Scrupulosi caracter est. Hinc factum, ut sim de te solicitus, qui de me eram. Bene enim longo experimento conscius, scrupuli quantum ingerant mali, videlicet, veræ Pietatis subdoli hostes; mentem reddant multa caligine septam, quandoque omnino cæcam; excitent in corde procellas horribiles &c. Tui proinde misertus sum ob hujusmodi exitiales, pertinacesque molestias, quibus supra fidem premeris, ac fatigaris. Aversabar quoque, tempus a te inaniter contritum in meis profligandis erroribus, in tua dumtaxat scrupulosa phantasia conceptis, natis, adultis (quinimo ab ea *creatis*) quod utilioribus valeres impendere. Qua de re precibus cum illo egi, qui mecum erat, ut tantum secundæ vitæ spatii concederet, quantum Parænеticæ conscribendæ satis esset. Liberalis indulsit; pollicitus insuper, eamdem ad te secure transmissurum.

6. Ordiamur itaque caritatis opus. Sapienter Augustinus: (*a*) *Initium operum bonorum confessio est operum malorum*. Consimili prorsus ratione firma propriæ infirmitatis notitia salutare est recuperandæ sanitatis initium. Qui enim fallaciter esse sanum blanditur sibi, pharmacum omne contemnet, & consenescet infirmus. Ut hoc a te absit: Exploratissimum habe, scrupulis tuam mentem circumfusam, & obrutam, plurimis, crassissimis, putentibus. Ut hanc celerius, firmiterque induas persuasionem, quosdam accipe; senties post incredibiles.

7. Ante Præfationem hisce protestaris: „ Testatum denique facio, „ me nullam ulli Scriptori Catholico censuram, aut dedecoris notam „ inustam velle. “ Optime quidem; in eo enim excusanda saltem se offert intentio ex S. Bernardi præscripto. Verum annon Pritanius catholicus Scriptor? Annon in Catholica defunctus Sacerdos? Cur igitur in Præfatione eum nominas *Reformatorem*? Excidit e memoria tibi hujusce vocis significatum odiosissimum? Lutherus quidem hoc se nomine insignivit; Fidei ipse *Reformator* dictus, *Pietatis* in Sanctos, sanctorumque Reginam Pritanius a te nominatus. Ibidem de me scribis: „ In præsenti Tractatu (*Della Regolata Divozione*) Pritanius „ Devotionem in SS. Virginem, Sanctos, Festa, Imagines, Reliquias, „ modis omnibus infirmare videtur. Et quod magis seu mireris, seu „ doleas, non veretur Scriptor Orthodoxus ad novam istam Christia-

„ næ

(*a*) Tract. 12. in Joan.

„ næ Devotionis Reformationem conficiendam , iisdem interdum argu„ mentis imprudenter uti, quibus Novatores Hagiomachi , & Mario„ machi, omnem Sanctorum , & Dei Matris cultum evertere tenta„ runt. " Baji, ac Quesnelli sectatorem me, videris constituere . (*a*) Comparare non omittis Jansenianæ Reformationi, ut ais, Pritanianam. (*b*) In tua *Idea* (*c*) Fautorem me conclamas Vigilantii , Fausti Manichæi, Juliani Apostatæ , Judæorum , Lutheranorum , Calvinistarum. Et isthæc a' te mihi liberali , & prodiga manu attributa , tibi *censura* non sunt, nec *nota dedecoris*? Et quidem tibi minime sunt. Protestaris enim, *nolle te ulli Catholico Scriptori censuram , aut notam dedecoris inustam velle*. Ii vero sunt scrupuli tui , quos eradicandos suscipio . Exploratissimum igitur tibi erit , scrupulis quammaxime laborare. Alterum de hac re obiter argumentum cape . Aut me existimas Catholicum Scriptorem , aut sublestæ fidei , & , si mavis , Acatholicum? Si Catholicum: tibi adversaris asserenti : *Nolle te ulli Catholico Scriptori censuram , aut notam dedecoris inustam velle* ; & tamen tot in me congessisti censuras , notasve dedecoris . Si Acatholicum reputas : tibi repugnas , qui in Præfatione eadem , & alibi , me nominas *orthodoxum*. Nil autem mirum , quod *antilegomena* scribas , & pluries: scrupulosus es ; & scrupulosi est , nunc probare , nunc idem , quod probarat, improbare. Tuam dilucide nosti infirmitatem scrupulorum ; nunc eorumdem originem cape.

8. Triplex præcipua scrupulorum fons , & origo . I. *Ignorantia*. Quot sunt veri Dei Cultores, ignorantes quandoque , criminosum sit, vel innoxium opus aliquod , æstuant dubitandi , scrupulisque crucientur, quænam justitiæ via sit, & veritatis . Procul certissime a te origo isthæc, qui *in Academia Panormitana Societatis Jesu studiorum Præfectus, Sanctæque Inquisitionis Siculæ Censor, & Consultor* (*d*). Et quidem quam alta deberet ignorantia premi , cui mei libelli sensus impervii essent; cum facillimi esse queant de trivio mulieribus?

9. Altera origo, *Deus*. Quosdam nimirum e scelerum cœno emergentes , gratia adspirante , sinit ipse scrupulis agitari ; ut qui flagitia ceu aquam bibebant, culpam reformident graviorem, ubi fors nec quidem levis . Ita fiet , ut sedata scrupulorum procella Directoris ope, serena affulgeat tranquillitas mentis, & Pietas cordis. Nec quidem hæc tuorum scrupulorum origo. Tuus quippe animus tanto non eget pharmaco nauseante. Religiosus es, & Sacerdos in bene culta Societate. Impium itaque hoc de te vel suspicari levissime.

10. Tertia demum origo, *Spiritus nequam*. Profecto malignus novit, quot oriantur e scrupulis mala ; & quot sub Pietatis larva queat insi-

(*a*) 1. part. c. 14. (*b*) In prælud. part. 2. (*c*) Part. 1. c. 1. (*d*) In fronte tui libri.

insidias moliri, *ut sagittet in occulto rectos corde*. (*a*) Ab hisce scrupulis longe exulat interior pax: ob amarum zelum, nec secundum scientiam, concordia Fratrum discinditur. Ne plura. Potest e tali arbore vel tantulum boni fructus venire? Et tamen (quis crederet!) Pios quoque homines tertia isthæc origo sub specie Pietatis adoritur, & fallit; impios enim diabolus manifesta ducit impietate, & malitia.

11. Hanc in te originem esse scrupulorum, tantillum apparet. Dicitur nequam Spiritus *Accusator fratrum nostrorum*. (*b*) Tui scrupuli odiosissimis mille dicteriis, conviciis, calumniis, productis ex nihilo, me Fratrem tuum accusant, & in conspectu solis, Consacerdotem in sinu mortuum Ecclesiæ matris; quem nullus unquam rumor erroris aspersit; meam dilacerant famam, æternoque pudore me suffundere nituntur, & ardent. (*c*)

12. Verum, quo pacto huc deveneris, suspicor: mea perlegeras adversus sanguinarium Votum. Incaluit subinde, & ultra medium, tua in Virginem Pietas; ut Pritanium existimares lupum inter oves grassantem; ob id enim de me in Præfat. scribis: „ Nec omisit ferven„ tiorem in ipsam Dei Matrem Fidelium pietatem obiter carpere, & „ sugillare. " Incidit in manus tuas meus libellus *della regolata Divozione*; quam legens animo adversus me præoccupatissimo, tua pariter exæstuante pietate; nil certe mirum, si in septem postremis Capitibus Augiæ stabulum offenderis, sentinam errorum, & si quid pejus. Ardenti animo submisit incendium Concellita tuus publicis in sua Ecclesia declamationibus adversus libellum, decies, centies, millies replicatis usque ad nauseam inclusive, ad summam usque admirationem Sapientum Cordatorum. Hinc factum, ut ebullientibus scrupulis, & catervatim irrumpentibus, *obsequium te præstare Deo arbitreris*, si meam infames opellam, ignominia, & dedecore opprimas, supprimasque Pritanium; videlicet. „ Ut Fidelium pietati opportune succurrerem, cui „ decantata Reformatoris (Pritanii) eruditio non parum obesse pote„ rat. " Ut in Præfat. loqueris. Et ecce Scrupuli in te nati, sed adversus fratrem tuum immerentem.

13. Cæterum, Pater in Christo dilectissime, Christianus sum, & Sacerdos. Dei urgeor caritate; proinde, ut decet, te ex corde & diligo, & veneror. Veneror Te Sapientem, Te Religiosum, Te Sacerdotem. Te vere, sincere, & ab omni fuco procul, immunem ab omni *formali culpa* (scholæ voces adhibeo) in hisce tuis scrupulis, & pronuntio, & credo. Calumnias, quas prodiga nimis manu adversus me congeris indeliberatus, mere tibi, reor, *materiales*: & id mihi certissimum. Qui enim diro cacoethe urgetur, ex corde seminandi calumnias;

(*a*) Psal. 12. (*b*) Apocal. cap. 12. (*c*) Num. 7.

nias; ex induſtria verba ſupprimit Adverſarii; ut eas illi opiniones appingat, quas voluerit. Tu e contrario mea profers, licet latina; ut plane velis intelligi, nolle in alienum ſenſum ea detorquere. Hoſce igitur ſcrupulos tuos extirpandos aggredior. Tu, ut in te redeas, & reſipiſcas: ego ut meæ conſulam famæ, & veritati. Unum tamen reor, a te inadvertenter omiſſum, nempe ad illud non advertiſſe (a) *Nolite omni ſpiritui credere; ſed probate, utrum ſpiritus a Deo ſint*. Precemur itaque *luminum Patrem*, ut præjudicia diſpellat, animumque in præconcepta opinione obfirmatum quod & pluries præſtiti; præſertim cum te viderem aſſeveranter ſcribentem de me, quæ nec quidem ſomniavi.

14. Verum priuſquam ſingillatim te refellendum exordiar, quædam ſunt hic præmonenda, quibus generaliter, ac opportune diſponaris ad ſanitatem. I. In memoriam revocandum ſuadeo, quod & naturali æquitati conſentaneum eſt: Quemadmodum, qui ſcribendo cuidam operi inſudat, fixum, firmumque quiddam ſibi eſt præfigendum; ne huc, illucque fluctuet incertus; eoque dirigat omnia, quo Operis ſibi metam præſcripſit: ita, qui alienum opus evolvit, operæ pretium eſt, prius internoſcere, quodnam fuerit Auctoris conſilium; quoſve certos ſibi conſtituerit fines, terminoſque. Hoc pacto exploratum tenebitur, num eo tendat, quo ſibi eundum, aut devius a directo calle divertat. Neceſſaria omnino, utiliſque animadverſio; ſecus neutiquam Auctoris mens percipietur, plurimaque appingentur ei, de quibus nec quidem cogitaverit.

15. Evolvatur *Il Divoto di Maria* tui P. Segneri, & meum opuſculum *Della Regolata Divozione*: in eo mille viæ, motiva, incentiva, Pietatem promoventia erga Virginem matrem; de ea autem dirigenda aut nihil, aut pene nihil: ipſe vero in promovenda jejunus, totus ſum in dirigenda. Cur iſta? Ex diverſo noſtrum conſilio, & ſcopo. Sapienter ille, cui ad Pietatem incendere, in votis erat; plurima de Directione omittens, ne fixos tranſiliret cancellos. Alia mihi mens: Nempe Fidelium Pietatem ad veræ Pietatis leges dumtaxat componere. Hinc juremerito ſi culpandus minime eſt P. Segneri, præteriens, quod ipſe feci; nec incuſandus ego omittens, quod ipſe præſtitit.

16. Meum hoc conſilium liquido primo apparet in fronte libelli: *Della Regolata* Divozion *de' Criſtiani*. II. In monito *Al Criſtiano Lettore*. L'aſſunto mio *primario* in queſta operetta altro non è, che di far appunto conoſcere, *in che conſiſta la vera e ſoda Divozione*, diſtinguendola da quelle Divozioni, che ſono ſuperficiali, e toccando legermente altre, che hanno apparenza, o ſoſtanza di Superſtizione.... Imperciocchè *il principal* mio aſſunto ſarà dimoſtrare qual ſia la ſoda Divo-

zio-

(a) Epiſt. 1. Joan. cap. 4.

zione, a cui dee aspirare ed attenersi ogni Fedele di buona volontà. Videsis, quo tendam? Profecto mihi nullum consilium, solicitudo nulla Fideles incendere ad Sanctorum Pietatem, & Virginis Matris, virtutes proferendo, insignia, beneficia &c. Queste son dottrine sparse in innumerabili libri, che tutti esaltano l'eccellenze della gran Madre di Dio, e fan risonare le sue lodi coll'incitarci nello stesso tempo alla Divozion verso di Lei. Non abbisogna il mondo Cattolico, che io maggiormente illustri questo argomento, illuminato da tanti. Hæc professus sum Cap. XXII. pag. 314.

17. Itaque annosus homo experimento comperi diuturno, & constanti, quanti intersit quandoque, inter innumeros libros promoventes Pietatem, aliquid quoque de ea dirigenda producere; ut extremos inter errores vel cultus negati, vel superstitiosi superinducti, *medium* veræ Pietatis teneant Fideles; ne quorumdam ignorantia, aut malitia sæpius rediviva decipiantur. Ea propter scripsi: (*a*) Ma se mai taluno abbisognasse di qualche utile istruzione, per tenersi lungi dagli abusi ed eccessi, ne' quali disavvedutamente si può cadere per ignoranza de' puri insegnamenti della Chiesa Cattolica Romana, non nuocerà il dirne qualche cosa. C'insultano gli Eretici, perchè trovando in certi libri proposizioni troppo ardite intorno al culto della Beatiss. Vergine, credono, o vogliono far credere, che tal sia la Dottrina del Cattolicismo. Ma i dogmi della Chiesa santa si hanno da prendere da i Som. Pontefici, da i Concilj, e da i Catechismi, e non già da qualche privato Scrittore, che poco cautamente trattando della Divozion de' Cristiani, non sappia tenersi lungi dagli eccessi, che son dalla medesima Chiesa riprovati. (*b*) Quanto a me son risoluto di produrre i miei sentimenti, per istruire non già i Letterati, ma bensì la gente Popolare, che potrà, e vorrà leggerli.

18. Mei autem libelli scopum ne credas nauci faciendum. Maximi quidem momenti est, inter veram discernere Pietatem, & fucatam. Ea nimirum duce, *tempus redimentes* (*c*) *tempore accepto exaudiemur*, (*d*) properabimus ad æterna, incomparabiles comparantes divitias. Si autem superficialis erit, jure dicetur: *Et qui mercedes congregavit, misit eas in sacculum pertusum*. (*e*) Sed præstat Bernardum audire in illud Joelis 2. *Convertimini ad me in toto corde vestro*. „ Fratres, si dixisset: *Converti-* „ *mini*, nihil addens, esset vobis forsitan liberum respondere: Factum „ est, jam aliud propone mandatum. Nunc autem spiritualis, ut audio, „ conversionis nos admonet, quæ non una die perficitur: utinam vel in „ omni vita, qua degimus in hoc corpore, valeat consummari! Corpo- „ ris namque conversio, si sola fuerit, nulla erit; forma siquidem con- „ versionis est ista, non veritas, vacuam virtute gerens speciem Pietatis. „ Mi-

(*a*) Cap. XXII. pag. 314. (*b*) In fine Moniti: Al Cristiano Lettore. (*c*) Ad Ephes. cap. 5. (*d*) 2. ad Corinth. c. 6. (*e*) Aggæi c. 1. vers. 6.

„ Miser homo, qui totus pergens in ea, quæ foris sunt, & ignarus
„ interiorum suorum, putans aliquid se esse, cum nihil sit; ipse se
„ seducit. *Sicut aqua effusus sum*, ait Psalmista in persona hominis hu-
„ juscemodi, *& dispersa sunt omnia ossa mea*; & alius quidam Prophe-
„ ta (*n*), *comederunt*, inquit, *alieni robur ejus, & ignoravit*. Exterio-
„ rem quippe superficiem intuens, salva sibi omnia suspicatur, non
„ sentiens vermem occultum, qui interiora corrodit. Manet tonsura,
„ vestis necdum mutata est, jejuniorum regula custoditur, statutis psal-
„ litur horis, *sed cor longe est a me*, dicit Dominus. Attende solerter,
„ quid diligas, quid metuas: unde gaudeas, aut contristeris; & sub
„ habitu Religionis animum secularem, sub pannis conversionis inve-
„ nies perversum. " (*b*)

19. II. Præmoneo. Nullus error, scelus nullum, nulla erit hæresis, si in Catholici Scriptoris opere quædam legantur, in proscriptis libris jamdiu edita, & exarata. Haud enim certe, quia in hisce habentur, falsa sunt, impia, vel hæretica. Pluris quidem refert, si ea exscribat Catholicus Auctor, in quibus falsitatis, vel impietatis virus latet, aut patet. Cæterum necesse non est, ut exscripta credantur a Catholico, quæ vera leguntur in sublestæ fidei Auctore; quæ enim hic potuit investigare, potuit & ille. Quid tibi, Rev. Pater, de Augustino, si eum celebrantem legeres Opus Acatholici hominis, utque legatur, monentem? Miserum a tuis scrupulis Augustinum! Sed ab eo edisce, ut tua omnino dediscas. A quodam Ticonio Donatista Opus refert exaratum, quod *Regularum vocavit*. (*c*) *Quod ideo dicendum putavi, ut liber ipse & legatur a Studiosis; quia plurimum adjuvat ad Scripturas intelligendas; & non de illo speretur tantum, quantum non habet. Caute sane legendus est, non solum propter quædam, in quibus ut homo erravit; sed maxime propter illa, quæ sicut Donatista hæreticus loquitur.* Reapse autem Augustinus in subseq. capp. septem Ticonii regulas explanat prolixius. En, eo judice, in hæretici Operis sinu habentur plurima, nedum vera, sed & ipsis internoscendis Scripturis aptissima. Num Acatholicus Augustinus? Num Donatista? *Imo vero*, ait (*d*) *quisquis bonus, verusque Christianus est, Domini sui esse intelligat, ubicumque invenerit, veritatem; quam confitens, & agnoscens, etiam in litteris sacris superstitiosa figmenta repudiet: doleatque homines, atque caveat, qui cognoscentes Deum, non sicut Deum glorificaverunt.* Et nervosius: (*e*) *Philosophi autem qui vocantur; si qua forte vera, & Fidei nostræ accomoda dixerunt, maxime Platonici, non solum formidanda non sunt, sed ab eis etiam tanquam injustis possessoribus in usum nostrum vendicanda.*

20. De

(*n*) Oseæ cap. 8. (*b*) Sermon. 2. numero 3. 4. In capite jejunii. (*c*) Lib. 3. de Doctr. Christ. cap. 30. (*d*) Lib. 2. de Doctrin. Christ. cap. XVIII. (*e*) Ibidem cap. XXX.

20. De iis præmonendum te duxi, occasione arrepta ex tua Præfat. in qua immature quidem omnem incipis lapidem movere, ut me in invidiam trahas. Hæc habes de me. „ Non pauca etiam Reformatio-„ nis documenta mutuatur ex famoso illo libello, inscripto : *Monita* „ *salutaria B. V. Mariæ ad Cultores suos indiscretos*,.. Auspices, & im-„ pulsores Janseniani fuere, iidemque præcones, & buccinatores..... „ At Academia Moguntina... ejusmodi monita Pseudomariana tanquam „ *scandalosa, noxia, officinam Jansenianam olentia, & gustui Luthero-„ Calvinisticorum vehementer arridentia* damnavit... Sac. demum Indicis „ Congregatio libellum ipsum, multifariam editum, iteratis vicibus in-„ terdixit &c. " Me igitur, non, inquam, inter *Impulsores Jansenianos*, sed inter *Præcones*, *Buccinatores*, aut saltem *Pedissequos* scrupulosus homo adnumeratum præclamas. Scilicet!

21. Profecto in conficiendo libello nec quidem de monitis hisce somniavi, quod experieris: nec quoque necessaria fuere, aut utilia. Deo grates, rivulis non egebam, cui datum est ad fontem usque pervenire; ex fonte puras doctrinæ aquas attingere. Romanam censuram & vivus continuo veneratus sum, & veneror Redivivus. Quinimo & si Roma tacuisset, illius *monita*, si vel a vera fide devia, vel sanæ Theologiæ adversa, odissem, & execrarer.

22. Ebullientes hic scrupulos tuos rideo tranquillus. Nimirum defatigantur, ut pene totam arment Europam Catholicam adversus *monita salutaria*. Ad signa vocas ex Hispania Theologos, & generalem Inquisitionem, ex Germania Academiam Moguntinam, & ex Italia primam Fidei sedem Romam. Certe, qui hæc legeret tua, ad credenda ea adigeretur, non inquam, falsa, sed hæretica, pestilentissima, & si quid pejus. Cur tantus labor? Ut per latus ipsorum Pritanium ferires, quem dicis, ea exscripsisse. Sed laborem tantum innoxium mihi, tibi experieris inutilem. Sit autem veritati locus. Curiosius inquiro: quinam erant in Moguntina Academia Proto-Didiscali, quinam Coryphæi? Si divinationi sit locus: sub imperio erat tuorum Concellitarum. Cur in hanc suspicionem devenerim, liberalis do: Id suspicatus sum ex illis censuræ verbis: *Officinam Jansenianam olentia*. Norunt quippe Eruditi omnes, & usque ad nauseam, unice quibusdam ex Tuis, inter quos tu unus, tam alte impressum, tam impense carum Jansenismi notam appingere, quam quod maxime. Non temere me suspicantem monet P. Serry, eruditissime monstrans, laudat. Academiam sub imperio esse potissimum tuorum Sodalium. (*a*) Habemus igitur e quorum manibus hæc censura prodierit. At Romanam audiamus, exemplar cæterarum. In Rom. Indice librorum prohib. ad quem remittis V. *Monita salutaria B. V. Mariæ ad Cultores suos indiscretos*.

Gan-

(*a*) Hist. de Auxil. l. 1. c. 3.

Gandavi 1673. *Donec corrigantur*. Nosti, quid sibi velint: *Donec corrigantur?* quod adversus ejusmodi libros minus tonet Romanum Cælum, quam in eos, quos absolute damnat: quod in eis haud omnia falsa, aut scelerata, sed plurima permittenda. Cur hæc tacuisti? Frigeret nimis tua adversus me accusatio, si *donec corrigantur* protulisses. Hinc nullum Pritanio scelus, aut error; si sana quædam ex iis in suam derivasset opellam. Sed iisdem non indigui. Ex his edisce ferventissimum æstum temperare scrupulorum tuorum. In falsas doctrinas tona, & fulmina: Catholico Auctori esto misericors. *Homo es, humani nihil abs te alienum puta; & in iis, quæ non pateris, compatere patientibus.* (*a*) A *Redivivo Pritanio* noli metuere, cui mites animos dedit Deus. At nisi prætuleris emendationem; vide ne in novos offendas *Montaltios*, *VVendrochios &c.* Jam intelligis, quid tibi ab istis. Lege meum Opus *de Moderatione Ingeniorum*; qua eges magnopere.

23. Præmoneo. Ipsa naturæ lex exigit, & Christiana Caritas; ut non solo Accusatore reus quis traducatur, & sit; secus, *Si accusare sufficiat, quis erit innocens?* ipsemet impius apostata Julianus dictitabat. Profecto omni jure perversum, aliquem, incognita caussa, damnare. Audiendus est, ore suo convincendus, aut Testibus saltem legitimis: ut & ipse Apostolus monuerit (*b*): *Adversus Presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus, aut tribus testibus.* Profecto autem adversus me, non inquam, duos, aut tres, sed quandoque nullum adhibes testem. Tu solus Accusator, idem tu Judex. Pritanio inaudito, absolute damnas Pritanium. Cum mea verba nullum dilucide errorem præseferant, de quo a te culpandus credar; tua intererat, & omnino, monstrare ex iisdem quam bene libratis, & expensis, apte colligi errorem illum, solidoque ratiocinio subinferri. Hoc sane pacto me proprio ore confessum omni jure reum prædicares. At necessaria isthæc æquitatis via vel displicuit, vel potius non advertisti. Aliam tentasti, nec semel, aut bis, breviorem certe, facilioremve; sed calumniosis scrupulis apprime aptissimam, & apertam. Bina hic dumtaxat ex Te profero exempla. I. Scribis (*c*) „ Sed quia „ *forte* Pritanius ipsum morem sugillat &c. " II. (*d*) „ Sentire ergo *vi-* „ *detur* &c. " Hinc te effundis totum, eis conterendis erroribus, quos *videtur* Pritanius *sentire*. Ex quo in hisce duobus me habes reum? En optima in promptu ratio tua, & unica: *quia forte ipsum morem sugillat: quia videtur sentire*. Ubinam gentium sumus? Barbaras inter, efferatasque Nationes, quæ omne extinctum præseferunt lumen æquitatis congenitæ? Ubi illud tam profunde insitum cuivis animo humano: Neminem damnare, nisi auditus fuerit, discussus, convictus? Legeras mea? Discutienda tibi erant, nec perfunctorie: eram ex his falsæ doctrinæ arguendus,

(*a*) Aug. lib. 4. cont. Julian. c. 16. n. 83. (*b*) 1. Timoth. c. 5. v. 19. (*c*) 1. part. c. 7. n. 3. (*d*) 2. part. c. 12. n. 2.

dus, impiæ, & orthodoxæ. Tunc ſane Reformator conclamandus; tunc in me telorum imbrem ex Auctoritatibus evibrandum. Cuncta iſthæc præteris: mea profers; ſubinde ſatis tibi unum *Forte*, unum *Videtur* &c. ut abſolutam adverſus me ſtatuas Theſim, & temeratæ Pietatis me damnes. Quid hic tuus agendi modus, me ſaltem neſcientibus? Ut certo habeant, falſas eas doctrinas a me adoptatas, aſſertas, diſſeminatas. Et Fratris tui, & Conſacerdotis Catholici, &, ſi liceat, celeberrimi ubique nominis, tam nihili ducis famam opibus quibuſvis pretioſiorem? Profecto autem de me ſecurus ſum. Etenim *ad exiſtimationem hominum magna Teſtium, qui me noverunt, ſuppetit copia: ad Dei vero conſpectum ſola conſcientia, quam contra criminationes veſtras, cum intrepidam geram; non me tamen ſub oculis Omnipotentis juſtificare audeo.* (a) Cave tibi ab hoc æquiſſimo tribunali. Age: Demum tuis ſingillatim ſcrupulis extirpandis manum admoveamus. Faxit Deus, ut ad majorem ſui gloriam eo deveniamus, quo eundum eſt.

P. PLAZ-

(a) Auguſt. lib. 3. cont. Creſcon. c. 80. n. 92.

P. PLAZZA

PARS PRIMA.

Christianorum in Sanctos propensa Devotio a præpostera cujusdam Scriptoris Reformatione vindicata, simul & illustrata.

CAPUT I.

Frustra, & injuria moneri Fideles, ne ullum Sanctorum credant, aut vocent DEUM.

PRITANIUS.

24. INter cæteros scrupulos ille urget frequentior, quo Proximus corripiendus credatur. Verum, cum Scrupulosis libera non detur facultas discernendi, num urgeat correptionis præceptum; semper videntur Andabatarum more irruentes, ut corripiant. Hoc tibi evenit; & omni jure scrupulosus probaris. Non erubescis corripere, & in conspectu Solis, Senem, Sacerdotem, jamve defunctum, sapientia, ac pietate celebratum. Et de quo? De *otioso* sermone. Quam belle Augustinus: (*a*) *Vide, quæ taceas, quæ dicas. Puto, quod te pungat conscientia*, inquam: scrupulosa.

25. Profecto scripsi (*b*): La medesima Chiesa secondariamente ci ammaestra colle altre seguenti verità. Cioè niuno de' Santi senza grande empietà si dee credere, o chiamar Dio..... Non più che Servi di Dio sono i Santi. Nosti autem, quos hic admoneam? Plurimi quidem refert. Inhæsitanter tibi perspectos esse, reponis: (*c*) „ At in re nostra ipsamet Pri„ tanii *Monitio* ad *Pientissimos* Sanctorum *Cultores directa &c.* "

A 26.

(*a*) l. 5. cont. Jul. c. 9. n. 39. (*b*) c. XX. pag. 265. (*c*) n. 5.

26. *Quid nobis objicis vanas exorbitationes tuas?* (*a*) Ad quæstionem; mi P. quoad protuleris veritatem, meus in medium veniat libellus, testis nunc omni exceptione dignior. Ante mea superiori num. laudata hæc: Ma perchè l'*ignoranza* e la *scorretta* Divozion di *Taluno* può qui portarsi agli *eccessi*; la medesima Chiesa ec. Num *ignorantes* Sanctorum cultores, & *depravatæ* Pietatis; num *excedentes* in veneratione, *Pientissimi* tibi sunt Cultores Sanctorum? Apage te. Alibi (*b*) eadem repeto: Ma se mai *Taluno* abbisognasse di qualche utile istruzione, per tenersi lungi dagli *abusi* ed *eccessi*, ne' quali *disavvedutamente* si può cadere per *ignoranza* de' puri insegnamenti della Chiesa Cattolica Romana; non nocerà il dirne qualche cosa... (*c*) Ma convien ricordarsi, che Maria non è Dio. *Usque adeone surdus es, ut ista non audias? Usque adeo cæcus, ut ista non videas?* (*d*) Salva animam: conprime scrupulos: profer veritatem. Nonne vides? Nonne sentis? puram puram calumniam a te mihi impactam, cum ais: „ Pritanii *monitio* ad *pientissimos* Sanctorum Cultores *directa*? " Omni igitur jure me bene monentem debes prædicare; cum de eis unice scribam, qui in Sanctorum cultu laborant *d' ignoranza*, *di scorretta Divozione*, *di abusi ed eccessi*, *ne' quali può taluno cadere disavvedutamente*. Num talis farinæ Cultoribus *otiosam* audebis asserere *admonitionem* Pritanii? Te vero audiamus: ne indiscussus damneris.

27. Inquis n. 3, „ Quis enim inter adultos Catholicos, etiam sequioris sexus, adeo rudis, & stupidus est, ut ignoret, Sanctos non esse Deos; sed unicum esse Deum, cujus illi fideles sunt Servi? " Et quidem nemo prorsus, qui id expresse ignoret; adeout quivis interrogatus, continuo & corde crederet, & ore profiteretur: *Unus est Deus: Beatiss. Virgo, ac Sancti minime Dii sunt*. Verum plures ii sunt ex Idiotarum grege (quibus fors addendi quidam, inter sapientes habiti, qui vulgo *Visionarii*, seu *Fanatici* nominantur) Ii aut ea credunt de Virgine, & de Sanctis ex *ignorantia*, vel *superstitiosa* pietate, aut eo cultu venerantur, qui solius Dei est.

28. Hisce dumtaxat scripsi: Niuno de' Santi senza grande empietà si dee credere, o chiamar Dio. Non hic adversum eos ago, qui Polytheismum inducant, Sanctos credendo Deos; hoc enim pacto haudquaquam Fideles essent, sed Infideles: neque eorum ignorantiæ deputaretur, aut excedenti pietati; sed quosdam admoneo; ne *disavvedutamente* ea de Sanctis credant; eoque cultu venerentur, qui soli Deo debetur. Idcirco plura exempla posui, (*e*) quibus admoniti Rudes vitare possent hujusmodi errandi occasiones. Frequenter auditur: *Ho fatto dire la Messa della S. Vergine = In onore di Maria, di S. Pietro ec.* Possent ex his credendi ansam arripere, quod & ipsis Sanctis Sacrificium offeratur. Ea de re scripsi: Sogliamo ancora dire la Messa del tal Santo; il vero è nondimeno, che solamente a Dio si offre l'incruento Sacrifizio dell' Altare, con intenzione bensì di onorare la memoria de' suoi Servi ec. Profecto autem qui ignorans crederet, B. Virgini, ac Sanctis Sacrificium offerri, is reapse Deos faceret, & si minime adverteret errorem. Auditur quotidie: *S. Antonio, S. Vicenzo Ferrerio mi han fatta la grazia, il Miracolo ec.* Idcirco scri-

(*a*) Aug. l. 4. cont. Jul. c. 16. n. 83. (*b*) c. XXII. pag. 314. (*c*) pag. 316. (*d*) l. II. Oper. imp. n. 220. (*e*) c. XX. p. 266. & 267.

ſcripſi: Si dee tenere per fermo, che le grazie e i miracoli non ſi fanno da i Santi, che a queſto non arriva la loro autorità e poſſanza. Gli fa il ſolo Onnipotente, e benigno Iddio, ſupplicato da noi, o pregato da i Santi benchè non diſdica il dire, che i Santi ne ſon come cagioni morali, o come ſtrumenti per la loro interceſſione ... Chi credeſſe potenti per ſe ſteſſi i Santi a far miracoli e grazie, gli crederebbe Dii. Hæc, inquam, ſcripſi, ne rudis Populus ſecum poſſet reputare, ſua ſola virtute Sanctos patrare miracula. Conſimilia animadverto de SS. Virgine (*a*) Convien ricordarſi, che Maria non è Dio; & ea propter quædam produco, quibus ignorantiæ ſubveniatur quorumdam, aut excedenti pietati.

29. Verum expetis noſſe, quo excedat quandoque pietas, fræno deſtituta prudentiæ, ſanæque doctrinæ? Lege tuum Raynaudum. (*b*) En ejus verba: „ Audiendus porro nullatenus eſt idem Diſſertator, „ qui ut Beatæ Virginis eminentiam nova aliqua verborum profu- „ ſione celebraret, Beatam Virginem aliquando vocavit: *Deum crea-* „ *tum*, *Deum mediterraneum*, *Deum dimidiatum*, *quaſi quartam Perſonam di-* „ *vinam*, *quaſi divinam ab increata Triadem*; *non ſecus habita*, *quam ſi divi-* „ *na Perſona eſſet*. Euge euge, & ubi Epiphanii contra Collyridianos fla- „ gellum? Deus noſter Deus unus eſt; & non eſt alius Deus præter eum. “ Quinimo obſervatione 2. ad ſuum *Nomenclatorem* ait: „ Ac ut cætera „ nunc premantur, quibus auribus excipiet Chriſtianus, quod non jam a „ Collyridianis hæreticis a S. Epiphanio hær. 79. exploſis cum deteſtatio- „ ne, ſed *a Catholicis præ æſtu affectus* erga Dei matrem, juſtæ laudationis „ metas prætergreſſis, B. Virgo *Dea* ſit dicta? .... Ut propterea ferendi „ non videantur, qui ... fas ſibi putant vocare B. Virginem *quaſi Deam* „ *quadantenus Deam*, *Deam mediterraneam*. Apage titulos virginis, qui nos „ hæreticis ridendos propinent, ut Serarius *ad hoc ipſum bene monuit* l. 2. „ Litaneut. q. 13. Et laborandum ſane fuit Scriptoribus graviſſimis, qui „ Catholicam fidem adverſus hæreticos ſunt tutati; ut monſtrarent eorum „ inſciſſitatem, qui ad eum modum locuti referebantur, a ſenſu Catho- „ licorum abhorrere. “ Plurima hic de SS. Virgine; & ut tua præocupem ex Par. 2. c. 1. ubi eamdem mihi intendis litem, quod ſcripſerim: Convien ricordarſi, che Maria non è Dio. Cap. 22. p. 316. & ex argumenti propinquitate. Fuere item alii (*c*) & docti (utinam vera ſapientia!) qui Theſes haſce publice diſputandas poſuerint: *Mariæ Corpus e materia Adami innocentis efformatum fuit*. *Maria concepta ſine conjugali commercio*, *ſine parentum concupiſcentia*. Scripſi: Niuno de' Santi ſi dee chiamar Dio. Apud te ipſum relege (*d*) Ant. Bonfinium, de S. Stephano Rege Hungarorum ſcribente, qui SS. Virginem Matrem *Peculiarem Deam* nominabat; ut merito ſubtexas: *Dominam commodo ſenſu intellige*.

30. Cum n. 3. meam dixiſſes *monitionem otioſam*, quod nemo ſit inter *Adultos Catholicos*, *qui ignoret*, *Sanctos non eſſe Deos*; profers adverſus me S. Gregorium (*e*) arguentem Eliphaz Themanitem, quod *B. Job ſermonibus preſſus*, *ea dicit*, *quæ nullus ignorat*. Poteras omnino hæc præterire. Etenim alloquitur Eliphaz ſapientes viros; alloquitur Pritanius *inſipientes*, *di ſcorretta Divozione ec.* Num æqua in iis ſimilitudo rationis; ut ſi jure exprobrandus veniat Eliphaz, idem queat ſuſtinere Pritanius?

 31. *Fru-*

(*a*) c. XXII. p. 316. (*b*) In Dypt. Marian. par. 2. punc. 5. (*c*) In meo oper. de ſuperſt. vitanda ſub nom. Ant. Lampridy c. XXIII. (*d*) par. 2. c. III. n. 39. (*e*) lib. 16. moral. c. I. in c. XXII. in Job.

31. *Frustra*, & *injuria* dicis, a me Fideles admonitos. Num *otiose* id peractum sit, vidisti: Utrum *injuriose*, videamus. Num. 5. ais: „ Ipsamet „ Pritanii monitio ad pientissimos Sanctorum Cultores directa, non otiosa „ tantum est, sed & contumeliosa deprehenditur: quasi vero serio moni- „ tore indigeant, *ne Sanctos impense venerantes in detestandum Idololatriæ cri-* „ *men insipienter offendant*. Detegitur præterea Catholicæ Ecclesiæ injurio- „ sa, dum Sanctorum venerationem a Catholicis adhibitam, *Idololatriæ* „ *incurrendæ obnoxiam præsumens*, ansam infidelibus præbet *Idololatrici cul-* „ *tus veram Ecclesiam insimulandi*. “

32. Cogor, & omnino invitus, tuorum scrupulorum malevolentiam aperire: alia non suppetit via te revocandi ad sanitatem. In tua *Idea* (*a*) eadem scripseras: „ Est insuper piis Fidelibus injuriosa (*Pritanii monitio*) „ ac si monitore opus habeant, ne tantum nefas incurrant (*Sanctos cre-* „ *dendo Deos*, *aut colendo*) In quo & favet Vigilantio, Fausto Manichæo, „ Juliano Apostatæ, atque Judæis... Lutheranis, & Calvinistis, Sanctos „ a nobis tamquam Deos haberi calumniantibus. “ Ut hisce Pestibus me faventem comprobare valeres, impio æternoque opprobrio suffundere; fingis, a me moneri Fideles *Pientissimos*, *ferventes Sanctorum Cultores*, *eoque cultu*, *qui ab Ecclesia probatur*. Ex hac monitione ad istos directa affingis mihi duo scelerata commenta, num. superiori descripta; at ita me in sarcinam confundens cum hisce Sectariis, latam tibi viam aperires, Auctoritate Patrum aggredi me, subruere, & in nihilum, si valeres, redigere. Quænam tibi adamantina frons, Pater Rever, ut ea cogites, ea scribas, ea typis evulges, quorum nec ullum penitus fundamentum est, immo contrarium? *Prorsus non putasti & mea, & tua homines esse lecturos: sed eis tantummodo scripsisti, qui meis ignoratis, sive neglectis, nec utrisque diligenter inspectis, tua sola legere, ac nosse curarent; nec dixisse me crederent, nisi quod a te commemoratum, tanquam de meis in tuis litteris invenirent*. (*b*) Qui semper mea profers, caput libelli mei indicans, ac paginas: cur hic mea verba producere omittis? Age; indigita caput, paginam, profer mea, iterum profer mea verba, quibus *pientissimos moneo*, *ne Sanctos credant*, *aut nominent Deos*. Rem certe conficies; & merito *favens* conclamabor Sectariis omnibus illis supra memoratis. Ad Ausonias calendas feceris. Animo ne cades? Absit. Ad scrupulos curris, sed calumniosissimos. (Utinam decies, aut centies!) Optimus Figulus (in contumeliam semper) fingis de me quidquid libuerit, mihique affingis. Verum rideo securus improbos labores tuos. Etenim loquor dumtaxat, ut vidisti, de *ignorantibus*, & *depravatæ* pietatis, de *abusibus*, & *excessibus* in veneratione Sanctorum. *Numquid ideo falsum facis esse, quod dico; quia dicis me dicere, quod non dico?* (*c*)

33. Quid demum adversus me, R. P. si scripsissem: „ Illud vero ad „ extremum *monere omnes audebo cultores*, ac *laudatores* Virginis sanctæ; ut „ ne pietati, ac devotioni in illam suæ *nimium indulgeant*: & ut veris „ contenti, solidisque præconiis, *ficta*, vel *commentitia repudient*, quorum „ vel nullus possit, vel non idoneus Auctor afferri. Quod genus latentis, & in-

(*a*) Tuum est Opusculum paucorum foliorum, adv. me editum an. 1750. cui titulus: *Idea*, *seu Synopsis cujusdam Operis*, *quamprimum edendi &c. Et est opus hoc adv. me editum.* (*b*) August. lib. VI. Oper. imp. n. 15. (*c*) Aug. 16. n. 13.

„ & insitæ cordibus humanis, ut Augustinus ait, *Idololatriæ*, *multum abhor-* „ *ret* ab Theologiæ, hoc est cælestis sapientiæ gravitate; quam nihil senti- „ re, aut asseverare potest, nisi quod ad certam, & exquisitam regulam „ sit exactum. " Quid, inquam, adversus me? Cunctis quidem Virginis Matris Cultoribus me prædicares injuriosum: reum quoque læsæ Doctrinæ, ac pietatis in Præsules, in Directores animorum, in Concionatores; ut nisi Pritanius monuisset, id omnes isti ignorarent. Cave, ne feceris: tuum feries Petavium (*a*) quo sapientiorem tota Societas tua nec vidit, nec fors habitura erit. Annon P. Segneri (*b*) totus est in probando: *Christum verum esse Deum*? Sed n. 1. sibi, & mihi scripsit vindicias: „ Credete voi, „ che sia per sorte superfluo tra Cristiani rammemorare talora certi discor- „ si, che se non servono a fare la fede più certa, vagliono almeno a man- „ tenerla più viva. " Annon eruditiora scribit tuus Crasset? (*c*) „ In fatti „ non è ragionevole il credere, che la Divozion della Vergine SS. sia più „ potente per salvarci, che quella del Figliuolo .. E' cosa certa secondo „ tutte le regole della ragione e della fede, che l' amor di Gesucristo è un „ mezzo più potente e più infallibile per esser salvo, che l'amor di Ma- „ ria. " Vide, mi Pater, quid moneat Crasset? Dic ei cum Augustino (*d*) *O quid perdidit*, *qui te audire non potuit!* dic ei: quis est, qui hæc ignoret? Ipsum quoque conclama injuriosum Fidelibus; monet quippe, ne Virginem, idest, puram creaturam, potentiorem credamus ad nostram salutem suo Filio, Deo vero. Age nunc, Cariss. P. Haudquaquam Personarum acceptores sunt scrupulosi; nisi ex eorum numero fuerint (pessimum gènus) qui culicem excolantes, camelum deglutiunt. Itaque si reus Pritanius, condemna duos: Si innoxii, absolve Pritanium.

34. Verum quo evasimus! quid Petavius? quid Segneri, & Crasset? Retrahamus pedem utrique; ut tuis hisce scrupulis, in quem impegeris scopulum, animadvertas. Mea, quæ offensioni tibi sunt, quæ rodis, quæ corrodis, mea nequaquam sunt, sed Ecclesiæ. Rides? Num Ecclesiæ, inquies, Manicheæ, Lutheranæ, Calvinistæ, quibus *favere* me, scribis? Attende. Hæc in statera appendis tuæ phantasiæ: *La medesima Chiesa* secondariamente *ci ammaestra* colle altre seguenti verità. Cioè nessun de' Santi senza grande empietà si dee credere, o chiamar Dio. Advertisti ea: *La medesima Chiesa? Si nesciens hæc fecisti, cur non miseram respuis imperitiam? Si sciens, cur non sacrilegam* (tibi, scrupulosam) *deponis audaciam*? (*e*) Vis nosse, quænam sit isthæc Ecclesia? Aperi Tridentinum (*f*) ubi *de Invocatione*, *Veneratione*, *Reliquiis Sanctorum*, *&* *Sac. Imaginibus* agit, leges Tridentinos Patres, omnem fidelem Populum monentes. „ I. Non quod credatur ines- „ se aliqua *in iis* (*imaginibus*) *Divinitas*, vel *virtus*, propter quam sint *co-* „ *lendæ*; vel quod ab eis sit aliquod *petendum*; vel quod *fiducia* sit in *Ima-* „ *ginibus figenda*, veluti olim fiebat a *Gentibus*. II. Quod si aliquando hi- „ storias, & narrationes Sac. Scripturæ, cum indoctæ plebi expediat, ex- „ primi, & figurari contigerit; *Doceatur populus*, *non* propterea *divinitatem* „ *figurari*, quasi *corporeis oculis conspici*, vel *coloribus*, aut *figuris exprimi* „ possit. III. *Omnis* porro *superstitio in Sanctorum invocatione*, Reliquiarum

vene-

(*a*) Tom. 6. Theolog. Dogm. lib. 14. c. VIII. n. 9. (*b*) Conc. 20. in Quadrag. (*c*) Divoto di Maria tom. 1. tratt. 1. quest. 14. (*d*) lib. 4. Oper. imperf. n. 119. (*e*) Aug. lib. 1. contr. Jul. c. 7. n. 29. (*f*) Sess. XXV.

„ veneratione, & Imaginum ſacro uſu *tollatur :* IV. *Omnis turpis quæſtus* „ *eliminetur*; *omnis* denique *laſcivia vitetur*. “ Intimius hæc Tridentini perpende: *Omnis porro ſuperſtitio &c.* cum S. Thoma. (*a*) Superſtitionem ait, *vitium eſſe Religioni oppoſitum ſecundum exceſſum... Quia exhibet cultum divinum, vel cui non debet, vel eo modo, quo non debet*. Ut plane intelligendi ſint Tridentini Patres monere, Sanctos neutiquam invocandos ceu Deos, vel non eo modo, quo Deus. Jam ne ſentis; jam ne intelligis; quænam Eccleſia ſit, quam laudat Pritanius, quam ſequitur, qua monet?

35. Macte igitur animo, Rev. Pater; agedum, & per latus Pritanii dic Tridentinis Patribus, quæ adverſus eum n. 1. ſcribis: „ Hoc veſtro „ documento, Divini Numinis, ac Nominis oblata Religione, Chriſtianum „ Populum a propenſiore in Sanctos Devotione ſatagitis deterrere. “ Incaleſcant ſcrupuli; exalta vocem; dic eiſdem, quæ adverſus me n. 5. „ Ve„ ſtra monitio ad omnes Sanctorum Cultores directa, non otioſa tantum „ eſt, ſed & contumelioſa deprehenditur; quaſi vero ſerio Monitore indi„ geant; ne Sanctos impenſe venerantes, in deteſtandum Idololatriæ cri„ men inſipienter offendant. Detegitur præterea Catholicæ Eccleſiæ inju„ rioſa; dum Sanctorum venerationem, & ſacrarum Imaginum, a Catho„ licis adhibitam, Idololatriæ incurrendæ obnoxiam præſumentes; anſam „ Infidelibus præbetis, Idololatrici cultus veram Dei Eccleſiam inſimulandi. „ (*b*) Favetis inſuper Vigilantio, Fauſto Manichæo, Juliano Apoſtatæ, „ Judæis, Lutheranis, Calviniſtis; quinimo & Iconomachis, & Anthropo„ mophitis; ex quo moneatis, nullam ineſſe Sac. Imaginibus *Divinitatem*; „ & hanc figurari poſſe, aut corporeis oculis conſpici. “ Reſume demum vires; flammeſcat zelus; *Exclama, exclama quantum potes: adde exclamationibus tuis, o bia* (*c*) dic eiſdem, quæ n. 11. adverſum me ais: „ Parcite „ huic monitioni; ponite metum. Quantiſvis officiis Sanctos, ſacraſve Ima„ gines veneremur: non eſt periculum, ne eos ut Deos colamus. Quem „ enim unquam videre potueritis, Sacrificium, hoſtias, ſeu libamina San„ ctis deferentem, aut deferri mandantem! “ Quo tuis ſcrupulis præceps feraris, vide.

36. Deſine igitur, tot Veterum auctoritates aggerare; ut veram Eccleſiam a calumnia vindices Idololatriæ. Si pro me id præſtas, ut in eumdem ſcopulum me comprobes impegiſſe: Age, quod agis: in me feries Tridentinos Patres; ut alios prætercam. Cum Tridentino veram in Sanctos Pietatem profitear, ac venerationem (*d*): cum eodem moneo pro abuſibus extirpandis a quibuſdam *ignorantibus*, *depravatæ Pietatis &c.* ſi qui irrepere potuerint. Utinam numquam irrupiſſe, certi eſſemus! Hæretici autem, quos aggrederis expugnandos, non *abuſus*, non *exceſſus*, non *depravatam*, ſed *veram*, *ſinceram*, *Catholicam* in Sanctos *Pietatem*, ex imo ſuffodere tentarunt, & moliuntur, eam ceu Idololatricum cultum blaterantes. *Cernis nempe cum quibus tua maledicta ſuſtineam: cernis, cum quibus mihi ſit cauſſa communis, quam nulla conſideratione ſobria pulſare calumniis, & expugnare conaris? Cernis, quam tibi pernicioſam ſit, tam horribile crimen objicere talibus; & quam mihi glorioſum ſit, quod libet crimen audire cum talibus. Si cernis, cerne; & tandem tace.* (*e*)

C A-

(*a*) 2. 2. q. 92. a. 1. (*b*) In *Idea* par. 1. c. 1. (*c*) l. 4. Oper. imperf. n. 106. Auguſt. (*d*) Leg. c. xx. libelli. (*e*) Auguſt. lib. 1. cont. Jul. c. iv. n. 12.

CAPUT II.

Non esse Fidelibus religionem incutiendam, ne Sanctos appellent Divos.

PRITANIUS.

37. SIncere hic fateor, me deceptum: quandoque perpenderam in Probabilismi Regno ei vere perfugium esse, qui unius Doctoris, omni saltem exceptione majoris, patrocinio suffultus operaretur impune; etiam cum de summa rerum agitur, id est, de summi Boni offensa vitanda. Hinc jure ratus sum, securum me scribere sub unius casside Bellarmini (*a*) a voce *Divus* abstinendum esse, Sanctis irroganda ad decorem: præsertim quoque cum hic impune, & absque culpa aberretur. Annon tibi Bellarminus Doctrina Eminentissimus? Sed quid, si & Sanctissimum habeam Sum. Pont. BENEDICTUM XIV. inter sapientiores Rom. Ecclesiæ Hierarchas unum? Hæc scribit l. 1. de Servor. Dei Beatif. c. 37. n. 7. *De Divi nomine nullum a nobis fit verbum; cum illud non Ecclesiasticum, sed profanum sit*. Et ad Bellarminum appellat, ad quem ego. Annon tanta auctoritate suffultus Pritanius, elinguem te penitus reddit? Neque unquam monstraveris ex more Ecclesiæ jam esse, Divorum nomine appellari Sanctos nisi quater ad summum; quod certe morem non inducit. Quæ profers exempla, præter illud S. Eduardi, in divinis Ecclesiæ officiis non leguntur, sed quorumdam Auctorum sunt. Sunt & alii, quos inter Joannes Filesacus, Parisiensis Theologus (*b*) cujus hæc: „ *Divi* agnominationem, „ ut dicam, quod sentio, uni Deo convenire germano vocis significatu „ plane contendo: communi, & vulgari loquentium usu vix ante sæculum attributam iis video, qui sanctitatis, ac beatitatis suæ certissima „ & vivi, & mortui argumenta dederunt ... *Divos*, & *Divas* profanis „ Scriptoribus nihil aliud, quam *Deos*, & *Deas* significare, certissimum est. "

38. Libellum dictans, priorum sæculorum Patres, etiam recordabor angue pejus abhorruisse a voce *Divus*; ex quo eam Ethnici usurparent, vel suos Deos exprimerent, vel homines Apotheosi donatos. Et quidem profunda mihi erat de ethnica Apotheosi memoria, qua stulta Gentilitas *Divos* conclamabant mortuos Imperatores, improbos licet, ac Tyrannos: & id nonnisi ex Senatus-Consultu, formulisve solemnioribus. Hinc Vespasianus imminentem sibi mortem hisce expressit: *Ut video, Divus fio*; & Bassianus fratris Getæ mortem expetens, ajebat: *Sit Divus, modo non vivus*.

39. Verum prænoscere mihi datum non fuit, quod aliquando in te meus libellus offenderet: qui natura Probabilismum professus, scrupulis actus, Rigorismum indueris. Dispari tamen sorte; ut Bellarmino mitis sis, & benignus, mihi rigidus censor, ac crudelis: Pietati ipsius deputas, quod

(*a*) In suis Retractationibus. (*b*) De Idololatria politica c. 1.

quod a voce *Divus* scripserit abstinendum (*a*) idem mihi sit nova Refor-
matio, & fors impietas. Certe, si id previdissem; quod omiseram in re
tam minima, intimius rem considerassem meditatione profundiori. At
cur tempus frustra impendimus pretiosissimum in vocibus discutiendis?
Veniamus ad prolixam, & operosam disputationem tuam. (*b*)

CAPUT III.

Sacras Ædes non soli Deo, sed ipsis quoque Sanctis, recte construi, & dedicari; quamvis Sacrificium soli Deo offeratur, & hoc etiam in honorem Sanctorum.

PRITANIUS.

40. QUid hoc, Rev. P.? Duo scribis in Titulo *Construi*, & *Dedicari*;
& n. 1. ais: *Istud negat Pritanius*? *Ista negat*, scribendum esset.
An ea duo, (quod reapse credis) unum idemve tibi sunt? Verum craf-
se deciperis: Ecclesiasticæ enim consuetudini, qua me superiori cap. con-
venisti, duo sunt, & diversa. Quot sacras Ædes Fideles venerantur; in
quantis offertur Deo Sacrificium; quæ constructæ quidem sunt, at *bene-
dictæ* dumtaxat, neutiquam *Dedicatæ*, aut *Consecratæ*. De his jubet Eccle-
sia, Festum peragi Dedicationis cum octava, non item de illis. Vides,
aliud Ecclesiæ esse, *construi* Sac. Ædes, aliud *Dedicari*.

41. Videamus modo, quænam tibi mea displicuerint. Hæc profers,
(*c*) E noi diciamo bensì quella esser la Chiesa di un S. Martire, d' un Confes-
sore, d' una S. Vergine; ma la verità si è, che i Templi ed Altari si dedicano
e consacrano al solo vero Iddio in memoria ed onore de' Beati Servi suoi. Ex his
arripis occasionem, hanc adversum me instituere Thesim (*d*) „ Constan-
„ ter asserimus, sacras Ædes Sanctis quoque ipsis, Sanctorumque Reginæ
„ extrui. "

42. Ut scrupuli tibi extirpentur radicitus, detur, a me assertum: Sa-
cras Ædes soli Deo ædificari; quid inde mali? quid Reformationis? quid
impietatis? Plures sunt Catholici Auctores, inter quos Bellarminus, sub
quorum umbra tranquillus dormirem. Solus Bellarminus proferatur, qui
(*e*) Argumentum producens hæreticorum, ait: „ Quod vero non sint Tem-
„ pla Sanctis erigenda, probant; quia est manifesta Idololatria; nam ad
„ Latriæ Cultum pertinere Templa, S. Augustinus docet &c. In fine cap.
„ Jam ad arg. in oppositum duæ sunt solutiones. Prima *quorumdam Re-
„ centiorum*, qui quia non distinguunt inter Templum, & Basilicas, exi-
„ stimant, *Sac. Ædes non posse proprie erigi, nisi Deo*, quemadmodum Sa-
„ crificia non offeruntur nisi Deo. Quia tamen plurima sunt Templa,
„ quæ dicantur Deo; ut possint inter se aliquo modo distingui, denomi-
„ nari

(*a*) Num. 2. (*b*) August. lib. 6. cont. Jul. c. 6. n. 15. (*c*) ex c. xx. pag. 266. (*d*) num. 1.
(*e*) l. 3. de Cult. SS. c. 4. tom. 2.

„ nari a Sanctis; *non quod eis erigantur*; sed quod in illis Templis præci-
„ pue colantur eorum memoriæ; & ipsis in illis locis Patroni invocen-
„ tur.

„ Quando ipsi legunt in veteribus, vel audiunt in communi sermone
„ *Templum*, vel *Basilicam* S. Petri, vel Pauli, vel aliorum, dicunt debe-
„ ri exponi hoc modo: Hæc Basilica Templum est S. Petri, idest, est
„ Templum dicatum Deo in memoriam, & nomen S. Petri; vel dica-
„ tum est Deo, ubi oretur Deus per intercessionem S. Petri; quemad-
„ modum Missa quædam dicitur S. Petri; non quod ipsum Sacrificium
„ offeratur Petro; sed quod offeratur Deo in gratiarum actionem pro glo-
„ ria S. Petro collata; & simul interpelletur Petrus tanquam Patronus,
„ & Advocatus apud Deum."

43. Jam habes *quorumdam Recentiorum* opinionem, & Catholicorum, nonnisi soli Deo Sacras Ædes ædificari. Adtende, quid Bellarminus prosequatur: „ Quæ sane *pia est expositio*, & *conformis* ritui Ecclesiæ, qui „ servatur in Consecratione Templorum &c." *Piam* asserit opinionem. Si eam igitur docuissem, nil impii protulissem, nil scelerati.

44. Verum, cariss. P. profer mea quibus assero: *Soli Deo posse erigi sacras Ædes?* In æternum, & ultra id nequaquam præstabis. Nullum certe vestigium in meis a te exscriptis, & sup. memoratis. (*a*) Alia igitur proferenda erunt, si habueris; sed produxisses.

45. Quinimo, si aliqua de hoc re scribentem me velis; ea pono, quibus cogaris asserere, a me sacræ ædes, doceri, quod & ipsis Sanctis extrui queant, & ædificare. Omnes pene auctoritates, quibus hoc evincere niteris, ejusmodi sunt: *Basilicæ, aut Memoriæ Martyrum* = *Basilica S. Mocy* = *Ecclesia S. Euphemiæ &c.* eadem & ego loc. sup. laud. *Noi diciamo la Chiesa di un Santo Martire, di un Confessore, di una S. Vergine*. Igitur utrisque, qui paria producimus, par opinio est, & communis.

46. Sed animum non despondes; & adversus hæc mea solitos scrupulos præparasti. Num. 17. ais: „ Non ergo nostris tantum temporibus, & fa-
„ bulatur Pritanius: *Noi diciamo quella esser la Chiesa di un S. Martire, o*
„ *Confessore, o Vergine*; sed hanc dicendi formulam ab antiquissimo Ec-
„ clesiæ tempore usurparunt Concilia generalia, Provincialia, Patres Græ-
„ ci, & Latini &c. Quis autem audeat, tot & tam graves Auctores, mi-
„ nus veræ, & quam oporteat a Pritanio castigari, locutionis ar-
„ guere?"

47. Quam maxime admirabundus meam hic fateor ignorantiam! Incompertum quippe mihi est, quid hisce velis. Ubinam *fabulatus sum, nostris dumtaxat temporibus, & non ab antiquo dici: La Chiesa di un Martire ec.?* An a scrupulis ad somnia transieris? Verum subrepit cogitatio, quod scrupulosissimus homo tam strictim mea intellexeris; ut eam potueris mihi affingere *fabulam*. Nempe inquies: *Scripsisti: Noi diciamo la Chiesa di un S. Martire: hoc certe præsens est. Bene igitur fabularis: Nostris tantum temporibus, & non ab antiquo &c.* maxima mihi difficultas, hunc meorum tibi intellectum appingere. Profecto, qui hæc serio proferret, ut videris, sibilis excipiendus esset, & risu. Verum, si ita sit, loquendi morem oblitus esset vulgarem, quo præteritum præsenti tempore exprimimus?

(*a*) Num. 41.

mus? Adi tuum P. de Colonia (*a*) : *Si adhibeantur*, ait, *certæ quædam narrandi formulæ*, *Tullio per familiares*; *cum v. g. pro tempore præterito præsens usurpatur*. Num adeo bardum me reputas; ut scribere palam voluerim, nunc bene proferri : *La Chiesa di un S. Martire*, quod tamen crederem antiquitus malum? Apage incredibilem stupiditatem. Non hic agitur de humano jure, quod ex hominum pendet arbitrio, sed *Naturæ*, quod semper fixum est, & constans. Profecto, si divinæ non derogat excellentiæ, quod nunc dicatur: *La Chiesa di un Martire*, nec quidem vetustis temporibus nefas erat. Nunc considera, quibus scrupulis actus, pressus, & oppressus, de me scripseris: quod arguere audeam minus veræ locutionis tot, & tam graves Patres, & Auctores, horumve locutionem castigare. *Tu ipse*, *tu qui loqueris*; *nec quid loquaris adtendis*. (*b*)

48. Vin scire, quodnam vere inficias iverim? La verità si è, che i *Templi* ed *Altari* si *dedicano*, e *consacrano* al solo vero Iddio in memoria ed onore de' Beati Servi suoi. Quam vere, quam sancte, quam solide! sed adtende: De *Templis* loquor, de *Altaribus*, haudquaquam de *sac. Ædibus*, de *Basilicis*, de *Memoriis*, de *Ecclesiis*. Iterum adtende: De *Consecratione* loquor, ac *Dedicatione*, minime vero de *Constructione*, *Erectione*, *Ædificatione*. Adversus isthæc, si sapis, ne mutire quidem audeas. Accipe, quos habeam Præassertores. Primus veniat Augustinus: (*c*) „ Nos autem Martyribus nostris, *non Templa sicut Diis*; sed *Memorias* sicut hominibus „ mortuis, quorum apud Deum vivunt Spiritus, *fabricamus*. " Tam de „ hac veritate certus, tam pervagatus in Ecclesia hic sensus; ut scribere „ non dubitarit: (*d*) Nonne si *Templum* alicui S. Angelo excellentissimo „ de lignis, & lapidibus faceremus, *anathematizaremur* a veritate Christi, „ & ab *Ecclesia* Dei; quoniam creaturæ exhiberemus eam servitutem, „ quæ *uni tantum debetur Deo*? Si ergo *sacrilegi essemus faciendo Templum* „ *cuicunque creaturæ &c.* "

49. Hieronymo tam alte infixa erat idea hujusmodi; ut securus scripserit de Vigilantio (*e*) „ Et cum Juliano persecutore Sanctorum Basilicas „ aut destrueret, aut *in Templa converteret*. " Pro quorum intellectu: Impii Vigilantius effutiebat, nihili faciendas Sanctorum Reliquias, nec Martyres invocandos. Hinc Basilicas (est Basilica sacra Ædes ad ornatum sepulcri erecta alicujus Sancti) in quibus Martyrum sacra ossa condebantur, ceu profanas ædes credens, in *Templa vertebat*, *soli* videlicet *Deo consecrabat*; sicut Apostata ille Julianus Fidelium Ecclesias dedicabat in *Templa* falsæ impiæque Deitatis. Percipis ideam Templi in Hieronymo?

50. Idem quoque Ethnicis Templi nomine veniebat. Apud Flavium Vopiscum Valerianus Imper. ad Senatum scribens: „ Miror vos, tamdiu „ de aperiendis libris Sibyllinis dubitasse; perinde quasi in Christianorum „ *Ecclesia* & non in *Templo* omnium *Deorum* tractaretis. " Sed Arianus expressior (*f*) „ Callisthenem sic locutum accepimus ... Cum honores „ distincti sint: humani mortalibus, Divini Numinibus adhibeantur. *Extruimus* enim *Templa Diis*; laudes autem hominibus tribuuntur, at non „ adorationis. "

51.

(*a*) In sua Rethor. c. 2. §. 4. (*b*) August. l. 3. cont. Jul. c. 11. n. 8. (*c*) lib. 22. de Civit. Dei c. x. (*d*) lib. 1. cont. Maxim. Arian. Episc. (*e*) Epist. ad Riparium cont. Vigilant. „ Memoria labitur Bellarm. l. 3. de Cult. SS. c. 4. Hieronymum dicens de Apost. Juliano scribente. (*f*) lib. 4. in vita Alexand.

51. Reapſe autem non alia videtur indita *Templo* idea, quam *Ædes Deo ſacra*. Nimirum ab orbe condito ad Chriſti uſque Aſcenſionem &c. una dumtaxat fuit vero Deo conſecrata, *Templique* nomine inſignita, quod fuit Jeroſolymitanum. Fuerunt & aliæ ædes, *Templa* a Gentibus nominatæ, quia dedicatæ Deitati impiæ, & falſæ. Igitur *Templi* nomine cum apud Fideles, tum apud Infideles ſola erat *Ædes Deo ſacra*. Poſt Chriſtum eamdem *Templi* notionem retinuerunt. Hieronymus, Auguſtinus; ut Veteres alios prætereamus.

52. Sed quid, ſi recentioribus ſæculis eadem fuerit *Templi* notio? Tres proferam, quibus certe faſces ſubmitteris. I. Bellarminus, cujus hæc: „ Quatuor ob fines erigentur ſacræ ædes; unde etiam quatuor nomina „ ſortiuntur. Primo *ad ſacrificandum Deo*; & hinc dicuntur *Templa*. " verſus finem: „ Eſt etiam obſervandum ſecundum veterum Patrum do„ ctrinam, Templum, & Baſilicam non eſſe ſynonyma: & licet de ea„ dem domo ſæpe dicantur, tamen dici ſub diverſiſſimis rationibus. Nam „ ſacra Ædes proprie dici *Templum*, quatenus erigitur *ad Sacrificia*.... „ Et quemadmodum *idololatria* eſſet erigere Sanctis *Altaria*; & tamen non „ eſt idololatria erigere illis lapideos tumulos: ita *idololatria eſſet erigere* „ *Sanctis Templa* ſub ratione Templi. " (*b*) Eadem Suarez, (*c*) ac Petavius. (*d*) Addatur tribus laud. quartus Craſſet. [*e*] Hunc accipe, ut videas, mea, quæ rodis, ex eo exſcripta. „ Tuttavia i Padri Greci non erano quanto egli (S. Auguſtinus) ſcrupuloſi; perchè dicono indifferen„ temente le Chieſe de' Martiri, Tempj, e Baſiliche, *non perchè foſſero* „ *dedicate a Martiri, ma a Dio in onore, in memoria, in nome di un Mar*„ *tire*. (Haud certe ſcrupuli, ſed communis Templi idea Auguſtinum „ urgebat, quem ipſemet Craſſet ſectatur) Sia come ſi voglia *tutti i Cat*„ *tolici convengono*, che i *Tempj*, le *Chieſe* e gli *Altari* ſiano *propriamente* „ e *direttamente innalzati*, e *dedicati al ſolo vero Iddio*; e quando diciamo „ la Chieſa o l' Altar della Vergine, la Chieſa o l' Altar di S. Pietro, „ non intendiamo, che la Chieſa, o l' Altare ſiano innalzati alla Vergi„ ne, o a S. Pietro; ma che ſon *dedicati a Dio* ſotto il nome, e in me„ moria della Vergine, e di S. Pietro... S. Giovanni Damaſceno ſi ſpie„ ga della ſteſſa maniera (*f*) *Dobbiamo*, dice, *fabbricare de i Tempi a Dio* „ *in nome de i Santi*. "

53. Contentioſiſſime homo, exigis expreſſiora? Sed I. adverte, univerſalius præme tuum Craſſet loqui. Ipſe dumtaxat ſcripſi: *I Templi ed Altari ſi conſacrano al ſolo vero Iddio*; ille „ *Le Chieſe* de Martiri, *Tempi* e *Ba*„ *ſiliche*, non perchè foſſero *dedicate* a Martiri. II. De hiſce ait: „ Che ſiano „ *propriamente* e *direttamente innalzati*, e *dedicati al ſolo Iddio* " III. In id omnes convenire Catholicos: „ Convengono tutti i Cattolici. " Igitur ea dele, & longa litura; quinimo frange nimium leves calamos, quibus adverſus me ſcribis: n. 17. „ Nec *la verità ſi è*, ut caſtigator Pritanius „ ſubjungit, *che i Templi ſi dedicano*, *e conſacrano al ſolo vero Iddio*. Niſi „ damnare velimus vetuſtum Eccleſiæ morem, quo viri Principes, eccle„ ſiaſtici, & ſæculares, Sanctis, Sanctorumque Reginæ, eorumque meri„ tis,

(*a*) Lib. 3. de Cult. SS. cap. 4. tom. 2. (*b*) Vid. ſup. num. 42. (*c*) Tom. 1. in 1. Part. S. Thom. Diſp. 52. a. 2. ſect. 3. (*d*) Tom. 3. Theolog. Dogm. lib. 2. de Auguſt. c. 3. n. 6. (*e*) Tom. 2. La Ver. Divoz. Tratt. 4. q. 3. (*f*) L. 4. orth. fid. c. 16.

„ tis, nomini, & honori, Ecclesias, Basilicas, Templa, astipulantibus Pa-
„ tribus, excitarunt, posuerant, extruxerunt, fabricarunt, dedicarunt. "
Et Redivivus Pritanius tibi: (*a*) *Tuas etiam calumniosissimas contumelias non est necesse sæpius refutare, quibus me unum nominatim videris appetere; & in tot, ac tanta Catholica lumina... Cæcus offendis*, in Hieron. August. Damasc. Bellarm. Petav. Suar. Crasset, e in tutti i Cattolici (ut Crasset ait) cum quibus locutus sum.

54. Num. 26. scribis: „ Occurrendum nunc est tandem quibusdam D.
„ Augustini locis, quos non Pritanius: sed Novatores apud Bellarm. op-
„ ponunt; ut probent, nefas esse, Sacras Ædes Sanctis ædificari. "

55. Sinceriorem in te fidem desidero. Apud Bellarm. Novatores haudquaquam de sac. Ædibus, sed de *Templis* loquuntur (*b*). En verba:
„ Quod vero non sint *Templa* sanctis erigenda, probant; quia est mani-
„ festa Idololatria. " Subjiciuntur post Augustini loca quædam sup. (*c*) posita, in quibus dumtaxat de Templis Sermo. At quæso te: quid caussæ fuerit; ut disputantibus ipsis apud Bellarminum de *Templis*, tu exscribas *sacras Ædes?* Id a te de industria peractum, tui adversus me scrupuli omnem dant suspicandi occasionem. In hujusce Capitis titulo contra Pritanium scripseras: *Sacras Ædes ipsis quoque Sanctis recte construi*, quasi hoc inficias iverim. Hinc, ut posses me Novatoribus adnumerare, reddis aliter in Bellarmino verba hoc modo: *Nefas esse sacras Ædes Sanctis ædificare*. Et en faventem ais Pritanium. Ipsi autem de Templis determinate loquuntur; nec aliter possent. Nimirum cuncta, quæ ex Augustino depromunt loca, unice de Templis sunt, minime de aliis sacris ædibus, puta de Basilicis, de Memoriis, quas Augustinus Sanctis rite ædificari pluribus in locis pronuntiat. Unde nequibant illi de sacris ædibus generatim disserere, & adhibere auctoritatem Augustini; qui hunc expresse adversarium patiuntur. Hæc tibi optime.

56. Verum quo jure mihi affingere ausus es, quod *sacras Ædes*, doceam, *non esse Sanctis erigendas;* cum nullibi egerim de cujusvis ex sac. ædibus extructione, sed unice de Consecratione Templorum? Ut aliqua id veritatis specie valeres, misces ima supremis; videlicet, unam tibi, eamdemque facis notionem *Erigere*, & *Dedicare*; cum diversissimas habeant. (*d*) Et quidem Salomon (*e*) erexit Templum, construxit, ædificavit. Sed post *congregati sunt omnes majores natu Israel* (*f*) qui illud Summo Deo dedicarunt; ut videres etiam, longe aliud esse *Erigere*, ac *Dedicare*. Tu autem surdus omnibus ista confundis; ut eo pervenias, quo tibi eundum est; nempe, ut Pritanium infames.

57. Nimis profunde tuo cordi infixum, immensa Auctoritatum farragine obruere me, confringere, obterere: hoc certe nequibas, ut res sese habebant. Solum quippe scripseram: I Templi ed Altari si dedicano, e consacrano al solo vero Iddio. Hoc autem pacto nil aliud adversus me valebas, nisi hanc ponere Thesim: *Templa, & Altaria etiam Sanctis dedicari queunt, & consecrari*. Verum isthæc tuo minime sapiunt palato. Profecto nosti, quam nimis arduam provinciam aggredereris; ut si in me

vel-

(*a*) Lib. 5. cap. 7. num. 1. contr. Julian. (*b*) Lib. 3. de Cult. Sanctorum cap. 4.
(*c*) Num. 48. (*d*) Vid. sup. num. 40. (*e*) Lib. III. Regum cap. 7. (*f*) Ibidem cap. 8.

velles irruere, impetendum quoque foret in Hieronymum, Augustinum, cæterosve omnes sup. laud. (*a*): & ita, non quin infamares, celebrares Pritanium. Sed tuo adversus animo obfirmato diverticula non desunt. En in promtu unum a tuis scrupulis ingeniose præparatum. Unam fors credere te simulas ideam *Construere*, & *dedicare*; vocem omittis *Templorum*, & genericam assumis *sacrarum Ædium*. (Ecclesiæ enim, Basilicæ, Memoriæ &c. æque sunt sacræ Ædes) Hoc pacto latissima tibi via aperitur; ut statuas adversus me: *sacræ Ædes etiam Sanctis sunt erigendæ*. Ex quo scripseram: *I Templi si consacrano al solo Iddio*, virtualiter colligebatur: *Templa non sunt Sanctis consecranda*. Quid tu? Omittis *Templa*, & substituis *sacræ Ædes*: pro *consecranda* ponis *erigendæ*, quæ tibi eadem sunt; & ita appingis mihi, quod docuerim: *Nefas esse sanctis erigere sacras Ædes*. Euge, R. P. euge. Hoc pacto innumera me obrues Auctoritatum congerie; quarum maxima pars de sola loquitur *extructione Ecclesiarum*, haudquaquam *Templorum dedicatione*: hoc pacto me vales Novatoribus accensere, quos, ais, asserere (*b*) *Nefas esse*, *sacras Ædes Sanctis ædificare*. Sed Æthiopem lavas.

58. Liberalis *transmitto*, judicari a me ceu veritati conforme: *Sacras Ædes Sanctis ædificari non posse*, *sed soli Deo*: Quid inde? Istæc opinio nec hæresis est; nec hæresi contermina, aut error; sed *pia*, & *ritui conformis*, quem adhibet Ecclesia in consecratione Sac. Ædium; Bellarminus loquitur. (*c*) Eamdem sectatur opinionem Crasset, quamve omnium Catholicorum ait. (*d*)

59. Curiosius inquires: Quinam itaque Novatorum error? Si quidem nullus error sit, *Sanctis*, asserere, *Sacras Ædes erigi*, *aut consecrari non posse*, sive *Templa* sint, sive *Basilicæ &c.* ubinam erit error eorum? Relege Bellarminum ubi sup. & offendes, Etherodoxos cane pejus, & angue odisse Templa etiam ipsi Deo erigenda; cum nullum impie in Ecclesia credant Sacrificium verum, & Sacerdotium: neque ad orandum Sacras Ædes construendas blaterant; aut ad asservandas Sanctorum Reliquias. Intelligis virus infidelitatis? Orthodoxi autem & Templa soli Deo consecranda, & erigenda fatentur, sicut & Sacras Ædes: in ipsis pariter sanctius orationes fundere, & decentius sacras condi Reliquias fatentur. Igitur (transmissive do) ego cum aliis, ac Novatores idem proferimus: *Sanctis sacras Ædes erigi non posse*. Nil inde mali. Audi Augustinum, & tace: (*e*) *Naturale peccatum nobiscum dicit etiam Manichæus; sed non ideo sumus Manichæi; quod enim dicit etiam ille, NON ITA DICIMUS SICUT ILLE.... Cernis nempe, quanta diversitate distemus?*

60. Scripseram loc. sup. laud. Sogliamo ancora dire la Messa del tal Santo: il vero è nondimeno, che solamente a Dio si offre l' incruento Sacrificio dell'Altare. Num. 18. irruis in ista: „ Quod vero addit Pritanius de incruento Altaris Sacrificio, quod soli Deo offeratur; notius „ est Fidelibus, quam ut illius monitione opus habeant. "

61. Infelicissimam Pritanii sortem, te judice! Medicinæ salubriores, vel saltem non innoxiæ, in manibus ejus lethalia evadunt venena. Corripis me, tribus, aut quatuor lineis hæc scripsisse. Et tu? Tu, inquam, n. 18.

(*a*) Vide n. 52. (*b*) Vid. sup. n. 54. (*c*) Vid. sup. n. 42. 43. (*d*) Vid. sup. num. 52. (*e*) lib. 5. oper. imperf. n. 30.

n. 18. 19. 20. eamdem rem versas, reversas *Fidelibus notissimam*; & triginta linearum dispendium facis. Bis ex Africa advocas Augustinum, Tridentinum ex Germania, ex urbe Roma Bellarminum; & nescio quam profers rationem, *quid hoc?* Bonum tibi, conducens, laudabile, *notissimam rem* Fideles instruere; non quoslibet, sed qui calleant saltem latinam linguam: idem mihi vitio deputabitur, qui Idiotis scribo vulgari sermone; qui, ni legere norint, aures minimum habeant; ut audiant legentem. Ex his, quæ in toto hoc capite adversus me garris; agnosce saltem, quibus scrupulis agiteris; quos ut comprimas validius, facilis esto Augustino monenti: (a) *Hæc verba tua quo proficiunt; nisi ut appareat, vel quomodo in hac caussa scire neglexeris Catholicorum sententias, sermonesque Doctorum; vel si eos nosse curasti, qua fraude coneris circumvenire nescientes.* (b) *O homo, qui nihil potes dicere, posses saltem tacere?*

CAPUT IV.

Non solum Deum adorari in Sanctis sicut in imagine, vel templo suo; sed ipsos quoque Sanctos esse per se venerandos veneratione absoluta.

PRITANIUS.

62. IN Præfatione de me scripseras: „ Et quod magis seu *mireris*, seu „ *doleas*, non veretur scriptor orthodoxus, ad novam istam Chri„ stianæ Devotionis Reformationem conficiendam, *iisdem interdum argu„ mentis imprudenter uti*, quibus *Novatores Hagiomachi*, & *Mariomachi om„ nem Sanctis*, & *Dei Matris cultum evertere*, & *convellere tentarunt:* " Jam copiose fidem exolvis tuam. Etenim hic urbane prorsus Novatoribus hisce accenses me, quem docentem scribis: „ Sanctos non esse per se ve„ nerandos adoratione absoluta; sed solum adorari Deum in Sanctis, si„ cut adoratur in Imagine eum repræsentante, vel in Templo suo. " Hoc enim pacto non utique Sanctis ullus adhiberetur Cultus; ais quippe n. 38. „ Jam Sanctos non ex Dulia, sed ex Latria coleremus; atque adeo „ *nullus esset Duliæ cultus proprius Sanctorum*; sed omnis cultus Sanctorum „ ad Latriæ cultum reduceretur, qua solus Deus adoretur in Sanctis, „ tanquam in Imagine, vel Templo suo. " Mirabilem fantasiam som„ niantium fœcundiorem! ".

63. Sed quæso te: ex quibusnam meis hanc mihi affingis opinionem? Num. 1. hæc mea profers: (c) Il vero è nondimeno, che solamente a Dio si offre l' incruento Sacrifizio dell' Altare, con intenzione bensì di onorare la memoria de' suoi Servi; ma molto più di glorificare l' Altissimo, i cui doni veneriamo ne' Beati Cittadini del Cielo. Il perchè l' Angelico Dottore scrisse (d), che la nostra *Divozione verso i Santi non termina in essi, ma passa in Dio, in quanto veneriamo Iddio ne' suoi ministri*. E S. Gi-

(a) Lib. 1. cont. Jul. c. 7. n. 29. (b) Lib. 2. oper. imp. n. 197. (c) Cap. 20. pag. 266. (d) 2. 2. q. 82. a. 2.

S. Girolamo scriveva: (*a*) *Noi onoriamo le Reliquie de' Martiri, per onorar quello, di cui essi son Martiri. Onoriamo i Servi; acciocchè l' onor de' Servi ridondi nel Padrone*. Prosequeris: „ Ista namque verba, præsertim D. Tho„ mæ, nisi explicetur, quid per *Devotionem* intelligat Doctor Angelicus, „ indicare videntur Cultum, & Adorationem Sanctorum non sistere in „ ipsis Sanctis, sed totam referri, & transire in Deum, qui solus in eis „ adoretur, tanquam in Imagine, vel Templo suo. "

64. Num. 2. „ Et hoc est quod alibi ipsemet Pritanius sub persona „ Ferdinandi Valdesii propriis verbis audacter expressit: (*b*) *Ex sententia*, „ inquit, *Ecclesiæ honor, & cultus servorum Dei in Deum ipsum terminatur*. Et rur„ sus: *Exploratum aio, si fieri etiam posset, ut aliquis ex Sanctis, aut canonizatis,* „ *aut non canonizatis, quos Ecclesia veneratur, cœlesti beatitudine nequaquam fruere*„ *tur, adhuc nullum errorem formali in cultum ipsum cadere. Nam vel in eo casu* „ *Populus Catholicus profitetur, se credere gloriam Sanctorum; & ad Deum ho*„ *nor, & preces perveniunt, quanquam ad eam gloriam non pervenisset ille* „ *Sanctus*. Idque confirmat Sacr. Reliquiarum exemplo. Sentit ergo, no„ strum Cultum Sanctorum Sanctis ipsis non adhærescere, sed per Sanctos „ transire in Deum; sicuti cultus Reliquiarum non in ipsis sistit, sed per „ eos transit ad Sanctos, quorum sunt Reliquiæ. "

65. Ut tandem me Hagiomachum monstres, hanc statuis adversus me Thesim n. 34. „ Ex recepta Theologorum sententia, propriam, & usita„ tam Adorationem, qua Sancti a nobis adorantur, esse absolutam, in „ ipsorum creata, & intrinseca, atque supernaturali excellentia proxime „ fundatam; ac proinde Adorationem Sanctorum ad ipsos Sanctos proxi„ me, & ex integro terminari, atque in eis sistere; nec nisi remote ter„ minari, & referri in Deum: quatenus scilicet Deus est Auctor excel„ lentiæ Sanctorum, & ipsi Deo gratus, & acceptus est cultus Sancto„ rum. Num. 44. Honor ille in Deum tandem terminatur, & refundi„ tur ut in Auctorem excellentiæ Sanctorum, & ut in finem cujus gra„ tia, si non explicite, saltem implicite, Sanctos veneramur. "

66. Mirum sane! Et cujusne menti posset unquam subrepere; ut in pauculis meis supra positis, (*c*) quæ nonnisi exprimunt SS. Hieronymi sensus, & Thomæ, aliorumve Patrum (ut infra) perfida includeretur Hagiomachia? Solus id potuit ob scrupulos penetrantissimus tuæ mentis obtutus inspicere, claroque lumini collocare. Ita quidem, ita prorsus; sed te solum loquente, & me tacente. Verum, dum loquor, *collige totas vires tui cordis, ac liberæ frontis; & aude respondere, si potes*. (*d*)

67. Ne Hagiomachus traducar, & osor venerationis Sanctorum; satisne tibi, si conformis loquar SS. Patribus, & a te adversus me laudatis: si sanctos profitear expresse, venerandos cultu, *in ipsorum creata, intrinseca, ac supernaturali excellentia proxime fundato?* (*e*) Et quidem igitur *audi perfectam sententiam meam, & intellige; vel sine intelligere alios, non offundendo caligines nebulosæ disputationis serenitati sincerissimæ veritatis*. (*f*)

68. Num. 40. & seqq. Patres producis comprobandæ tuæ adversus me expositæ Thesi, & ais: „ Eadem assertio confirmatur auctoritate Patrum „ docentium, venerationem deberi Sanctis ob ipsorum Sanctitatem, vir„ tu-

(*a*) Epist. ad Chiparium. (*b*) Epist. 3. & 4. inter XVII. (*c*) Num. 63. (*d*) Aug. lib. 3. contr. Jul. c. 2. n. 9. (*e*) Vid. sup. n. 65. (*f*) Lib. 5. contr. Jul. c. 9. n. 37.

„ tutes, fortitudinem &c. Eusebius Cæsarien. (*a*) *Veteres Patres*, ait, *ad* „ *nostram usque ætatem Sanctis viris ob eorum veram erga Deum Pietatem debi-* „ *tam venerationem tribuerunt.* " Prætereo cæteros in idem collineantes.

69. Comprime scrupulos: da dociles aures Pritanio. In meis a temet productis (*b*) hæc: I cui doni (Dei) veneriamo ne' Beati Cittadini del Cielo. Porro quid sunt *dona Dei* in Sanctis, nisi ex Augustino *merita* eorum, *Pietas*, *virtutes*? Itaque cum Eusebio, aliisve Sanctis tribuo *debitam venerationem ob eorum veram erga Deum Pietatem;* quæ ipsis quidem *intrinseca excellentia est*, *creata*, *ac supernaturalis*, quod exigis. Sed tuis calumniosissimis scrupulis extirpandis audi ampliora, expressiora, dilucidiora. Ibidem (*c*) Sono giunti i buoni Servi di Dio *mercè delle loro insigni virtù*, e di una vita qual si possa esigere, e consigliare dall'Evangelo, *piena di Santità e di Perfezione*, a godere l'immenso premio promesso da Dio a suoi veri Fedeli nell'altra vita.... Perciò al pari degli Angeli Santi *son degni di onore e venerazione anche sulla terra*. I veri Santi son gli Eroi della Cristiana Religione, *ben più meritevoli del nostro ossequio* (adtende) *perchè splendenti per tante luminose virtù*.... Di quì ebbe origine il festeggiar la loro beata morte, o il celebrar altre Feste in loro onore. Il che facendo la Chiesa, oltre all'intenzione di *magnificar Iddio glorioso ne' suoi Santi* (en Sanctorum venerationem, quæ transit ad Deum) *e di onorar la memoria di chi ha si ben profittato de i doni di Dio* (en Cultum, qui in eis sistit.)

70. Compara nunc Eusebio Pritanium, compara & tibi: videbis certe, quam apte eos exscripserit, quam bene subscripseris. Sanctos fateor adorandos ob eorum *merita*, *insignes Virtutes*, *Sanctitatem*, *Perfectionem*, *Heroismum* (detur barbara vox) quæ in eis *creata sunt*, *intrinseca*, *& supernaturalis excellentia*, quæ n. 34. exigis: eorumve *Adoratio in interna eorum perfectione fundatur* quod expectis n. 37. *Igitur convinceris undique; luce clariora sunt testimonia tanta.* (*d*) *Ex quibus, quod voluisti, ipse posuisti: sed ego etiam te nolente, commemoravi, quod prætereundum putasti.* (*e*)

71. Permitte, ut adversus me nequitiam tuorum scrupulorum aperiam. Qui lynceis oculis meum evolvisti libellum; legisti quidem modo producta loca, quæ sanam in me explicant fidem de veneratione Sanctorum. Cur ex eis Pritanii fidem non metiris, non consideras? Cur taces? Fors ut adversus me *imperitis nebulas undecumque commoveas; ne lucem veritatis adtendant?* (*f*) *Quod igitur libris tuis retinetur... apparet, te contra libros meos non invenire, quid dicas: & quærere calumnias, quas nobis loquaciter, & inaniter ingeras.* (*g*) Subinde *falsum*, & *profanum tibi visum est*, *quod ego dixi* (*h*) La nostra Divozione verso i Santi non termina in essi, ma passa a Dio; in quanto veneriamo Iddio ne' suoi ministri. Hæc quidem scripsi cum SS. Thoma, ac Hieron. *dixi sane*, *nec pænitet*. (*i*) Sed quam vere, ut capias, adtende.

72. Num. 31. Adorationem partiris in *Absolutam*, & *Respectivam*. Primam Sanctis debitam credis, necnon Deo; Sac. Imaginibus, & Reliquiis alteram. Quam aptam judicas, mutila prorsus est Divisio, cui deest tertium membrum. Nempe alia *Absoluta* est, alia *Respectiva*, tertia ex absolu-

(*a*) Lib. 7. Hist. Ecclef. cap. 14. (*b*) Vid. sup. n. 63. (*c*) Cap. xx. p. 262. (*d*) Aug. l. 1. cont. Jul. c. 7. n. 30. (*e*) Lib. 1. op. imp. cont. Jul. n. 64. (*f*) Lib. 5. cont. Jul. c. 15. n. 55. (*g*) Lib. 3. op. imp. n. 169. (*h*) Ibid. l. 5. n. 64. (*i*) Aug. l. 4. cont. Jul. c. 2. n. 5.

soluta miscetur, ac respectiva. Prima Deum veneramur & solum; altera dumtaxat Sac. Imagines, & Reliquias; tertia tantum Sanctos. Et idcirco legitur in meo libello debita Sanctis Adoratio *absoluta*, quæ videlicet debetur eis ob *Pietatem* intrinsecam; & *respectiva*, quatenus in Deum transit.

73. Hæc ut percipias, relege tua n. 10. „ Cum adoratio, ais, alicui „ debeatur ex titulo propriæ excellentiæ, ut notavit D. Thom. (*a*) tot „ sunt adorationis species, quot sunt species excellentiæ. " Nempe alia est *Divina*, cui debetur Latria; alia pure creata Sanctorum, quibus Dulia; tertia SS. Virgini ceu Matri Divini Verbi, cui Hyperdulia. Ratione consimili *ex diverso* habendi *modo* excellentiam, multiplex exurgit *modus* Adorationis. Deus, qui suam *a se* possidet excellentiam, absque ullo prorsus ordine ad aliud extra se, *absolutissimam* exigit adorationem: Imagines &c. quibus nulla inest, sed eorum est, quos repræsentant, dumtaxat *respectiva* coluntur: Sancti autem, quibus inest quidem sacra excellentia, quam minime a se habent; sed Deo acceptam ferunt Auctori, ac Principio, & propter Deum ultimum finem; exigunt quidem *absolutam* ratione internæ Perfectionis, qua donantur; sed & *respectivam*; cum ultimo in Deum debeat collineare.

74. Quæ uni Deo debetur, Adorationem omni ex parte esse absolutam, nulli dubium est; quemadmodum & pure *Respectivam*, quæ Sac. Imaginibus Sanctorum venerationem consideremus. Nonne tu ille es, qui hanc & *absolutam* fateris, & *respectivam*? Num. 34. hæc scribis: „ Ac proinde „ Adorationem Sanctorum ad ipsos Sanctos proxime (*en absolutam*,) & „ ex integro terminare, atque in eis sistere: nec nisi remote (en *respe-* „ *ctivam*) terminari, & referri ad Deum. Num. 44. Honor ille Sancto- „ rum in Deum tandem terminatur, & refunditur, ut in *Auctorem* ex- „ cellentiæ Sanctorum, & ut in *finem &c.* " Cap. XI. n. 16. ais de gloria istorum: „ Quæ certe *tota quanta* est ad ipsum Deum, tanquam ad *pri-* „ *mam originem refluit*, atque redundat; quemadmodum nos *frequenter mo-* „ *nent Patres*. " Plures subinde profers, quos inter Augustinum (*b*) *Quid enim*, ait, *nisi Dei sunt laudes, tanti Martyris laudes?* Annon igitur, te judice, ex *absoluta* miscetur, & *respectiva* veneratio Sanctorum? Annon istæc est mea Doctrina, SS. Thoma, & Hieronymo comprobata? Etiam a pectore invito cogitur veritas erumpere. Idem comprobas ex Bellarmino num. 46. *Non quod*, ait, *Adoratio non terminetur ad hominem* (en absolutam) *justum; sed quia ratio* (*ultima*) *cur justum adoretur est Deus*.

75. Verum si evolvisses Petavium, proculdubio in me temperasses irruere. Audi, & tace. (*c*) „ Quod si in alios, ait, officii aliquid, & „ Cultus virtus eadem (*Religionis*) impendat; non id erga illos *princi-* „ *paliter* exercet, sed *per eos transit ad Deum*; ejusque *gratia*, & *in istis* „ *honorandi illius caussa facit*. Quem Cultum *Scheticon* Græci nominant, „ hoc est, *Relativum*, & quasi transitorium, qui non in eo sistit, hæret- „ que, qui colitur; sed per eum *transit ad primarium*, ut vocant *Objectum*. „ Quemadmodum amor ille, quo propter Deum caros habemus homines, „ ac de eis benemereri studemus, ad ipsum proprie pertinet, qui in iis

 „ di-

(*a*) In 3. dist. 9. quæst. 2. art. 1. (*b*) Serm. 5. de S. Cypriano. (*c*) Lib. 15. de Incarn. c. 1. n. 9.

„ diligitur, Deum ... Hoc vero diligenter obſervare oportet. (*a*) Nec ea
„ res tamen, ac natura virtutis illius (Religionis) obſtat, quominus in
„ alios præter Deum religioſi cultus, & officii aliquid redundet; dum
„ ejus, *quem unum potiſſimum ſpectat, honorandi Numinis cauſſa* qualicumque
„ veneratio illa ſuſcepta ſit. Quo circa uti Religio *proprie*, *directe*, &
„ *principaliter* in Deum eſt intenta, velut primarium objectum; ita *ſecun-*
„ *daria* ratione, & *comparativa*, vel *relativa*, cætera *propter illum* comple-
„ ctitur; qui Cultus a Patribus Scheticos (relativus) nominari ſo-
„ let. "

76. Duo profert rationis momenta; ut relativam monſtret venerationem Sanctorum: I. Ex Logicis noſti: Virtus, ſeu Habitus, quicumque ſit, conſiderat quidem objecta ſecundaria, minuſve principalia, ſed ratione objecti primarii, & in ordine ad illud; quod ſolum ex ſeſe attingitur; & neutiquam relative ad aliud. Ratione pari Religionis virtus abſolute prorſus Deum adorat, qui unicus principalis ſcopus ejus eſt; Sanctos autem veneratur, ſed ordine ad Deum. Quia ſunt objecta ſecundaria, minuſve principalia. II. Caritas ex ſeſe ad Deum unice tendit, & in quo quieſcit. Verum, cum ex ea diligimus Proximum; hic amatur quidem; ſed minime in eo ſiſtitur; magis enim amatur Deus, propter quam ille diligitur.

77. Uter noſtrum durius tibi ſcribit, Petavius, an Pritanius? Ego non alia, quam: La noſtra Divozione verſo i Santi non termina in eſſi, ma paſſa in Dio: ille *relativum* nominat hujuſmodi Cultum; qui *non in eo ſiſtit, hæretque, qui colitur, ſed per eum tranſit ad primarium objectum*; quive *non erga Sanctos principaliter exercetur, ſed per eos tendit in Deum*; *ejuſque gratia, & in iſtis honorandi illius cauſſa facit*; Cum *Religionis virtus* proprie, *directe, ac principaliter in Deum eſt intenta, in Sanctos comparativa ratione, & relativa*. Nonne crudius ille, ac copioſius? Sed ſimilia ſcribamus: age, mi Pater, age: Ambos ſimul conclama Hagiomachos. Quod ſi Petavio id verearis appingere; omnes *videant ea manere firmiſſima, quæ velut infirma labefactare tentaſti* in Pritanio. (*b*)

78. Verum, ut introſpicias me prorſus conſentaneum Petavio, ne hunc graveris prolixius loquentem. (*c*) „ Ea quæ Scheticos, & Analogos a
„ principali tanquam a fonte derivatam appellationem capiunt, in dupli-
„ ci eſſe diſcrimine. Quædam enim formam ipſam, a qua denominan-
„ tur, in ſeſe continent, genere quidem diverſam, ſed pro captu crea-
„ turarum rerum congruentem, & a primario participatam. Sic homo
„ ſubſtantia dicitur, & intelligens, ac Rationalis, Sapiens item, ac Ju-
„ ſtus: quarum omnium appellationum cauſſas, ideſt, formas ipſas, &
„ qualitates in ſe complectitur: quæ ſi cum Deo comparentur, valde
„ ſunt imperfectæ; & nonniſi analogos tales nominantur. Alia vero for-
„ ma ipſa carent, a qua denominantur; nec niſi habitudine ad eam,
„ quæ in principali reſidet, ac comparatione cenſentur: quemadmodum
„ in exemplo ſuperiore ſanæ dicuntur herbæ, ſana item inambulatio,
„ quia ſalubres ſunt, ideſt, ſanitatem conciliant, quam ſibi inhærentem
„ non habent... Eodem prorſus modo... *honor*, atque *cultus*, & *Adora-*
„ *tio*, quæ propter excellentiam, & dignitatem alicui defertur; divinæ
„ qui-

(*a*) Ibid. c. 5. n. 1. (*b*) Aug. l. 5. op. imp. n. 62. (*c*) Ibid. c. 2. n. 2.

„ quidem *primo*, *principaliter*, ac *proprie soli tribuitur* (Hanc enim spectat
„ Religio ipsa, cujus officia illa esse dicuntur) *Reliquis* vero *analogos*, &
„ *secundo loco* defertur. Atque Angelis quidem, & Hominibus, idest, ra-
„ tione præditis creaturis ita convenit, uti *caussam*, & *formam*, *ad quaa-*
„ *adhærescit* sui generis, & conditionis obtineant. Cæteris vero velut Ima-
„ ginibus, & mutis eorum monimentis, quæ nullam ex sese capiunt ex-
„ cellentiam ejusmodi, in quam quadrat honor, & Cultus, minus pro-
„ prie, ac perfecte competere. *Quare mere Scheticos* (*relative*) *coli*, *& ado-*
„ *rari* dicuntur : *eo quod ad ista non adhærescit*, neque in istis sistit venera-
„ tio nostra. (*Adtende*) At in *Sanctis non est sola Schetis* (relatio). *Inest*
„ *enim forma ipsa*, excellentiaque sui generis, *in quam honor*, *& cultus con-*
„ *sentaneus dirigitur*. "

79. Annon igitur vides, ex Petavio venerationem Sanctorum ex *absoluta* mixtam esse, & ex *relativa?* Quæ Deo defertur, Adorationem nominat mere *absolutam* illis verbis: *Divinæ quidem primo*, *& principaliter soli tribuitur adoratio:* Quæ Imaginibus &c. mere Scheticon vocat, seu *Relativam*. *At in Sanctis*, ait, *non est sola Schetis:* Igitur est & *absoluta* ; eo quod *inest eis excellentia sui generis*, *in quam honor*, *& Cultus dirigitur* ; & quam *a Primario participatam habent*. Idest, a Deo donante, cooperante, coronante.

80. Ipse quoque nec solum scripsi : La nostra Divozione verso i Santi non termina in essi, ma passa in Dio ; (En relativam venerationem.) Nec solum: I veri Santi ben più meritevoli del nostro ossequio, perchè splendenti per le tante luminose virtù ec. (en absolutam) utrumque junxi, sana fide exigente; ut vere Sanctos ipsos veneremur ; eo quod in sese vere habent, quo mereantur honorem; sed in eis omnino sistere, qui suam virtutem Deo referunt acceptam, qui omnium *Alpha*, & *Omega* est, eadem sana fides prohibet.

81. Consimili prorsus modo scripseram Epist. 3. (*a*) „ Qua in re, quam-
„ quam obscura; noster falli non potest affectus, *ad Mariam nempe tendens*,
„ cui *Hyperduliam* ex Theologorum consensu *debemus*. " Audis, vides? *Ad Mariam tendit* Pietas nostra. Si mere hanc crederem *relativam*, ut e a Imaginum est, scripsissem: *Ad Deum per Mariam*, ut Tridentinum (*b*): „ Ho-
„ nos, qui Imaginibus exhibetur, *refertur ad Prototypa* ; & *per Imagines*
„ *Christum adoramus*, *& Sanctos veneramur*. " II. Scribo : *Hyperduliam debemus Mariæ ex Theologorum* consensu. Hanc autem neutiquam esse mere relativam, omnibus compertum est. *Ecce feci verba mea planiora*, *non ut invenires*, *quod contradiceres*; *sed ut intelligeris*, *non potuisse invenire*, *quod diceres*. (*c*)

82. Cur igitur n. 2. me *audacter exprimentem* scribis? En mea, quæ profers: (*d*) *Ex sententia Ecclesiæ honor*, *& cultus servorum Dei in Deum ipsum terminatur*. Quid hic audaciæ? Nonne te judice, totque aliis sup. laudatis, quos inter & Patres plurimi idipsum affirmant? Ex IV. mea Epistola hæc producis: *Quod plus est*, *exploratum ajo*, *si fieri etiam posset* (*hoc autem nunquam eveniet*) cur hanc Parenthesim taces? *ut aliquis ex Sanctis aut Canonizatis*, *aut non canonizatis*, *quos Ecclesia veneratur*, *cælesti beatitudine nequaquam*

(*a*) Inter decem & septem sub nom. Ferdin. Valesii. (*b*) Sess. 25. de Invoc. &c. (*c*) Aug. l. 3. op. imperf. n. 188. (*d*) Ex Epist. 3. inter XVII.

quam frueretur, adhuc nullum errorem formalem in cultum ipsum cadere. (Annon istæc verissima, quod videlicet in tali Hypothesi, nunquam eventura, nullus irreperet *formalis error* in Cultum Sanctorum? *Nam vel in eo casu Populus Catholicus profitetur, se credere gloriam Sanctorum, & ad Deum honor, & preces perveniunt*. (*Perveniunt* scribo, quod nec unquam inficiari valebis) *quamquam ad eam gloriam fortasse non pervenisset ille Sanctus. Ita profitemur Articulum Fidei in adorandis Hostiis rite consecratis; quamvis ineluctabili certitudine careamus, singulas Hostias rite fuisse consecratas*. Non hic exemplum profero de Sac. Reliquiis, ut ais, sed de Hostiis. *Quare ergo, quibus possis... has fabulas vendere; & potius propter illa, quæ superius dixi, quomodo* Pritanii *calumniator non sis ostende*. (*a*)

83. Sufficientissima istæc tuis omnibus scrupulis extirpandis: Sed qui ex Patribus adversus me pugnas, ex iisdem tela intorqueo adversus te. Petavius sup. laud. (*b*) prosequitur: „ Cyrillus Alexand. (*c*) impio huic „ Apostatæ Christianos in invidiam vocanti, ejusdem, quod Gentilibus „ exprobrabant, Polytheismi, profanique multiplicium, Deorum cultus, „ quod Martyres colerent, respondet, neutiquam ab illis *Latriæ veneratio-* „ *ne* affici, qui honos soli divinitati est habendus: sed Timeticos, & „ Scheticos, hoc est, honorandi more, modoque, & *comparatione*, sive „ *habitudine: quoniam ideo coluntur, quia servi sunt, & amici Dei. Itaque* „ *non tam illi, quam in illis honoratur Christus* " (quam aspere, quam crude præ me Petavius, & ex Cyrillo. Igitur aut condemna omnes, aut absolve) „ Bene hoc ipsum Augustinus expressit (*d*) *Ostenditur mihi Ro-* „ *mæ in honore tanto Templum Romuli, in quanto tibi ostendo memoriam Pe-* „ *tri. In Petro quis honoratur, nisi ille defunctus pro nobis? Sumus enim* „ *Christiani, non Petriani*. " Num Hagiomachus & Augustinus? Omisit Petavius verba Cyrilli, quæ sunt: „ Porro Sanctos Martyres neque Deos „ esse dicimus; nec adorare consuevimus, nimirum Latriæ cultu, sed „ *relative tantum*, & honorandi more. " Eamdem loquendi phrasim de *Cultu Relativo* alii adhibent Patres, Leontius, Basilius, a te laudati n. 45. Damascenus n. 9. & Ambrosius apud Bellarm. (*e*)

84. Tantillum hic sistamus. Admittis quidem in veneratione Sanctorum *absolutum* cultum, & *relativum*; sed principalior tibi est ratio absoluta, & essentialis; respectiva autem minus principalis, & extra essentiam. Sed quid caussæ est, ut nunc memorati Patres, & a te laudati, Catholici quidem, ac sapientissimi, nominent venerationem Sanctorum per *Relativum* ceu *principalius*; & ratione *Cultus Relativi* irruant in Polytheismum, quod præstitere Cyrillus, & Augustinus? Id quidem omni jure; ut enim ex tua Metaphysica redarguam te; haudquaquam prædicatur *genericum*, sed *specificum*, ac *differentiale* rei essentiale est, & intimius. Nimirum Dei Adorationi, ac venerationi Sanctorum *communis est cultus absolutus*; tam enim Deus, & Sancti ob intrinsecam sibi excellentiam coluntur. At cum Deus *a se* possideat eam absque ullo prorsus ad aliud extra se ordine, *absolutam* omni ex parte exigit *Adorationem*. Sanctis vero, etsi intrinseca sit virtus, & Pietas; hanc tamen Deo donante habent, & coronante. Hinc indebita eis *omnimoda absoluta veneratio*; proinde & exigunt

(*a*) Aug. l. 3. op. imp. n. 162. (*b*) Num. 75. (*c*) Lib. 6. cont. Iul. (*d*) Enar. in Psal. 44. (*e*) Lib. 1. de Sanctor. Beatit. c. 13.

gunt *relativam*. Qua igitur notione discriminantur a Deo Sancti; per *absolutam*, in qua conveniunt; an per *relativam*, in qua differunt? Omni igitur jure laudati Patres ex *Relatione* eam Sanctorum nominarunt, ceu per intimiorem rationem. Quod si sac. Imaginibus &c. Sanctos comparaveris; haud quidem in *respectivo*, sed in *absoluto* cultu percipies discrimen. Uter nostrum SS. Patribus magis quadrat, & consentaneus?

85. Ex hisce venit I. ut, te judice, memorati Patres improprie omnino locuti sint: etenim Sanctorum venerationem nominarunt ex *ratione minus principali*, quæ tibi est *respectiva*; & omiserunt essentialem, quæ tibi est *absoluta*. Num credideris, te magis *proprie* loquutum præ illis?

86. II. Cyrilli ratiocinium, necnon Augustini (a) pessum ibit in tua hac opinione. Apostatam Julianum expugnabat Cyrillus, asseverans, Martyres non esse Deos; etsi eos venerarentur Fideles. Nimirum haud eos latria colunt, sed *relative tantum*, & venerandi more. Irrue in Cyrillum: „ Incassum fatigaris; quinimo falsum assumis, Martyres videlicet „ *relative* venerari. Hoc enim pacto non ipsi, sed in ipsis Deus colere- „ tur, tanquam in Imagine, vel Templo suo. Martyres minime Dii „ sunt mihi, & si prædicem eos *absolute* colendos. " Scripsit sup. laud. Augustinus, Christianos nos esse, Petrum licet veneremur. Etenim in Petro Christum adoramus; secus Petriani essemus. Agedum impete in Augustinum: „ Christiani sumus, quamvis in Petro minime Christus „ adoretur. Meretur nimirum Petrus ob suam internam virtutem hono- „ rari, & *absolute*, *non relative*; Secus solum in Petro veneraremur Deum „ ceu in Imagine, & Templo suo. " Et en eadem Hagiomachia laborantes Cyrillus, Augustinus, Pritanius. Felicissima mihi sortem!

87. Vin scire, horumce Patrum quanta polleat soliditate ratiocinium? Solus Deus ejusmodi est; ut cuncta in se possideat, & a se; neminique debeat vel minimum boni: *Deus meus es tu; quoniam bonorum meorum non eges*. Subinde solus ipse *absolutam* meretur Adorationem. Sancti autem excellentissimi quamtumvis sint, cuncta eorum merita, virtutes &c. Deo referunt accepta: coli proinde nequeunt veneratione *mere absoluta*: Hinc argumentum validissimum: „ Martyres colimus *relativa* veneratione, in „ ipsum Deum terminante. Quam igitur in eis veneramur excellentiam, „ a sese minime habent, sed ab alio, a Deo. Nobis itaque nequaquam „ Dii sunt, quibus repugnat necessarius Divinitatis caracter; ut cuncta „ a se, & in se possideat, habeatque. "

88. Inspicis, Patres, *relative* exprimere venerationem Sanctorum, quod ipsis principalius est; quove impactum Fidelibus procul abigunt Polytheismum? Minime solliciti sunt pro explicando eorum *cultu absoluto*, quo ob intrinsecam virtutem colantur. Hoc enim per sese notissimum est credenti, Sanctos esse colendos; jam enim liquet, id præstandum ob merita ipsis propria. Uter nostrum magis congruit veritati, ac Patribus: ego, qui eorum verba fideliter reddo, & sensus; an tu, qui per latus Pritanii in eos insilire videris? Te igitur pudeat, adversus me scripsisse num. 47. „ Quod valde notandum est adversus illos

(a) Vid. sup. num. 83.

„ illos Christianæ Devotionis Reformatores ; qui tunc demum nos erga „ Deum religiosos esse putant , cum erga Sanctos , Sanctorumque Regi-„ ginam irreligiosi fuerimus . " *Nos certe, contra quos nunc loqueris , non hoc dicimus* . (*a*) At si quidem fuerint , qui docuerint , quæ scribis : *Numquid ideo vim veritatis effugere poteris ; quia nobis calumniando importas socios falsitatis?* (*b*) In hoc igitur capite irruis in me crudelius , Fratrisque tui famam niteris perdere ; & in nihilum , si valeres , redigere . Cuniculis pugnas ; meque hoc pacto Hagiomachum conclamare non erubescis, ex quo scripserim cum SS. Thoma , & Hieronymo : La nostra Divozione verso i Santi non termina in essi , ma passa in Dio ec. Verum quid inquies , si tui oblitus , quæ hic adversus me consarcinasti , alibi (*c*) nedum reprobare non verearis absque ulla erroris formidine , sed ex professo item adversus me confirmes ? Num. 4. scribis : „ *Quantum*-„ *cumque* honorem Dei Genitrici exhibemus , *totum* in ejus divinissimum „ Filium tandem *redundare* , & *refundi* , atque ad ipsius *exaltationem* per-„ tinere . Quemadmodum *Patres frequenter* nos admonent . " Subinde plurium testimonia producis , aliave momenta . Quid hoc ? Ipse leviter scribo : La nostra Divozione verso i Santi non termina in essi , ma passa in Dio : binos dumtaxat profero SS. Hieronymum , ac Thomam : & horribilem instruis adversus me accusationem in hoc tuo Cap. IV. Tu ex professo idem comprobas Parte 2. prolixius preme loqueris , & vehementius : & quidquid dicis, sanum est , sanctum est ! quid hoc iterum ? An re ad incudem revocata , palinodiam canis ? An scrupulis tuis videre datum est , quidquid voluerint , non quidquid est ? quibuscum loquutus sim , jam nosti . *Nunc primum perspicis , hoc didicisse , & docuisse tot Sanctos* (necnon primi subsellii Theologos) *quod & nos didicimus , & docemus . Muta jam istam mentem : obliviscere hujus erroris , & propemodum furoris , quo in tot , ac tales Patres Manichæum* (Hagiomachum) *jacularis opprobrium* . (*d*)

CAPUT V.

Non esse simpliciter, & indistincte verum , quod solus Deus absolvere possit a peccatis ; quodque a solo Deo, & non a Sanctis, postulanda, sperandaque sit venia peccatorum.

PRITANIUS.

89. Agesis , compresso pede te sequar . Binam partiris Potestatem n. 2. remittendi peccata : *Primariam* , ac *Principalem* soli Deo propriam ; *Secundariam* , & velut *Instrumentalem* , quam Christo tribuis , ac Sacer-

(*a*) August. lib. 5. oper. imperf. num. 61. (*b*) Lib. 5. cont. Jul. cap. 7. num. 26. (*c*) Part. 2. n. 8. (*d*) Lib. 1. cont. Iul. c. 7. n. 29.

Sacerdotibus. Ipse pariter, loco a te indicato mei libelli, utramque dilucide expressi. (*a*) Parimente è da avvertire, che il perdono de' nostri peccati si ha da chiedere a Dio, si ha da sperare da Dio, perchè *egli solo*, e non giá alcun Santo, *può sciogliere da peccati* [adverte: De Sanctis loquor, haudquaquam de Sacerdotibus; & en Deum remittendorum criminum *caussam principalem*.) Come si ha dal Vangelo (*b*) *ed ognuno sa*, che confessando noi nel Sacramento della Penitenza le nostre colpe, le confessiamo a Dio, *e da lui solo ne riceviamo l' assoluzione* (iterum Deus exprimitur *caussa principalis*) per l' autorità, ch' egli *ha conferito a i sacri suoi Ministri*.... (en Sacerdotes *caussæ ministeriales*.) Congruit igitur Plazzæ Pritanius....

90. Num. 7. ais: „ Non ergo verum est, quod absque ulla distinctio„ ne, ac discretione tam resolute asserit Pritanius: *Solum Deum absolvere* „ *posse a peccatis*. " Immo omnino falsum, quod tu tam resolute profers. Jam enim vides, Deo ceu caussæ principali vim attributam a me criminum remittendorum; Sacerdotibus vero ceu caussis ministerialibus. Sed tuis radicitus scrupulis extirpandis, transmitto, absolute prolatum: *A solo Deo peccata dimitti*: quid ea propter adversus me molieris? Nequidem hilum; sed potius, quo castigeris, habes.

91. Audi SS. Patres. Pacianus Barcinon. Episcopus sæc. IV. (*c*) argumentum refellens Novatianorum, quod solus Deus peccata dimittat; ut omnem a Sacerdotibus ea dimittendi facultatem ablegarent. Inquiunt: dimittere peccata *solus hoc Deus poterit*. Reponit: *Verum est* (Audis?) *sed etiam quod per Sacerdotes suos facit, ipsius Potestas est*. Perpende ratiocinium Paciani. Sacerdotibus licet conveniat Potestas ministerialis relaxandi peccata; ut idcirco videatur, non esse de solo Deo absolute asserenda; quia tamen eorum Potestas Dei solius est; hinc a solo Deo affirmandum peccata condonari. Augustinus. (*d*) *Quodam loco sic ait resurgens a mortuis: Accipite Spiritum Sanctum; & continuo subjecit: Si cui dimiseritis peccata, dimittuntur ei; hoc est, Spiritus dimittit, non vos: Spiritus autem Deus est: Deus ergo dimittit, non vos*. Annon tibi videtur, durius Augustinus Pritanio locutus? Irrue in eum. Isthæc Ecclesiæ Doctrina IV. sæculo, & V. Audi nunc IX. sæculi Jonam Aurelian. (*e*) *Salutem sane animæ nostræ a solo Deo dari, fideliter credimus... Salus igitur animæ, scimus, quia nonnisi a Deo datur*; & id ad fidem pertinere ait.

92. S. Thomas (*f*) absolute monstrat, quod *solus Deus sit caussa gratiæ*; &: *Impossibile est; quod aliqua creatura gratiam causet. Sic enim necesse est, quod solus Deus Deificet*. Emenda, amabo te, Angelicum Doctorem. Etenim „ absque ulla distinctione, ac discretione tam resolute asserit: " (*g*) *Solus Deus est caussa gratiæ; &: Impossibile est &c.* Emenda, inquam, male scribentem. Nimirum credimus Sacramenta, quæ, licet *Instrumenta* gratiam producunt suo modo. Absolute autem asserere: *Solus Deus est caussa gratiæ*; &: *Impossibile est, quod aliqua creatura gratiam causet*, hoc pacto Sacramenta videntur excludi a gratia quovis modo producenda. Igitur in te ipsum redi; & adtende, quantum scrupulis pressus adversum me

(*a*) Cap. xx. p. 267. (*b*) Lucæ v. vers. 21. (*c*) Epist. I. ad Sempr. Novat.
(*d*) Lib. 50. Homil. hom. 23.
(*e*) Lib. 1. de Cult. Imag. (*f*) 1. 2. q. 112. a. 1i. (*g*) Tua sunt, quæ vid. sup. n. 90.

me ſcribas. Catholica eſt Sancto Thomæ reſoluta, & abſoluta Propoſitio: *Solus Deus eſt cauſſa gratiæ*; & : *Impoſſibile eſt &c.* Nimirum veritati ea nititur; ut verum quoque eſt, gratiæ producendæ Sacramenta eſſe Inſtrumenta. Reipſa autem utrumque credidit laud. S. Thomas; dum ad 2. ait: *Cauſatur gratia inſtrumentaliter per ipſa Sacramenta*. Optime igitur ſcripſi: Da Dio ſolo ne riceviam l' aſſoluzione de' peccati; & fateor etiam cauſſas miniſteriales per l' autorità, ch' egli ha conferita a i ſacri ſuoi Miniſtri. Peſſime igitur ſcribis n. 7. „ Non ergo verum eſt, quod abſque „ ulla diſtinctione, & diſcretione tam reſolute aſſerit Pritanius: *Solum* „ *Deum abſolvere poſſe a peccatis*. " Binos demum profero Sac. Scripturæ Interpretes ſapientiſſimos, num a Lapide, & Calmet. Primus (*a*) hæc: *Hanc autem* (Dei offenſam) *nemo*, *niſi Deus ipſe condonare poteſt*. Alter (*b*) de Poteſtate diſſerens dimittendi peccata, ait: *Ea enim Dei unius eſt*. Vide ſis, quot, & quales nactus ſit Vades Pritanius? *Hæc tene*, *ſi vis ſanus eſſe*; *& noli contra hæc*, *quæ ad ſanam doctrinam pertinent*, amplius mutire. (*c*) Suppliciter hic unum precor; ut in tuo Sac. Bibliorum Codice Caput XI. Lucæ reperias, in quo quinta habetur Dominicæ orationis petitio: *Dimitte nobis peccata noſtra*; hic, inquam, ſupple in margine: *Ceu cauſſa primaria*, *ac principalis*. Nimis enim *indiſtincte* tibi loquitur Lucas; quaſi quod *a ſolo Deo poſtulanda ſit venia peccatorum*, ut ais in Titulo hujuſce capitis adverſus me; quodve reputas falſum.

93. Num. 6. Comprobaturus, Sacerdotibus a Chriſto Poteſtatem impertitam dimittendi peccata (quod, qua neceſſitate facias, ignoro. Num fors ut velis intelligi, quod me oppugnes id negantem?) ais: „ Itaque „ quemadmodum poteſtas faciendi miracula, etſi propria Dei ſit, a Di„ vinitate Chriſti cum Humanitate, & a Chriſto cum Apoſtolis commu„ nicata eſt: ita poteſtas remittendi peccata. " Suſtine; ne excurras. Cum in Veteri Teſtamento, tum in Novo, plurima per Sanctos patravit miracula Deus; & tamen infinita veritas protulit: *Qui facit mirabilia magna ſolus* (*d*). Et ubi Sancti miniſteriales cauſſæ miraculorum? Corrigendane tibi divina expreſſio? Porro ſi tuæ ad id horrent aures; certe modum invenies, quo veritatem fatearis. Inveniſti; & in modo loquendi ſubſcribis Pritanio; quinimo ineluctabili vindicas ratiocinio. Adtende:

94. Tui hujuſce Operis Parte ſecunda (*e*) SS. Virginem totius humani generis mediatricem poſt Chriſtum, ſeu *ſecundariam*, niteris evincere; & n. 49. ſcribis: „ Ad decantatum illud Apoſtoli teſtimonium *de uno media-* „ *tore* Chriſto Jeſu, dupliciter reſpondemus. Prima reſponſio eſt, Chri„ ſtum dici ab Apoſtolo unicum mediatorem; quia non ſolum eſt media„ tor quo ad munus reconciliandi homines Deo; verum etiam mediator „ quo ad ſubſtantiam mediandi inter Deum, & hominem, per participa„ tionem utriuſque Naturæ, divinæ, & humanæ. Num. 52. Altera reſ„ ponſio eſt: Etiam prætermiſſa hac ſignificatione mediatoris quo ad ſub„ ſtantiam, & inſpecta ratione mediatoris quo ad munus, Chriſtum Je„ ſum recte appellari ab Apoſtolo unicum Dei, & hominum mediatorem „ (*Adtende*) *per antonomaſiam*: *ſeu per excellentiam*: *qua ſcilicet perfectiſſi-* „ *mo*, *& incomparabili modo utrumque illud officium obivit*. *Quod enim eſt*

„ *præ-*

(*a*) In c. 9. Matt. (*b*) Ibidem. (*c*) Aug. l. 2. op. imp. n. 217. (*d*) Pſalm. 135.
(*e*) Cap. 4.

„ *præstantissimum in aliquo genere, unicum, & singulare in eo genere appella-*
„ *ri consuevit*. Qua ratione *solus Deus* dicitur *bonus* a Christo Domino:
„ (*a*) *Solus Deus* habere *immortalitatem*, ab Apostolo (*b*). Numquid enim
„ Angeli Sancti non sunt vere, ac proprie boni jure, & proprie immor-
„ tales? " Colligis n. 5. „ Isthæc autem omnia non impediunt, quomi-
„ nus Dei Genitricem humani generis apud Deum, & Christum media-
„ tricem, non utique Primariam, sed secundariam libere appellemus. "
Tibi igitur verissimum est, absolute, & indistincte Christum asserere cum
Apostolo *unicum mediatorem*; quia ex hoc ullum detrimentum patiatur in
SS. Virgine *secundaria* ejus *mediatio*. Brevius: Bene profertur, & est Christus unicus mediator; & Maria proprie est secundaria mediatrix.

95. Euge, mi Pater, eugepe: quam nervose, quam invicte ab illationibus tuis vindicas Pritanium, disparatis, necnon desperatis. *Adtende, quid dicam... Hoc tu si intellexeris, & veritati repugnare nolueris, ab hac contentione in hac quæstione cessabis*. (*c*) En tua in te revibrata: „ Etsi
„ Sacerdotibus potestas conveniat ministerialis dimittendi peccata; tamen
„ recte dicitur a Pritanio: *Solus Deus peccata dimittere per antonomasiam*
„ *seu per excellentiam; quia scilicet perfectissimo modo, & incomparabili* (ceu
„ caussa primaria, ac principalis) *illam habet Potestatem*. *Quod enim est*
„ *præstantissimum in aliquo genere* (ut est caussa principalis in genere effi-
„ ciendi) *unicum, & singulare in eo genere appellari consuevit. Isthæc autem*
„ *omnia non impediunt; quominus Sacerdotibus potestatem libere tribuamus di-*
„ *mittendi peccata; non utique principalem, sed ministerialem.* " Grati ani-
„ mi tibi grates rependo. Interim serio perpende, quantum te tui a te
scrupuli avertant: dum enim ferire me niteris; &, si valeres, absumere;
dexteram mihi porrigis adjutricem. *Sed quomodo sperem te auditurum esse, quod dico; qui tam in proximo non audis ipse, quod dicis, qui tibi continuo contradicis*. (*d*)

96. Scripseram, (*e*) Che Dio solo, e non già alcun Santo, può sciogliere da peccati, come si ha dal Vangelo (*f*). Adversus hæc impetis n.
7. „ Multominus verum est, quod pro ratione subtexit, istud nos *habere*
„ *ex Evangelio*. Quia verba, quæ illo Cap. V. Lucæ vers. 21. leguntur,
„ & tacite allegantur a Pritanio: *Quis potest dimittere peccata, nisi solus*
„ *Deus?* Nec Christi Domini, nec Evangelistæ sunt, sed Scribarum, &
„ Pharisæorum obloquentium Christo. Cum enim Christus dixisset Para-
„ litico: *Homo remittuntur tibi peccata tua*: tunc, ut ait tibi Evangelista:
„ *cœperunt cogitare Scribæ, & Pharisæi, dicentes: Quis est hic, qui loquitur*
„ *blasphemias? Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus?* Numquid au-
„ tem jure, & merito *ex Evangelio* nos habere dicimur, quidquid a Scri-
„ bis, & Pharisæis cogitatum, dictumve esse, refert Evangelista? "

97. Incassum fatigaris. Errarunt sane Scribæ, ac Pharisæi cogitando: *Quis est hic, qui loquitur blasphemias?* At sancte cogitarunt, vere, & juxta fidem: *Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus?* O bone, ut cætera taceam, nonne tu n. 2. „ Et Deus ipse per Isaiam (*g*) ait: *Ego sum,*
„ *ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas:* quasi (*dele hoc quasi*) id sibi pro-

„ prium

(*a*) Luc. 18. (*b*) 1. Timoth. cap. 6. vers. 16. (*c*) August. lib. 5. oper. imperfect. num. 39. (*d*) Lib. 2. cont. Crescon. cap. 12. num. 15. (*e*) Vid. sup. n. 89. (*f*) Luc. V. vers. 21. (*g*) Cap. 43. vers. 25.

„ prium vendicans? " Nimirum in veteri Teſtamento ſoli Deo, & unice reſervabatur remiſſio peccatorum; ut tumet n. 8. „ Nec jam Deum in „ cœlo ſibi ſoli retinere eam Poteſtatem (*dimittendi peccata*) ut in Ve- „ teri Teſtamento. " Idem fatetur Auguſtinus: (*a*) „ *Quis poteſt dimitte-* „ *re peccata, niſi ſolus Deus?* ... Hoc verum de Deo cogitabant, ſed Deum „ præſentem non videbant. " Itaque Chriſti Domini ea ſunt: *quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolus Deus!* in quantum videlicet in Veteri Teſtamento ceu Verbum Patris id revelaverat Chriſtus. Phariſæi quidem ea veritate adverſus Chriſtum abutebantur, quem hominem purum ſceleratius credebant, qui homo vere erat, & Deus. Quid, ſi ſcripſiſſem: Solo Iddio può ſciogliere da peccati, come ſi ha da Iſaia ſup. laudato? Et certe vera ſcripſiſſem. Ad Lucæ Evangelium appellavi; in quo ſane hiſtorice refertur, quod ea cogitaverint Phariſæi: *quis poteſt dimittere &c.* Sed cum ad fidem pertineant, ſunt etiam vera.

98. Reapſe autem & ipſe Chriſtus veriſſima intellexit eamdem ſententiam: *quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolus Deus?* Quinimo & ex ea inſuperabile Divinitatis ſuæ protulit argumentum. Idcirco tria præſtitit. I. Monſtravit, ſecreta cordium ſe penetrare; quod ſolius Dei eſt: *Tu noſti ſolus cor omnium filiorum hominum.* (*b*) II. Peccata dimiſit; quod & fatentibus Phariſæis, ſoli convenit Deo. III. Paraliticum ſanavit; & de Deo ſcriptum eſt: (*c*) *Qui facit mirabilia magna ſolus.* Et en argumentum: „ Soli Deo reſervatur peccata dimittere; ut voſmet fatemini Scribæ, ac „ Phariſæi. Igitur & ego, qui dimitto peccata, Deus ſum. Ut autem „ certo ſciatis, a me peccata remiſſa, Paralitico impertior ſalutem; quod „ etiam ſolius Dei eſt. " Decretorium ſane argumentum; cum nequeat prima Veritas Deus in teſtimonium falſi patrare miracula. Hinc merito tuus a Lapide [*d*] *Chriſtus multa, & magna patrabat hoc fine, ut probaret, ſe eſſe Deum.* Plures ex Patribus laudat, alioſque.

99. Scribis n. 8. „ *Quibus verbis: Ut autem ſciatis, quia Filius hominis* „ *habet poteſtatem in terra dimittendi peccata &c.* Chriſtus ſignificavit, & mi- „ raculo ſubſecuto comprobavit, *ſe etiam ut hominem* habere poteſtatem „ dimittendi peccata. " Deciperis, pace tua dixerim. Ejuſmodi Poteſtas Chriſto conveniens ceu *homini* ſuæ videlicet Humanitati *inſtrumentalis* eſt, & *per miniſterium*, (*e*) quod n. 4. fateris. Verum cum Phariſæis repoſuit: *Ut autem ſciatis &c.* ea ipſi intelligenda fuit Poteſtas, de qua in corde Scribarum; ſecus diſparate omnino Chriſtus repoſuiſſet. Ipſi autem eam animo revolvebant Poteſtatem, quæ tunc credenda erat; eaque erat unica, ſoli Deo reſervata, perfecta, & omnimoda. Hanc itaque intellexit Chriſtus; ut poſſet ſuam eis oſtendere Divinitatem. Sed age: ſit, ut vis, intelligendus Chriſtus *de Poteſtate miniſteriali*, de ea nimirum, quæ ipſi congruit ceu homini; adtende, quale eſſet Chriſti ratiocinium: „ Soli Deo reſervatam dicitis perfectam, omnimodam Poteſtatem dimit- „ tendi peccata. At etiam mihi poteſtas convenit, non perfecta, non „ omnimoda, ſed miniſterialis dumtaxat ea remittendi. Itaque Deus „ ſum. " *Jamne diſcernis, jamne perſpicis,* (*f*) quam diſparate fluat oratio,

(*a*) In Pſalm. 36. Sermon. 3. num. 5. (*b*) Lib. 3. Reg. cap. 8. verſ. 39. (*c*) Pſal. 135. (*d*) In Cap. 9. Matth. verſ. 4. (*e*) S. Thom. 3. part. quæſt. 16. art. 11. ad 2. (*f*) Lib. 2. cont. Iul. c. 3. n. 7.

tio, quam disperate; ut nullo pacto suam hic posset monstrare Divinitatem. *Quæ si satis non sunt, adhuc audi.* (*a*)

100. Quid protulit Christus? *Ut autem sciatis, quia Filius hominis &c.* Nosti, quid principalius notet Τῶ *Filius hominis*? Nonnisi divinam Verbi Hypostasim, seu Personam. Equidem *Filiatio proprie competit Hypostasi, vel Personæ, non autem naturæ.* (*b*) Verbi autem Personæ, quæ Deus est, plena, absoluta, & omnimoda convenit Potestas dimittendi peccata. De hac igitur Christus intelligendus, cum dixit: *Ut autem sciatis &c.*

101. Prosequeris: „ Non enim dixit Christus, ut sciatis, quia *Filius* „ *Dei*, sed quia *Filius hominis* habet potestatem, & non dixit: *in Cælo*, „ sed *super terram*: ut ostenderet, se etiam ut hominem remittere posse „ peccata; nec jam Deum in Cælo sibi soli retinere eam potestatem (ut „ in Veteri Testamento) sed datam esse homini super terram. “ Ex hac tua loquendi forma subindicare aliquod discrimen videris inter Τῶ *Filius Dei*, & *Filius hominis*. Verum enim vero nullum discrimen est, nisi penes Naturas. Idem Verbum & *Filius Dei* est in Natura Divina, & *Filius hominis* in Natura humana: *unus omnino Christus non confusione substantiæ, sed unitate Personæ* (*c*) Hinc æque bene asseritur in Christo: Facultas absolute dimittendi peccata convenit *Filio hominis*, &: convenit *Filio Dei* quia unus, idemve Filius est. Profecto autem non expressit Christus: *Filius Dei*; quia hoc monstrandum suo modo erat; ut crederetur: dixit *Filius hominis*, quod videbatur: ut ex hoc, quod videbatur, crederetur, quod latebat, Christum videlicet esse verum Deum. Reapse autem id solidissime evicit Christus hoc argumento: „ Asseritis, Scribæ, „ & Pharisæi, sana fide edocente, solius Dei esse, peccata remittere. “ Cum igitur videatis dimitti peccata a filio hominis (quod clarum erat ex subsecuto miraculo sanationis) „ hunc verum Deum esse profiteri debetis. “ Dixit autem: Habet *potestatem in terram* dimittendi peccata; Siquidem ante Incarnationem dicebatur Deus peccata dimittere è Cœlo, quod ei solum (licet ubique præsens) erat sedes ex speciali præsentia: sed post Incarnationem (dum nobiscum ageret Christus) etiam in terra specialissima ei sedes fuit in Humana Natura, quam assumpsit: ut merito de se diceret: *Habet potestatem in Terra.* Quod videtur expressisse Chrysostomus (*d*) „ Signanter dixit: *In terra dimittendi peccata*, quod huma„ næ Naturæ potestatem Divinitatis univit indivisibili unione. “

102. Num. 10. scribis: „ Quæ vero velut in confirmationem subnectit „ Pritanius (*e*) Ed ognuno sa, che confessando noi nel Sacramento del„ la Penitenza le nostre colpe, le confessiamo a Dio, e da Lui solo ne „ riceviam l'assoluzione per l'autorità, ch' egli ha conferito a i sacri „ suoi ministri, non parum & ipsa castiganda sunt; ne Rudibus, quos „ hic Auctor instruendos suscepit, occasionem præbeant erroris. I. Non „ erat jejune dicendum: Nel Sacramento della Penitenza le nostre col„ pe confessiamo a Dio, e da lui solo ec. quasi vero sufficeret confessio „ soli Deo facta; sed addendum erat, *& Sacerdotibus, quos Christus sui* „ *ipsius vicarios reliquit, ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in quæ* „ *Christi fideles ceciderint: qui pro potestate clavium remissionis, aut retentio-*

D 2 *nis*

(*a*) Ibidem c. 5. n. 11. (*b*) S. Thom. 3. part. q. 23. a. 4. (*c*) In Symbolo S. Athanas.
(*d*) Apud S. Thom. 3. p. q. 16. a. 11. ad 2. (*e*) Cap. xx. p. 267.

„ *nis sententiam pronuncient*. (*a*) II. Prætereo solemnem Confessionis formulam ab Ecclesia usurpatam, qua peccata confitemur non tantum Deo, „ sed & *B. Mariæ semper Virgini*, *B. Michaeli Archangelo &c.*

„ 103. III. Nec erat ita confuse, & inordinate pronuntiandum: E da „ lui solo ne riceviam l'assoluzione per l'autorità, ch' egli ha conferito „ a i sacri suoi Ministri; ne quis incautus in errorem impingeret sectationum dicentium: (*b*) *Ministrum in hac re non Judicem sed Præconem esse Dei: neque pro potestate absolvere, sed tantum annuntiare Pœnitentibus indulgentiam a Deo obtentam*. " Ut fidelior sim, non refugio prolixitatem exscribendo tua; & ut omnibus liqueat, te a me exigere Catechesim, qui dumtaxat scribo *della Regolata Divozione*.

104. Pessimum certe negotium, cum Scrupuloso rem habere! Alter Proteus: *Nunc huc, nunc illuc, & utroque sine ordine currit*. (*c*)

Ille suam faciem transformat, & alterat arte:
Mox domitus vinclis, in sua membra redit.

Cap. 1. n. 3. hujusce tui Operis insultas, & impetis in me scribentem: (*d*) Niuno de' Santi senza grande empietà si dee credere, o chiamar Dio, & ais: „ Sed hoc loco ubi non de catechizandis Barbaris, aut Pueralis „ in Fidei elementis, sed *de Catholicis, & Adultis in Cultu Sanctorum instruendis, agitur*, frustra in primis, & otiose suggeruntur. Quis enim „ inter Adultos Catholicos, etiam sequioris sexus, adeo rudis, & stupidus est, ut ignoret Sanctos non esse Deos? " Mihi igitur vitio vertebas, quod Catechismum scripserim pauculis illis verbis; cum dumtaxat *de Catholicis Adultis in Cultu Sanctorum instruendis* me profitear differentem. Bene prorsus, Rev. Pater. Verum cur modo in aliam transformaris faciem; ut in me acculeatus insilias, quod Sacramenti Pœnitentiæ Catechesim ex Tridentino non ediderim? Patere tamen, ut tua adversus te retorqueam. „ Quis inter Adultos Catholicos, etiam sequioris sexus, adeo rudis, & stupidus est, ut ignoret: *Non esse soli Deo aperienda peccata, sed & Sacerdotibus, a quibus vere absolvamur ceu a Ministris Christi; sed ipse principalis sit Auctor nostræ Justificationis &c.* " Et quidem idcirco scripsi: *Ognuno sa*, che confessando noi ec. (*e*) Igitur, te judice, nil peccavi, isthæc in meo libello præteriens. Verum opinionum constantiam quis in scrupuloso requirat?

105. Sed relege supra (*f*) quinam sit, & unus mei libelli scopus; nempe: Il principal mio assunto sarà di mostrar, qual sia la soda Divozione, a cui dee aspirare, ed attenersi ogni Fedele di buona volontà. (*g*) Qui vero eam ignorant Sacramenti Pœnitentiæ Catechesim; tu noveris, si bonæ sint voluntatis. Non igitur hisce, *sed scientibus legem loquor*, haudquaquam legem me docere profiteor. Quod si quandoque id præstem, ex necessitate est Pietatis dirigendæ; quod & nosti sup. cap. 1. cur Sanctos monuerim, nec esse, nec Deos vocandos. Et quidem in cap. XIII. de Sacr. Pœnitentiæ dissero; sed qua ratione Pietas dirigenda est, non qua instruendi Fideles, quos Fidei necessaria rudimenta non ignorantes credo.

106.

(*a*) Trident. sess. 14. cap. 5. (*b*) Ap. Bellarm. lib. 3. de Pœnit. cap. 2. (*c*) Lib. 1. Fast. Ovidius. (*d*) Ibidem p. 265. (*e*) Vid. infra num. 106. (*f*) Num. 15. & 16. (*g*) In Monito ad Lectorem.

106. Et tamen quod avidius in meo libello expetis, exposui; breviter quidem, qui Catechesim non scribo: sed tibi ea videre, aut intelligere datum non est, scrupulis prætervolantibus, obnubilantibus, omnino prohibentibus; etsi ea produxeris in Latium a te conversa. (*a*) Ognuno sà (scientibus loquor) che confessando noi *nel Sacramento della Penitenza* le nostre colpe (quid hoc, nisi Sacerdotibus aperire peccata?) le confessiamo a Dio (utrumque fateor, Deo, ac Sacerdotibus aperienda) e da Lui solo ne riceviam l'assoluzione per l'autorità, ch'egli ha conferito a i suoi sacri Ministri. Quid hæc, nisi Deum principaliter condonare peccata; sed etiam, (quia voluit) necessaria mediante suorum Ministrorum absolutione, quod omnes bonæ voluntatis Fideles norunt? Et alibi; (*b*) Per pentirsi daddovero, e per disporsi col pentimento *a ricevere l'assoluzione* da i sacri Ministri nel Tribunale della Confessione. Adverte: A ricever l'assoluzione scripsi quod non est *annuntiare dumtaxat indulgentiam a Deo habitam peccatorum*, sed & absolutionem. Utrumque igitur posui: Da Dio solo riceviam l'assoluzione; &: da sacri Ministri riceviam l'assoluzione. Videlicet, *da Dio solo* ceu caussa principali: *Da sacri Ministri* ceu caussis ministerialibus. Lege item Cap. XIII. p. 167. Il perchè se *necessaria* al Cristiano è *per rientrar nella grazia ed amicizia di Dio* la sacramental Penitenza, utilissima eziandio può riuscire, per conservarsi in essa, e per tendere alla perfezione. *Necessarium* dico fidelibus *Sacramentum Pœnitentiæ*, ut in Dei amicitiam resurgant. Non itaque in eo annuntiatur tantum obtenta a solo Deo indulgentia; sed & per illud habetur. „ Prætereo, „ inquis, solemnem Confessionis formulam. “ (*c*) Et quidem prætereundum omnino erat; nunquam enim, nusquam scripsi: Le confessiamo al *solo* Iddio le nostre colpe, sed, le confessiamo a Dio ec. Vides, quam longius absim a Novatorum erroribus? quam longius abes a veritate, dum me niteris infamare? Evulsi, eradicati sunt scrupuli tui sup. indicati. *Placetne tibi jam mutare sententiam.... quid loquaris nesciendo?* .... (*d*) *Vide, quam manifesta veritate convincam?* (*e*)

107. „ Progrediamur, inquis num. 15. ad alteram, eamque potissimam „ Pritanii dogmatis partem, qua monebat: Il perdono de' nostri peccati „ si ha da chiedere a Dio, si ha da sperare da Dio; a Deo scilicet so- „ lo, & non a Sanctis; ut verba subjuncta declarant: Perchè egli solo, „ e non già alcun Santo può sciogliere da i peccati. Hoc monitum eo- „ dem ambiguitatis vitio laborat. Dupliciter quis potest postulare & spe- „ rare ab aliquo veniam peccatorum. Uno modo tanquam ab Auctore, „ & Largitore: “ & hoc modo soli Deo, ais, convenire: Altero modo tanquam a secundario mediatore, qui sua merita, & preces apud Deum interponat; ut peccatorum veniam largiatur. „ Et hoc dumtaxat modo „ veniam peccatorum a Sanctis postulant, & sperant Fideles. “

108. Num indistincte, num ambigue Veritas increata: (*f*) Et non est „ in *alio aliquo* salus. Nec enim *aliud* nomen est sub cœlo datum, in „ quo oporteat nos salvos fieri. “ Emenda Scripturæ ambiguitatem; & in margine Sac. Bibliorum scribe: „ Non est in alio aliquo salus; ceu

„ Au-

(*a*) Cap. xx. p. 267. (*b*) Cap. xv. p. 168. (*c*) Vid. supra num. 102. ad II. (*d*) Lib. 1. contr. Julian. cap. 9. num. 42. (*e*) Ibidem cap. 8. num. 4.. (*f*) Actor. cap. 4. vers. 12.

„ Auctore; & est in alio aliquo, ceu Interventore. "Eidem subsit pœnæ suus a Lapide in hunc locum, ambigue scribens de SS. Nomine Jesu: „ Utpote a quo *solo* salutem, omneque bonum expectare debeat " Fidelis. Emenda similiter Patres. S. Clemens Alex. (*a*) ait: „ Unde merito „ cum unus sit bonus Deus, ab ipso *solo* bonorum alia dari, alia conser„ vari, orantes petimus tam nos, quam Angeli. " S. Augustinus: (*b*) „ Præmissum est: *Benedixit eum Dominus* (Genes. 26.) ut sana Fide in„ telligamus, etiam ista temporalia dona *nec dari* posse, *nec sperare* debe„ re, etiam cum ab infirmioribus appetuntur, *nisi ab uno Deo*. Vides, quam ambigue, quam indistincte loquatur Augustinus: quinimo ad sanam fidem adtinere ait, *nec dari posse*, *nec sperare debere &c.* In Augustinum irrue. Et (*c*) „ Liberat ergo ab hac servitute (*peccati*) *solus* Dominus: „ qui illam non habuit, ipse de illa liberat; solus enim in hac carne „ venit sine peccato: " & alibi: (*d*) *Solus* potest auferre peccata; nec „ habet necessitatem offerre pro suis. " Vides, quam ambigue loquantur? Scribe eorum emendationem in margine. Cum hisce emendari, gloriæ deputabo. *Hæc commemoravi; ut intelligas, si possis .... Adtende Scripturas*, & Patres, *a quibus miserandus exorbitas, & vagabundus ..... tanquam tempestate jactaris.* (*e*)

109. Profecto miseret tui, qui nimia obrueris caligine scrupulorum; ut videns non videas. Comprime scrupulos: relege mea fors modo perceperis. Il perdono de' nostri peccati si ha da chiedere a Dio solo; si ha sperare da Dio solo (ut tibi placet: in libello enim non est Tῳ *solo*) Annon vides, me hic differere de *caussa efficiente* nostram justificationem, de dimittente *efficienter* peccata? Perchè egli solo, e non già alcun Santo può *sciogliere* da peccati. Num Sanctos credes, in cælis efficientes caussas nostræ justificationis, nostrorumve scelerum remittendorum. Absit, mi Pater, absit. Solus Deus caussa principalis, Sacramenta, & Sacerdotes in Sacramento Pœnitentiæ caussæ ministeriales; sed Sacerdotes hic agentes, haud in cælo regnantes. Mea *verba tam clara obscurare, tam recta curvare, ingenti quidem, sed inani labore conaris.* (*f*) Nimirum unquam inficiari nequibis, me de Deo hic loqui *efficienter* dimittente peccata; & respectu Sanctorum, quibus ad id nullus est influxus efficiens, nec in ratione *caussæ principalis*, nec *ministerialis*, ut secundo modo possunt Sacerdotes in Sacramento Pœnitentiæ. Illuderentur itaque, si peteretur ab eis, si speraretur hujusmodi venia, qui eam *efficere* nullo pacto valent; etsi queant impetrare; de qua impetratione nullatenus ago in modo memoratis meis verbis.

110. Age tamen: Quid si tumet mihi subscribas? Si fatearis vera, non ambigua, sed expressa, & dilucida esse: Il perdono de' nostri peccati si ha da chiedere a Dio solo, si ha sperare da Dio solo? I. Ais num. 15. „ *Non nisi* a Deo veniam peccatorum postulare, & sperare valemus, tan„ quam ab Auctore, & Largitore veniæ; cujus sit per se, & ex se ve„ niam peccatorum *dare*, & in suam gratiam peccatorem recipere. " H[illegible] tua loquendi phrasis tibi ambigua non est. Cum igitur dilucide agam

(*a*) Lib. 7. Stromat. (*b*) Lib. 1. Quæstionum in Genesim quæst. 76. (*c*) Tract. 41. in Ioan. num. 5. (*d*) Quæst. 120. in Exod. (*e*) Lib. 6. oper. imperf. n. 10. (*f*) Lib. 2. oper. imp. num. 161.

agam de Deo *dante* veniam, de Deo in ſuam gratiam *recipiente*, de Deo Juſtificante *efficienter*, quod Sancti e cælo nullatenus faciunt. Jam tibi dilucida mea ſunt, non ambigua, qui eadem ſcribis.

111. II. Cur tibi mea ſunt ambigua? quia, ais, a Sanctis etiam poſſumus veniam ſperare peccatorum, & poſtulare, „ tanquam ab Interven„ toribus, qui ſua merita, & preces apud Deum interponant, ut veniam „ peccatorum *largiatur*, & in ſuam gratiam recipiat. “ (*a*) Bene, mi Pater, bene. Sed *rogo te: Adtende, quid dicas: Noli oculis clauſis linguam movere, quo modo qui in ſomnis loquitur*. (*b*) Quid ſibi volunt iſthæc tua: *Poſtulamus, ſperamus a Sanctis, ceu ab Interventoribus, veniam peccatorum?* Nempe: „ Dumtaxat poſtulamus, Sanctos pro nobis Deum precari, eoſ„ ve oraturos ſperamus; ut *ſolus* tamen Deus veniam peccatorum largia„ tur: ipſi tantum moveant precibus Deum; *ſolus* Deus veniam conce„ dat. “ Annon igitur vides; cum ais, poſtulare nos, ac ſperare veniam a Sanctis, ceu ab Interventoribus, non aliud aſſerere, quam ſi ha da chiedere a Dio ſolo; ſi ha da ſperare da Dio ſolo *ricevere* il perdono de' noſtri peccati; perchè egli ſolo, e non già alcun Santo può ſciogliere da peccati. Interventores enim non ſolvunt; ſed impetrant, ut ſolvat Deus. Scrupulos tuos *tolle de medio, quibus tardis illudis ingeniis; aut cæcitatem, qua manifeſta non cernis*. (*c*)

112. Num. 17. totum in me ſcrupulorum virus effundis. „ Quod ſi „ Pritanius, *ais*, nullo modo poſtulandam, ſperandamque eſſe a Sanctis „ veniam peccatorum velit; *nihilque ſpei a Peccatoribus in Sanctorum inter„ ceſſione reponendum eſſe contendat*, ut ſua illa indiſtincta, & abſoluta mo„ nitione inſinuare videtur. Hoc nos ſuæ Reformationis caput conſtanter „ refellimus: I. Scripturarum exemplis: II. Documentis SS. Patrum: III. „ Conſuetis Eccleſiæ precibus: IV. Miris, & indubitatis eventibus. “ Quintum prætermiſiſti, quod ex Auguſtino ſuppletur: *Aut calumniaris; aut neſcis, quid loquaris*. Sed (*d*) *Miſereatur tui Deus; ut eſſe deſinas vanus*.

113. En iterum a tuis ſcrupulis me Hagiomachis adnumeratum. Ageſis, dilectiſs. P. quænam tibi momenta ſuppetunt, quibus Pritanium, monſtres, contendere: *Nihil ſpei Peccatoribus in Sanctorum interceſſione reponendum eſſe?* Verum ſerio adverte, iſthæc momenta ut ſint ſolida, ſoliſſima, non ſcrupuloſa. Agitur enim de fama Proximi: & cujus Proximi! nempe Sacerdotis Catholici, Piiſſimi, Sapientiſſimi: agitur de infamia, non quacumque, ſed quæ eum reddat toti Eccleſiæ execrabilem, ceu Etherodoxum. Age, profer momenta: En, ais: *Ut ſua illa indiſtincta & abſoluta monitione inſinuare videtur*. Et hæc monitio mea: Il perdono de' noſtri peccati ſi ha da chiedere a Dio ſolo; ſi ha da ſperare da Dio ſolo; perchè egli ſolo, e non già alcun Santo può ſciogliere da peccati. Et talia de me proferre non puduit, talibus dumtaxat innixum? Et ea ſcribere non erubuiſti? Profecto quo ad præſens attinet, *neque pudoris ullum putandum eſt in te remanſiſſe veſtigium, ſi non hinc erubeſcis*. (*e*)

114. Num mea *indiſtincta* ſint, & *abſoluta*, jam accepiſti. At ſint, ut expetis, *abſoluta, indiſtincta, ambigua*: cur mea taces, quæ ibidem paullo

(*a*) Num. 15. ſcribis. (*b*) Lib. 5. oper. imp. num. 41. (*c*) Lib. 6. n. 39. (*d*) Lib. 5. oper. imp. n. 64. (*e*) Aug. l. 3. oper. imp. n. 154.

lo ante, (*a*) ſcribo, *diſtincta*, *expreſſa*, clariſſima? Cur omittis ex hiſce meis *diſtinctis* indiſtincta intelligere, ex *clariſſimis* obſcura aperire, & ambigua? Jure merito igitur iterum regero: *Calliditatem tuam tolle de medio, qua tardis illudis ingeniis ſunt cæcitatem, quæ manifeſta non cernis.* (*b*)

115. Adtende, ſi ſaltem remanſerint aures, quam dilucida mea fides, quam ſana de *Invocatione*, & *Interceſſione Sanctorum*. (*c*) I veri Santi ſono gli Eroi della Criſtiana Religione..... Di qui ebbe origine il feſteggiar la loro beata morte, e il celebrar altre Feſte in lor' onore. Il che facendo la Chieſa... Due nobili altre mire ha eſſa pel profitto de' Fedeli. La *prima fondata ſull' antichiſſima Tradizione*, ed autenticata *da SS. Padri*, è di farci meglio conoſcere, *chi può eſſere a noi utile preſſo Iddio, per impetrarci grazie sì ſpirituali, che temporali*, ſecondo che ne abbiſogniamo (vide, quam fideliter voces reddam Tridentini (*d*): *Bonum, atque utile eſſe ſuppliciter eos invocare, & ob beneficia impetranda a Deo... ad eorum orationes, opera, auxiliumque confugere*) di noi ſi ricordano; ci amano piucchè mai, e bramano di giovarci, riconoſcendo noi per queſto nel Simbolo quella Comunione, che paſſa fra i Santi Comprenſori, e figli della Cattolica Chieſa militante. Sicchè ove noi *invochiamo il loro Soccorſo*, eſſi leggendo in Dio le noſtre preghiere, le preſentano a Lui accompagnate da i meriti del noſtro divino mediatore Gesù Criſto; e *facilmente impetrano* ciò, che può *ridondare in bene delle anime noſtre*. Perciò l' *Invocazione de' Santi*, ſiccome utile e lodevol mezzo per *ottener grazie* dall' Altiſſimo, è a noi raccomandata dalla Santa Religione; ed abbiam Litanie appoſta, con cui gli preghiamo, che *preghino Dio per noi*. Et de SS. Virgine: (*e*) E quanto all' *invocarla* ne' noſtri biſogni, comune abbiamo il ſentimento della Chieſa, che *più utilmente ricorreremo a Lei per ottener benefizj da Dio*, che al rimanente de i Santi. Prætereo, quæ ab ann. 1740. eadem ſcripſi in Opere *De Superſtitione vitanda* cap. 2. Num Hagiomachorum hæ voces ſunt, hæc fides? Utinam! Nullus unquam iſtiuſmodi fuiſſet error. Sed vereor, *ne tu contra clariſſimam veritatem oculos claudas*. (*f*) *Sed quid plura ſatis me docuiſſe exiſtimo, vel pluſquam ſatis*. (*g*) *Qui legunt hæc, ſi intelligunt, agant Deo gratias: qui autem non intelligunt, orent; ut eorum ille ſit Doctor interius, a cujus facie eſt ſcientia, & intellectus. Qui vero errare me exiſtimant, etiam atque etiam diligenter conſiderent, quæ ſunt dicta; ne fortaſſis ipſi errent*. (*h*)

C A-

(*a*) Pag. 263. & 264. (*b*) Ibid. lib. 6. num. 39. (*c*) Cap. xx. p. 263. & ſeq. (*d*) Seſſ. 25. (*e*) Cap. xxii. p. 312. (*f*) Aug. lib. 1. oper. imp. n. 67. (*g*) De don. Perſev. c. 24. n. 66. Auguſt. (*h*) Aug. de dono Perſev. c. 24. in fine.

CAPUT VI.

Non a solo Deo, sed etiam a Sanctis, vera aliqua ratione Gratias, & miracula fieri.

PRITANIUS.

116. EN expressa Pritanii fides; & ex iisdem verbis, quæ cavillosus homo in judicium trahis. (*a*) I miracoli gli fa il solo onnipotente e benigno Iddio. Numquid falsum, ajente Scriptura (*b*) „ *Qui fa-* „ cit mirabilia magna *solus:* (*c*) qui facit mirabilia *solus:* (*d*) Faciens „ mirabilia tu es Deus *solus?* " Annon vides, mea ad Fidem pertinere: I miracoli gli fa il solo Iddio; cum eadem prorsus sunt: *qui facit mirabilia solus?* Subscribit S. Thomas (*e*) *unde relinquitur, quod solus Deus miracula facere possit.* Verum, si solus Deus edit miracula; quid Sanctis superest circa ea? Nil prorsus in ea ratione, quam intelligit de Deo Scriptura. Nempe, *solus Deus facit mirabilia*, ut primordialis caussa, a nullo pendens, infinitæque in operando virtutis. Hac tamen ratione seposita, est & Sanctis in miracula influxus; nimirum ut caussæ sint *ministeriales;* quod ex communi docet Suarius (*f*) etiam de Christi Humanitate. Sed hujusmodi caussæ vel *moraliter* concurrentes nominantur, vel *Phisica Instrumenta*. Cuncta isthæc post verba superius laudata docui: Benchè non disdica il dire, che i Santi ne sono come *cagioni morali*, o come *strumenti* per la loro intercessione. Noveram quippe inter sapientes dissidium; Num Sancti, qui ceu caussæ sunt ministeriales miraculorum, moraliter operentur, an Phisice; ut proinde utrumque complexus sim illis: Sono come cagioni morali, o come strumenti. Profecto enim Rudibus scribens, & Idiotis æconomiam sectatus sum sapientissimi, feliciterque regnantes Sum. Pont. Benedicti XIV. (*g*) „ Nonnulli docent, creaturam rationa- „ lem, Christum scilicet, ut hominem, & Sanctos ejus, fuisse, & esse „ non *caussas phisicas*, sed *morales instrumentales* ad miracula facienda..... „ Aliis autem placet assertio, quod Christus ut homo, & homines *caussa* „ sint *phisica* miraculorum. " Pro prima assertione laudat Scotum, aliosve; pro altera S. Thomam, item & alios. Subtexit: „ Hæc autem in- „ nuisse, satis sit; cum nostri non sit instituti quæstiones pure scholasti- „ cas pertractare. " Et id mihi erat apprime necessarium, qui Rudibus scribo in hisce quæstionibus omnino ineptis.

117. Ex his jam noveris, scrupulose homo; quid sibi velint mea ibidem. Altrimente chi credesse potenti *per se stessi* i Santi a far miracoli e grazie. Nempe excludo ab eis unice rationem caussæ principalis, quæ solius Dei est; quive solus id *per se* valet. Eumdem habent intellectum

E ea:

(*a*) Cap. xx. p. 267. (*b*) Psal. 135. vers. 4. (*c*) Psal. 71. (*d*) Psal. 85. (*e*) I. part. quæst. 110. art. 4. (*f*) Tom. I. in 3. part. disput. 31. q. 13. sect. 4. (*g*) Lib. 4. primæ part. c. 2. de Serv. Dei beatif. & Beat. Canoniz.

ca: In oltre si dee tenere per fermo, che le grazie e i miracoli non si fanno da' Santi, che a questo non arriva la loro autorità e possanza.

118. Exigis in Titulo hujusce Capitis, *etiam a Sanctis vera aliqua ratione gratias, & miracula fieri*. Isthæc admisi, & te judice. Num. 21. ais: „ Quocumque modo per Sanctos miracula fiant, recte possumus absolute, „ ac simpliciter dicere, a Sanctis miracula fieri, Dæmones expelli &c. „ Prima ratio. Negari non potest, Sanctos suis meritis, ac precibus permovere Deum ad patranda miracula pro nobis. Sunt ergo Sancti saltem caussæ morales miraculorum: quod non diffitetur Pritanius. Quis „ autem ignorat, effectum adscribi solere non minus caussæ morali, „ quam caussæ Phisicæ? " Isthæc omnia admisi. I miracoli gli fa solo Iddio, supplicato da noi, o pregato da' Santi, che ne sono come cagioni morali, o come strumenti per la *loro intercessione*. Te igitur judice, Sanctos, profiteor, *vera aliqua ratione* operari miracula.

119. Quid plura exigis, scrupulosissime homo? Dilucidius admissi: *Solus Deus est caussa miraculorum: Sancti ceu caussæ sunt morales, aut instrumenta: Sancti ad ea patranda vera aliqua ratione concurrunt*. Quid remoratur; ut sanam non judices meam fidem? *Annon tua caussa tota impulsa, prostrata, & contrita; & sicut pulvis quem projicit ventus a facie terræ, sic a cordibus aliorum...... Si hæc voluerint deposito studio contentionis cogitare, projecta est?* (*a*)

120. Verum, ne de me conquararis, quod tua quædam intacta prætcrierim; *Dic, audiamus, discamus*. (*b*) Ais n. 3. „ Et primo non sunt „ confundendæ Gratiæ veris miraculis: " quæ reapse confuderam: Le Grazie, e i miracoli non si fanno da i Santi. O bone! in paucorum foliorum opusculo, Idiotis scripto, superiori cap. exigebas de Sacramento Pęnitentiæ catechesim; num modo, ut omnem de miraculis exhauriam tractationem? Rudibus consului; & ubi licet, eorum phrases adhibeo. Hisce autem synonyma sunt: Iddio ha fatto la Grazia, Iddio ha fatto il miracolo.

121. Scripseram ubi sup. Solo Iddio fa i miracoli, *supplicato* da noi, o *pregato* da i Santi, che ne sono come cagioni morali, o come strumenti per la loro *intercessione*. In ista offendis num. 10. „ Quod si loquamur de „ veris miraculis, falsum etiam universe est, quod iis efficiendis *non* „ *aliud adhibeant* Sancti, quam *intercessionem*, & *precem* apud Deum. "

122. *Quantalibet perplexitate non implicata explicare, sed aperta implicare coneris, sani negare non possunt*, (*c*) quod Græca fide sensus meos nitaris mutare in alienos. Ubinam scripsi, quod efficiendis miraculis *non aliud adhibeant Sancti*, quam *intercessionem*, & *precem*? Profer mea? *Tu ergo responde, quid facias; dic, quo confugias?* (*d*) Confugiamus ad mea: Solo Iddio fa i miracoli, supplicato da noi, o pregato da i Santi. Annon verum? I Santi ne sono come cagioni morali per la loro intercessione. Et hæc, te fatente, etiam verissima. „ Negari non potest, *ais n.* 21. Sanctos suis meritis, ac *precibus* permovere Deum ad patranda pro nobis „ miracula. Sunt ergo Sancti saltem caussæ morales miraculorum. " Itaque

(*a*) August. lib. 2. contr. Julian. cap. 2. num. 5. (*b*) August. lib. 5. oper. imperf. num. 56. (*c*) August. lib. 5. oper. imperf. num. 43. (*d*) Idem lib. 2. contr. Julian. cap. x. num. 35.

que intellige, aliud esse: I Santi sono come cagioni morali per la loro intercessione; quod utrique scribimus; aliud; I Santi altro non fanno ne' miracoli, che pregar Dio per noi, quod a me scriptum somniasti. *Cur ergo negas clausis oculis res apertas?* (*a*)

123. Et quidem alios modos taceo, quos adhibent quandoque Sancti, dum miracula eveniunt, videlicet, *operando*, *imperando*, *&c.* eosve dumtaxat memoro caussas ministeriales *per la loro intercessione*. Etenim necessario intervenit, aut pene semper, ut nobis miracula orando impetrent. Quod autem etiam *cooperantibus* eis, eveniant illa, perraro est; loquor quippe de Sanctis in cælo regnantibus. Unde caussam memoravi universaliorem; cætera omisi, neque inficiando, neque admittendo. Eo vel maxime quod sola Dei voluntate esse videatur, & omnino præter intentionem Sanctorum; ut in miraculis aliquid operentur. Neque enim credendi sunt, quod ipsi ab eo petant; ut e. g. infirmo visendos se præbentes, febrique imperantes, impertiantur salutem. Hoc autem dilucidius apparet, quod aliquando Sancti operantes, ea præstent, quæ nedum disparata sunt obtinendæ saluti, sed opposita, & inimica, ut infra (*b*). Incassum igitur SS. Patres adversum me trahis, quos nec adversarios patior, nec habeo amicos; qui varios modos, de quibus agunt, quo pacto videlicet Sancti in miraculis operentur; nec quidem somniando notavi: *Ecce quod dixi, noli mutatis a te, verbis meis* (sensibus meis) *velle facere locum non responsionibus, sed contentionibus tuis.* (*c*)

124. Ab hoc tuo scrupulo in tuto jam se recepit Pritanius: Redivivum adtende. Quid adversus me excogitares, si dixissem: (*d*) „ Apostolis non est data potestas, ut ipsi sanarent infirmos; sed ut ad eorum „ *orationem* infirmi sanarentur. Est autem eis collata potestas operandi in„ strumentaliter, sive ministerialiter in Sacramentis: & ideo magis pos„ sunt in formis Sacramentalibus exprimere actuum suum, quam in sa„ nationibus infirmitatum. " Me miserum a tuis scrupulis! lethales aculeos non effugissem. Certe me conclamares hæreticum, qui directe prorsus Sac. Scripturæ adversarer. Dicit ipsa de Apostolis: *Dedit illis* (Christus) *potestatem, ut curarent omnem languorem, & infirmitatem:* scripsissem ego: *Apostolis non est data potestas, ut ipsi sanarent infirmos.* Nonne ex diametro ista opponuntur? *Igitur Etherodoxus Pritanius*, lætabundus colligeres.

125. Abstine, ne vel mussites adversus ea: Doctoris Angelici sunt. (*e*) Sed cum videas, quomodo *indistincte* loquatur; irrue vehementer in ipsum, ut & in me. Verum, ut profundius percipias eum, adtende. Objecerat sibi quarto loco: „ Sicut Dominus dedit potestatem Discipulis ab„ solvendi a peccatis, ita etiam dedit eis potestatem curandi infirmita„ tes... ut habetur Marco, & Lucæ 9. Sed sanando infirmos Apostoli non „ utebantur his verbis: *Ego te sano*, sed *sanet te Dominus Jesus Christus*; „ sicut Petrus dixit Paralitico Actor. 9. Ergo videtur, quod Sacerdotes „ habentes potestatem Apostolis a Christo traditam, non debeant uti hac „ forma verborum: *Ego te absolvo*, sed *absolutionem tribuat tibi Christus.* " Ut hæc dissolvat: I. rotunde negat, collatam Apostolis potestatem, ut

 sana

(*a*) Idem l. 5. oper. imp. n. 56. (*b*) N. 128. (*c*) Aug. l 3. oper. imp. n. 195. (*d*) Matt. x. vers. 1. (*e*) 3. part. q. 84. a. 3. ad 4.

sanarent infirmos. Neque hic de ea agitur *potestate principali*, quæ solius Dei est, incommunicabili quidem Creaturis; sed de ea dumtaxat, de qua in oppositione sermo erat; de illa videlicet Apostolis jam data Matt. 10. II. Explicat S. Thomas, quænam sit Apostolis tradita potestas Matth. 10. & Lucæ 9. nempe ut ad eorum *orationem* sanarentur infirmi, & quidem ab ipso Deo. Non igitur, eo Judice, alius est Sanctis in miracula influxus, quam *oratione*, ac prece; cum unicam Apostolis traditam a Christo potestatem non alio statuat, quam in oratione; *quandoque etiam non præcedente manifesta oratione*. (*a*) III. Ex his viam sibi parat dissolvendæ oppositioni. Datam quidem Apostolis potestatem ministerialem contra ægritudines, necnon ut peccata dimitterent; sed per illam non ut sanarent, sed orando impetrarent salutem; per hanc reapse ut Judices a culpis absolverent. *Et ideo*, ait, *magis possunt in formis sacramentalibus exprimere actum suum, quam in sanationibus infirmitatum*. Fit proinde, ut bene proferant Sacerdotes: *Absolvo te*; nec efferre cogantur: *Absolvat te Christus*. Est etiam bene; ut Sanctis in patrandis miraculis, oratione impetrantes, dicant: *Sanet te Christus*. IV. Ex his dilucide colligendum videtur, Angelico Doctori Sanctos esse ministeriales caussas miraculorum ea dumtaxat ratione, quod sui moveant precibus Deum ad ea efficienda. Quæ omnia falsa in Pritanio reputas, licet ista neutiquam scripserit. Hinc videas, rogo; quam longe abeas a mente D. Thomæ, cum num. 21. ais: „ Recte possumus absolute, ac simpliciter dicere: A Sanctis languores „ curari; “ Cum ille absolute, ac simpliciter dicat oppositum: „ Apostolis non est data potestas, ut sanarent infirmos. “

126. Sed audiendus est hic tuus a Lapide in ea Matth. *Dedit eis potestatem, ut ejicerent Spiritus immundos &c.* „ Potestas data fuit Apostolis „ per modum habitus permanentis; non quod Deus inderet habitum phi„ sicum, quo curarent omnes ægritudines; hic enim dari nequit: sed „ quod omnipotentia sua illis promissa, ita semper assisteret; ut quoties „ *vellent* dæmones ejicere, vel ægritudines curare, illico Deus illos eji„ ceret, & sanitatem conferret. “ Nempe duas statuit caussas miraculorum solam omnipotentiam operantem beneficium; Sanctos unice volentes. Annon dilucide S. Thomæ videtur subscribere?

127. Verum, quid sibi volunt Augustinus, & Gregorius, quos opponis n. 11. & 13. quorum primus (*b*) ait: Miracula fieri istis, alia illis modis, videlicet quandoque orantibus Sanctis, quandoque etiam cooperantibus: & alter (*c*) quod Sancti *mira quæque ex prece faciant, aliquando ex Potestate*? Cum Actor. 3. S. Petrus claudi plantas solidavit, fecit ex *potestate*, dicens: *In nomine Jesu Christi surge, & ambula*: ex *prece* vero cum Actor. 9. Tabitam mortuam suscitavit. Colligis, Sanctos haudquaquam ministeriales caussas esse miraculorum, per la loro intercessione; sed operando etiam &c.

128. Et quis ignorat, quandoque evenire miracula, Sanctis tantum orantibus, quandoque etiam loquendo, imperando, apparendo &c. semper tamen oratione interveniente, saltem non manifesta, ut sup. laud. Sanctus Thomas (*d*) vel saltem etiam ex *desiderio* Sanctorum, ut idem ait

(*a*) Ut ait 2. 2. q. 178. a. 1. ad 1. (*b*) Lib. 22 de Civit. Dei cap. 9. & 10. (*c*) Lib. 2. Dialog. c. 30. (*d*) Num. 125.

ait (*a*) Quinimo miracula etiam fiunt per Sanctos, nec quidem cogitantes illud beneficium, quod operatur Deus, ut suos Fideles Servos commendet, aut in utilitatem aliorum. Sic improvisa mors Ananiæ illata (*b*) ex S. Hieronymo apud a Lapide præter intentionem fuit S. Petri, quamve Deus voluit in aliorum exemplum. Num autem Sancti operationibus hisce suis caussæ dicendi sint instrumentales miraculorum, id quæritur. Bellarminum legi (*c*) resolute scribentem: *Inauditum est, ut miracula dicantur actus nostri; cum sint opera plane divina*. Nimirum non idem omnino sunt hæc duo: „ Dum miracula eveniunt, Sancti has, aut illas adhibent operationes, quod Patres laud. scripsere; ac „ Sancti miracula præstant, „ sanitatem conferunt, loquendo, imperando &c. " Quoties nedum inopportuna sunt media, quibus utuntur in miraculis Sancti; sed contraria prorsus apparent beneficiis ipsis, quæ a Deo expectamus. „ Prophetæ, & „ Apostoli ut plurimum rebus noxiis natura sua; aut certe non salutari„ bus utebantur; ut curarent: ut nimirum omnes intelligerent, Dei mi„ raculo illa fieri non viribus naturæ. Sic Moyses æneum serpentem ere„ xit; ut ejus aspectu curarentur læsi a serpentibus. Sic Helisæus aqua „ Jordanis curavit lepram Naaman Syri: sic Isaias massa ex ficis curavit „ ulcus Ezechiæ, quæ medicina contraria erat curationis illius morbi, ut „ Hieron. notat ex sententia Hebræorum in commentario ad cap. 38. „ Isaiæ: sic Dominus luto, & sputo cæcum natum S. Petrus umbra cor„ poris sui: Paulus sudariis, & semicintiis. Accedit, quod si usi fuissent „ ordinarie rebus utilibus ad curandum, ipsi sibi fidem abrogassent, & „ Dei dona obscurassent. "

129. Et quidem efficax, nobisque utilissimus in miracula influxus Sanctorum nonnisi oratione est, impetrando beneficium, quo indigemus. Hoc dumtaxat posito, in tuto est nostra utilitas; sive beneficium recipiamus, solum orantibus Sanctis, aut cooperantibus, sive per media utilia, aut inutilia; ut hinc videas, quam vere S. Thomas non aliam Sanctis concesserit in miracula potestatem, quam ut *orarent*: Subscribit etiam Bellarminus (*e*) Ex usu Ecclesiæ in Orationibus, quæ leguntur in Missa, vel „ in officio in celebritatibus Sanctorum, *nihil unquam aliud petimus*, quam „ ut eorum *precibus* a Deo nobis beneficia concedantur... Nam ea, qui„ bus indigemus, superant vires creaturæ; ac proinde etiam Sanctorum. „ Ergo *nihil debemus a Sanctis petere, nisi ut Deo impetrent, quæ nobis uti„ lia sunt*... Est tamen notandum, cum dicimus, *non debere peti a San„ ctis, nisi ut orent* pro nobis; nos non agere de verbis, sed de sensu „ verborum; nam quantum ad verba licet dicere: S. Petre miserere mei, „ salva me, aperi mihi aditum cæli: item da mihi sanitatem corporis, „ da patientiam &c. *Dummodo intelligamus*: Salva me, & miserere mei, „ *orando pro me*; da mihi hoc, & illud *tuis precibus, & meritis*; & sicut „ Apostolus de se dicit: (*f*) *Ut salvos facerem aliquos ex illis*; &: *Ut om„ nes facerem salvos*, non ut Deus, sed omnes juvando concionibus, *pre„ cibus &c.* " Eadem habet Romanus Catechismus (*g*) Jam sentis, non aliam esse Sanctis potestatem, in miracula, quam ut orantes impetrent nobis

(*a*) I. part. quæst. 110. art. 4. ad 1. (*b*) Tom. 3. lib. 3. de Pœnitent. cap. 4. (*c*) Bellarm. tom. 3. lib. 1. c. 3. de extrem. unct. (*d*) Tom. 2. lib. 1. de Sanct. Beatit. c. 17. (*e*) Rom. 11. (*f*) 1. Corinth. 9. (*g*) Par. 4. c. 6. n. 3. & 4.

nobis a Deo *Patre misericordiarum*, *& totius consolationis*. Si hæc igitur scripsissem, nil certe haberes, quod persequeris; sed quibus subscriberes. Dele igitur, quæ n. 15. adversus me ais: „ Et de iis Sanctis orantibus, „ & operantibus in miraculis efficiendis falsum est, quod ait Pritanius, „ nos eos dumtaxat *orare posse, ut Deum orent pro nobis*. " Dele, inquam, Τω *dumtaxat*, quod num est totum, & vera de me scribis: En mea: Siccome la Chiesa c'insegna; noi preghiamo i Santi, che preghino Dio per noi: Ubi illud *dumtaxat*, a te superadditum, & ex tuo? Sed etsi posuissem, vera scripsissem similiter ex sup. laud. Doctoribus. *Noli jam mihi adversari; nam si adhuc facis, cui vel quibus simul adverseris, advertis*. (*a*)

130. Num. 17. scribis: „ Deinde certissimum est, Humanitati Christi „ Domini, ratione unionis Hypostaticæ cum Verbo Divino communica- „ tam a Deo fuisse amplissimam potestatem, seu virtutem patrandi mi- „ racula. " Et quidem id Christo debebatur, cariss. Pater; sed in ratione dumtaxat caussæ ministerialis ex omnium opinione concordi (*b*) Num. 18. irridendo scribis: „ At vero Pritanius consequenter diceret: „ *Humanitas Christi non fecit miracula; ad hoc enim ejus virtus, & auctori-* „ *tas non pertingit: efficit illa solus Deus omnipotens &c.* " Non hoc verissimum? Cum enim de Sanctis hæc scripsi, de principali caussa miraculorum sermo mihi erat; & ea propter cum S. Thoma dixi absolute: *Solus Deus miracula facere potest*. (*c*) Christi autem Humanitas, unita licet hypostatice Deo, neutiquam Deus est; & nequaquam desiit esse creatura. Sed adderem, quod & de Sanctis præstiti: *At etiam Christi Humanitas, ceu caussa ministerialis, longe nobiliori modo quam Sancti*. Verum, bone Pater, quid si meum hunc scribendi modum, cui insultas, Sac. Scriptura comprobaret de ipsomet Christo? Taceres? *Lege, & tace*. Alloquebatur S. Petrus Hebræos (*d*): *Viri Israelitæ audite verba hæc: Jesum Nazarenum, virum approbatum a Deo in vobis, virtutibus, & prodigiis, & signis* (attende) *QUÆ FECIT DEUS PER ILLUM in medio vestri*, videlicet *per Humanitatem ejus*. Quid sibi volunt hæc: *quæ fecit Deus per illum*? Ea proprie significant, quæ subsannando in me contemnis scilicet: „ Humanitas „ Christi non fecit miracula; ad hoc enim ejus virtus, & auctoritas non „ pertingit: effecit illa solus Deus omnipotens &c. " quæ mea profiteor; utpote a S. Spiritu præasserta.

131. Prosequeris num. 21. „ Quod reliquum est: quocumque modo per „ Sanctos miracula fiant, recte possumus absolute, ac simpliciter dicere, „ a Sanctis miracula fieri, Dæmones expelli &c. " Ut ad sanitatem reducaris, relege sup. (*e*) Bellarminum tam vere, quam prudenter monentem. Itaque libens do, quæ expetis cum Bellarmino. Sed noveris quoque, oportet, erudiendos Fideles, maxime Idiotas; ut sciant, quid vere significent expressiones illæ absolutæ: *Sancti ejiciunt Dæmones, sanant infirmos, miracula patrant*. Hasce nimirum Bellarminus concedit, sed sub hac conditione necessaria: *Dummodo intelligamus; Orando pro me &c.* Secus eo devenient ex inscitia; ut æque a Deo petenda credant miracula, ac a Sanctis: quod ut præcaveatur, monuit pariter Catechismus Romanus (*f*) „ Non

(*a*) August. lib. 2. cont. Julian. cap. 5. num. 11. (*b*) Vide S. Thom. 3. part. q. 13. a. 2. & Suar. tom. 1. in 3. part. disp. 31. sect. 4. (*c*) Aug. l. 2. oper. imp. num. 206. (*d*) Actor. 2. vers. 22. (*e*) Num. 129. (*f*) Part. 4. c. 6. n. 3. & 4.

„ Non enim eodem modo Deum, & Sanctos ejus imploramus. Nam
„ precamur Deum, ut ipse vel *bona det*, vel *liberet a malis*; a Sanctis au-
„ tem, quia gratiosi sunt apud Deum, petimus, ut nostri *patrocinium su-*
„ *scipiant*; ut nobis a Deo *impetrent* ea, quorum indigemus. Hinc *duas*
„ *adhibemus precandi formulas* modo differentes: ad Deum enim proprie
„ dicimus: miserere nobis, audi nos; ad Sanctum: *Ora pro nobis*. "

132. Et quidem nonne tu ille es, qui in tuo adversus me Opere (*a*) scribis: „ Quod est præstantissimum in aliquo genere, *unicum*, & *singu-*
„ *lare* in eo genere *appellari consuevit*. " Et hoc illud est, quod in Scholis pervagatur, videlicet, *Analogam* vocem *absolute*, *simpliciterque* enuntiatam, *principalius* dumtaxat *analogatum* significare. Merito proinde ibidem docueris, solum *absolute* Christum nominandum *Mediatorem* unicum, utpote in genere mediandi præstantissimum. Est quidem SS. Virgo mediatrix nostra, eaque potentissima, *non utique primaria*, *sed secundaria*, ut prudenter mones, apponendo hanc limitantem particulam. Si Deus itaque præstantissimus est in linea mirabilium efficiendorum præ omnibus Sanctis, & ipsa SS. Christi Humanitate inclusa: fit proinde, ut de solo Deo *absolute* queat enuntiari, ac *simpliciter*: *qui facit mirabilia solus* (*b*) *qui sanet omnes infirmitates tuas* (*c*) Vere igitur a me scriptum: I miracoli gli fa il solo Onnipotente Iddio; & falso scribis: *Absolute*, *ac simpliciter a Sanctis miracula fieri*, *languores sanari &c.* Sed sana Theologia limitans additum apponit: *Virtute a Deo recepta*, *& ceu a caussis ministerialibus &c.*

133. Num. 21. inquis (ut vidimus) „ Recte possumus absolute, ac
„ simpliciter dicere, a Sanctis miracula fieri, dæmones expelli &c. " Binos ad id monstrandum producis rationes: „ Prima ratio: Negari non
„ potest, Sanctos suis meritis, ac precibus permovere Deum ad patran-
„ dum pro nobis miracula. Sunt ergo sancti saltem caussæ morales mi-
„ raculorum; quod non diffitetur Pritanius. Quis autem ignorat, effe-
„ ctum adscribi solere non minus caussæ morali, quam phisicæ. " Ut comprobes, effectum adscribi solere caussæ morali, profers verba ex Decret. Eugenii IV. in Florentino: Sacramenta *nostra & continent gratiam*; *& ipsam digne suscipientibus conferunt*. Sacramenta igitur, ais, caussæ sunt gratiæ, sed nonnisi morales, ut *complures Theologi* docent: quæve Sacramenta licet moraliter tantum operentur „ tamen male audiret, *inquis*,
„ apud Catholicos, qui propterea resolute diceret: *Gratia non efficitur a*
„ *Sacramentis*: *efficit illam solus Deus &c.* quemadmodum Pritanius resolu-
„ te dicit: *Miracula non fiunt a Sanctis*: *efficit illa solus Deus &c.* ",

134. Et quidem detur tibi, quod male audiret Pritanius, si ea proferret; sed a tuis scrupulis ad rem tuam accomodata. Nimirum mea verba, *quæ præter ordinem, ut tibi libitum est, interponis, non tota, & integra fideliter ponis; sed concidis, ubi vis; tollis, quod vis; jungis, quomodo vis: sed fac quidquid vis: convictus, & victus apparebis, ut non vis*. (*d*) Ut posui relege mea, & adtende. Num male audiret apud Catholicos, qui proferret: *Impossibile est, quod aliqua creatura gratiam causset; cum donum gratiæ excedat omnem facultatem naturæ creatæ: necesse est, ut solus Deus deificet, idest, causset gratiam: sed caussatur gratia, instrumentaliter quidem, per*

ipsa

(*a*) Part. 2. cap. 4. num. 52. (*b*) Psalm. 135. (*c*) Psalm. 102. (*d*) August. lib. 3. oper. imperf. num. 142.

ipsa Sacramenta. Cave; ne quidem cogites, hæc enuntiantem male auditurum apud Catholicos. Doctor Angelicus est. Eadem prorsus, sed de miraculis scripsi. En Parallelum: I miracoli non si fanno da i Santi: *Impossibile est, quod aliqua creatura gratiam causset*. Che a questo non arriva la loro autorità, e possanza: *Cum donum gratiæ excedat omnem facultatem naturæ creatæ*. Gli fa il solo Onnipotente Iddio: *Solus Deus deificat*. I Santi ne sono come cagioni morali, o come strumenti: *Caussatur gratia, instrumentaliter quidem, per ipsa Sacramenta*. Haudquaquam igitur in his male audiam apud Catholicos; neque ex meis efferri queunt, quæ truncando profers: *Gratia non efficitur a Sacramentis &c.* Profecto enim æqua lance librantur hæc duo: *Solus Deus est caussa gratiæ, solus Deus est caussa miraculorum*, ex S. Thoma nunc laudando, & quo ad miracula 1. part. q. 110. art. 4. quanti interest, mi Pater, mea ponere, ut scripsi, & neutiquam truncare, ut facis! Ea autem supra posita in Parallelo, S. Thomæ sunt (*a*) Absolute monstrat, *Solum Deum esse caussam gratiæ*, & ait: „ Respondeo dicendum: quod nulla res potest agere ultra suam „ speciem; quia semper oportet, quod caussa sit potior effectu. *Donum* „ *autem gratiæ excedit omnem facultatem naturæ creatæ*; cum nihil aliud sit, „ quam quædam participatio divinæ naturæ, quæ excedit omnem aliam „ naturam. *Et ideo impossibile est, quod aliqua creatura gratiam causset*. „ Sic enim *necesse est, quod solus Deus deificet*. Ad 2. Ita etiam in Sacra- „ mentis novæ legis, quæ derivantur a Christo, *caussatur gratia, instru-* „ *mentaliter quidem, per ipsa Sacramenta*. " En ejus verba; sed immutata quo ad sensum, mutata quo ad petitionem quæ a me sup. producta sunt.

135. Quinimo mea de miraculis propositio in S. Thoma est, de eis agente (*b*) En Parallelum: I miracoli non si fanno da i Santi: *Ad 4. Angeli non possunt aliquid facere præter ordinem ipsius creaturæ, quod exigitur ad rationem miraculi*. Che a questo non arriva la loro autorità e possanza: *Dicitur miraculum, quod fit præter ordinem totius naturæ creatæ. Hoc autem non potest facere nisi Deus*. (*c*) Gli fa il solo onnipotente Iddio: *Unde relinquitur, quod solus Deus miracula facere possit*. I Santi ne sono come cagioni morali, o come strumenti: *Ad I. Angeli aliqui dicuntur miracula facere; vel quia ad eorum desiderium Deus miracula facit; sicut & Sancti homines dicuntur miracula facere; vel quia aliquod ministerium exhibent in miraculis, quæ fiunt*. Et alibi (*d*) *In miraculis Deus principaliter operatur, qui utitur instrumentaliter vel interiori motu hominis &c.* Non igitur ex meis hisce efferri queunt, absolute, quæ adversus me ponis: *Gratia non efficitur a Sacramentis &c.* (*e*) Profecto enim verba mutuatus sum, & sensus S. Thomæ. *Noli jam mihi adversari: nam si adhuc facis; cui simul adverseris, advertis*. (*f*)

136. Verum dic sodes, dilectiss. Pater; Cur mea truncas, & taces? Et ex certe, quæ necessaria sunt vero sensui efformando. Et quidem scripsi; I miracoli non si fanno da i Santi; Gli fa solo Iddio. *Cur non addis, quæ ibi legisti* (*g*); Ne sono come cagioni morali, o come strumenti?

(*a*) Lib. 2. quæst. 112. art. 1. (*b*) 1. part. quæst. 110. art. 4. (*c*) In corp. artic. (*d*) 2. 2. quæst. 178. art. 1. ad 1. (*e*) Vid. sup. n. 133. (*f*) Lib. 2. contr. Jul. c. 8. n. 11. (*g*) Lib. 3. oper. imp. num. 118.

ti? Hoc si legatur modo; opinioni meæ subscribent omnes utroque pollice, videlicet, solam Deum miraculorum caussam principalem, sanctos esse caussas ministeriales. Jam enim apertissime unum a Sanctis excludo: Non si fanno da i Santi: alterum fateor: Sono come cagioni morali, o come strumenti. Cum igitur in linea *efficiendi* duæ sint caussæ, principalis, & ministerialis; si hanc ipsis tribuo in miraculis; dumtaxat inficior, quod sint caussæ principales: quodve solius Dei est. Si autem, ut scribis, mea legantur: I miracoli non si fanno da i Santi: gli fa solo Iddio. Jure merito ex his colligendum se offert: *Igitur Sancti nullo prorsus modo patrant miracula;* quod quam falsum, nemo non videt. *Habesne ad ista, quod dicas?* (*a*) Num tuæ inscitiæ id deputandum? Absit. Te certo reor sapientem. Num tuæ adversus me malevolentiæ? Apagesis. Religiosum te veneror Sacerdotem. Num inconsiderantiæ tuæ ex irruentibus præjudiciis in me enatæ, & adultæ? Et quidem. Verum jam nosse potuisti; quantum ex præconceptis opinionibus mentis serenitas queat obnubilari, ut & in se, & in aliis prohibeatur intelligere veritatem. Ergo imposterum *rogo te: Adtende, quid dicas*; adtende, quid dicam: *noli oculis clausis linguam movere, quo modo qui in somnis loquitur.* (*b*)

137. Ut comprobes idem, quod supra (*c*) inquis num. 23. „ Altera „ ratio: Tutissimus, atque rectissimus est ille loquendi modus, quem „ usurpant Scripturæ, consectantur Patres. Ita vero Scripturæ, & Patres „ loquuntur, ut & Sanctis attribuant operationes miraculorum. Christus „ Dominus asseveranter promisit (*d*) *Qui credit in me, opera, quæ ego fa-* „ *cio, & ipse faciet; & majora horum faciet.* Non dixit: *Deus faciet*, sed „ *ipse faciet*. Rursus discipulis suis mandavit (*f*) *Infirmos curate, mortuos* „ *suscitate &c.* Non dixit: *orate, & Deus infirmos curabit*; sed, *vos cura-* „ *te*. Clarissime de S. Stephano scripsit S. Lucas (*g*) *Stephanus autem ple-* „ *nus gratia, & fortitudine faciebat prodigia, & signa magna in Populo.* „ Corrigat hunc textum Pritanius, & substituat: *Non Stephanus, sed so-* „ *lum Deus faciebat prodigia.* "

138. Ad auctoritatem provocas Sac. Scripturæ, & Patrum: lubentissimus venio; sed ex his jugulum tibi petam, tuismet armis perimendus. Ad dispellendas tuorum tenebras scrupulorum per quam satis esset, Bellarminum, nec non Rom. Catechismum relegere (*g*) videlicet, ut ait Bellarm. „ *quantum* ad verba licet dicere: *S. Petre miserere mei: Da mi-* „ *hi sanitatem &c.* dummodo intelligamus: *Orando pro me &c.* " Consimili ratione exprimunt Scriptura, Patres, & universim pene Fideles in familiari sermone: *Sancti faciunt prodigia*. Hæc quidem vera sunt; dummodo intelligamus hoc additum: *ceu caussæ ministeriales &c.*

139. Reapse autem ipsamet Scriptura nedum apertissime docet, de solo Deo *absolute*, ac *simpliciter* proferendum: *qui facit mirabilia*; sed & additur: *Solus*: de Sanctis autem idem cum limitatione exprimendum. Dixit Moysi Deus; (*h*) *Virgam quoque hanc sume in manu tua, in qua facturus es signa*. En de Moyse dictum, & a Deo, quod *facturus sit signa*. Sed ad-

F

(*a*) Augnst. lib. 2. contr. Julian. cap. 5. num. 14. (*b*) Lib. 5. oper. imperf. n. 41. (*c*) Num. 133. (*d*) Joan. 14. vers. 21. (*e*) Matth. 10. vers. 8. (*f*) Actor. 6. vers. 8. (*g*) Sup. n. 129-131. (*h*) Exod. 4. 17.

adtende simul limitantem particulam ibidem (*a*) „ Vide, ut omnia ostenta, *quæ posui in manu tua* facias coram Pharaone. " Profecto hæc inquit Deus, ut ea exponat: *Facturus es signa*, videlicet, *ceu omnipotentiæ meæ instrumentum*. Sed ego Deus, ego solus, caussa principalis *extendam manum meam, & percutiam Ægyptum in cunctis mirabilibus meis, quæ facturus sum in medio eorum*. (*b*) Quid hæc sibi valde opposita: *Tu Moyses facturus es signa*; &, *ego Deus eadem facturus sum*? Augustinus conciliator accedat: (*c*) *Ipse facit mirabilia solus. Quoniam quæcumque faciunt, ipse in eis operatur, qui facit mirabilia solus*. Num modo audebis efferre, *absolute* de Moyse dicendum: *Facturus est signa*; cum Deus ipse horum assertor, quid vere sibi velint, explicuerit, ac limitaverit? Num insultaveris mihi illis tuis: „ Non dixit: *Deus faciet*, sed, *ipse faciet*? " Jam vidisti, quod absolute Deus fecit, sed per Moysen: & quia *absolute* enuntiatur (*d*) *qui fecit magnalia in Ægypto, mirabilia in terra Cham, terribilia in mari rubro*.

140. Perpendamus quoque ex novo Testamento Scripturas; sed eas, quas opponis; ut videas, quam inconsiderate opposueris. Profers I. *Qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet; & majora horum faciet*. „ Non dixit, *inquis*, *Deus faciet*, sed, *ipse faciet*. " Miseror hic tuæ memoriæ defectum. Tu, inquam, Tu, isthæc Joannis verba alibi (*e*) exponis, quod *Deus faciet*. Igitur qua cohærentia hic ais: *Non Deus faciet*? Insuper ibi explicas ista ex Augustino, Beda, Theophylacto, Euthymio, & Maldonato; ut proinde ea Joannis non *absolute* intelligas de Sanctis enuntiata, sed cum expressione limitante. Relege tua: Simile est, quod cum „ Beda, Theophylacto, & Euthymio Maldonatus observat (*productis* „ *jam Augustini verbis*) non dixisse Christum: *Majora faciet, quam ego* „ *facturus sum*; sed, *quæ ego facio*. Quia & illa majora, quæ illi facturi „ erant, NON PER SE IPSI, SED IPSE PER EOS FACTURUS ERAT: „ quod innuunt illa verba: *qui credit in me*: quibus significat, eos non „ propria ipsorum, sed sua ipsius potestate, auctoritateque miracula fa„ cturos. " Te igitur judice cum cæteris, cum dixit Joannes: *Et ipse faciet*, haudquaquam absolute protulit *a Sanctis miracula fieri*, sed, *a Deo per ipsos*. Quod omnes fatentur, Sanctos credendo caussas ministeriales prodigiorum, ut & scripsi: Ne sono come cagioni morali ec. Et quidem bene prorsus perpendis, ea, *qui credit in me*, id significare. Etenim, si dixit Christus: *qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet*; fit proinde, ut neutiquam sua potestate Sancti, sed Christi, faciant miracula, quod in Christum credant. Sed de hac Joannis auctoritate infra copiosius cap. 12. *Non ergo mihi, quod objecisti objiceres; nisi tu potius ista non dicam extinctis, certe clausis oculis loquereris*. (*f*)

141. Profers II. ea Matth. cap. 10. *Infirmos curate* „ Non dixit, *ais*, Christus: „ *Orate, & Deus infirmos curabit*; sed, *vos curate*. " At minime advertis, cariss. Pater, quod in eodem vers. 8. in quo dictum est: *Infirmos curate*, continuo subdatur: *Gratis accepistis, gratis date*: & v. 1. Christus *dedit illis potestatem spirituum immundorum; ut ejicerent eos, & curarent*

(*a*) Vers. 21. (*b*) Exod. 3. vers. 20. (*c*) In Psalm. 71. (*d*) Psalm. 105. (*e*) Cap. 12. n. 28. (*f*) Aug. lib. 1. oper. imp. n. 19.

rarent omnem languorem. Quinimo generalius prædixerat Jesus (*a*) *Signa eos, qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo dæmonia ejicient &c.* Ut disceremus, de solo Deo *simpliciter* efferri: *operatur prodigia*: de Sanctis autem nonnisi adhibita limitatione, receptæ a Deo potestatis per ea: *Gratis accepistis* = *Dedit illis potestatem* = *In nomine meo &c.*

142. Ex quo de S. Stephano dicat Scriptura: *Faciebat prodigia, & signa magna in Populo*, insultas mihi: „ Corrigat ergo hunc textum Pritanius, „ & substituat: *Non Stephanus, sed solus Deus faciebat prodigia.* " Quinimo, pace tua dixerim, in tuo codice post hæc tua, substitue ex tua persona illa Augustini: *Aut calumniaris; aut nescis, quid loquaris.* Etenim ex meis usque ad nauseam repetitis, haud substituendum, ut ais; sed hoc pacto exponenda sunt: *Faciebat prodigia &c. Non Stephanus, sed Deus solus faciebat prodigia; etsi Stephanus eorum esset, come cagione morale, o come strumento.* Hoc tibi scribendum fuisset; sed scrupulis pressus fors noluisti. Merito igitur *hoc jam non semel dixi; & sæpius me dicere non pigebit: quamdiu te veris contradicere non pudebit.* (*b*) Increata veritas ipsa est, quæ suos dilucidius aperit sensus in uno loco præ alio. Jam certe non latet te, non esse in uno Scripturæ loco totam Fidem quærendam; sed unum complendum esse, & complanandum per alium. Nonne Ariana latebit impietas in eo: *Pater major me est?* Sed cum alter sit locus: *Ego, & Pater unum sumus*: ex utroque vera habetur fides; ut verus homo, verusve Deus sit Christus credendus. Protulit quidem Scriptura: *Infirmos curate*: *Faciebat prodigia &c.* Sed ipsemet Spiritus Sanctus absolutas hasce limitavit expressiones, ut vidisti. Nonne etiam tu sapienter, ut par est, substitueres ex num. 16. „ Solus Deus facit prodigia, ut caussa principalis; „ Stephanus ut caussa ministerialis? " Annon autem eadem sunt, quæ ex mea doctrina substituenda veniunt? sed quia non reddis verba mea, viget calumnia tua.

143. At sustine parumper pœnam subiturus talionis. En mea expressio: *Solus Deus facit prodigia per Sanctos*; hoc quippe significat: Ne sono come cagioni morali ec. tua autem est: *Sancti curant languores*: *Non orant, ut Deus sanet; sed ipsi sanant &c.* & hæc *absolute*, & *simpliciter*. Provocasti ad Scripturam; te ad eamdem traho. I. (*c*) *virtutes non quaslibet* (sed excellentes) *faciebat Deus per manus Pauli.* Utri nostrum corrigenda Scriptura erit? Jam vides; non mihi, qui eamdem adhibeo phrasim; sed tibi. Igitur corrige: *Faciebat Paulus.* II. (*d*) Precabantur Deum Apostoli: *In eo quod manum tuam extendas ad sanitates, & signa, & prodigia fieri per nomen Sancti Filii tui Jesu.* Admone, quod precandum fuisset: *Manus nostra extendatur.* Quinimo dolendum sane Apostolis, qui te nequierint audire docentem: „ Christus non dixit: *Orate, & Deus infirmos curabit*; „ sed, *vos curate.* " Si hæc enim audissent, inopportunum certe existimassent precari; *ut extenderet Deus manum suam ad sanitates*; sed qui jam a Christo (*e*) acceperant: *Curate infirmos*, ad curandum celeres absque ulla oratione cucurrissent. *O quid perdidit, qui te audire non potuit!* Complura prætereo; sed nequeo unum. De Christo etiam, ratione videlicet, solius

(*a*) Marc. 16. vers. 17. (*b*) Aug. l. 5. op. imp. n. 18. (*c*) Actor. 19. v. 11. (*d*) Ib. c. 4. vers. 30. (*e*) Matth. 10. vers. 8.

ſolius Humanitatis, eumdem affert Scriptura loquendi modum. (*a*) Alloquens S. Petrus Hebræos ait: *Jeſum Nazarenum, virum approbatum a Deo in vobis virtutibus, & prodigiis, & ſignis,* (adtende) *quæ fecit Deus per illum in medio veſtri.* Dic ſodes: Utri noſtrum potius Scripturam congruat emendare! mihi, qui ejus reddo fideliter ſenſus; an tibi, qui adverſus eam nimis aperte niteris? Patere igitur, ſed juſte, pœnam talionis.

144. Unum ſupereſt, de quo te admoneam. Bilem incenderunt tuam iſthæc: I miracoli non ſi fanno da i Santi; gli fa il ſolo onnipotente Iddio: quaſi hiſce meis virtutem eis inviderem faciendi prodigia. Quæ tamen mihi nedum vera videntur, nedum conſentanea Scripturæ, ſed eadem ac illa: *qui facit mirabilia ſolus.* (*b*) Ad Logicam uſque excurramus, ubi de *Exponibilibus Propoſitionibus;* iſtamve conſideremus, quæ excluſiva eſt: *qui facit mirabilia ſolus.* Annoſus Dialecticus noſti, cum vox excluſiva *ſolus* ex parte ſe teneat *ſubjecti*, ideſt, *Deus*, ipſique applicetur, hoc pacto exponenda ſe offert: *Deus facit mirabilia, & nemo alius id poteſt.* Veriſſima Regula eſt, dilucidus ſenſus. Annon igitur vides, idipſum eſſe meum aſſertum: I miracoli gli fa ſolo Iddio, e non ſi fanno da i Santi? Qui igitur carpis mea, inconſideratus in Sac. Scripturam venis. At cum ex eadem aliquis etiam Sanctis tribuatur in miracula influxus, ex quo proferatur: *Curate infirmos: faciebat prodigia;* idcirco ſubtexui: ne ſono come cagioni morali, o come ſtrumenti. Cuncta complexus eſt Regius Vates: (*c*) *Mirabilis Deus in Sanctis ſuis.* Solus quidem Deus mirabilis prædicatur; & merito; cum de eo ſolo *abſolute* proferatur: *Qui facit mirabilia ſolus.* Sed quandoque etiam *mirabilis in Sanctis ſuis.* Nimirum ut commendet; ut reddat laudabiles, ad eorum preces patrat miracula; & quando, & quomodo vult, eorum quoque adhibet miniſterium. Itaque *mirabilis Deus in Sanctis ſuis;* ſed inſuper: *Ipſe dabit virtutem, & fortitudinem;* ut ex his pariter habeas; ſolius Dei eſſe ſimpliciter patrare miracula.

145. Et quidem increata veritas conſimilem *excluſivam Propoſitionem* non aliter judicavit exponendam. Iſaias loquitur: (*d*) *Tu es Deus ſolus:* quod in Deuteron. repetitur: (*e*) *Videte, quod ego ſim ſolus.* Hujus adtende a Deo expoſitionem: *Et non ſit alius Deus præter me.* Et tamen qui, Deus, hæc veriſſime effatus eſt, dixit etiam Moyſi (*f*) *Ecce conſtitui te Deum Pharaonis;* ut ea omittam: (*g*) *Ego dixi: Dii eſtis &c.* Amabo te; ſi de Deo proferrem: *Egli è Iddio ſolo, ed ogni altro ſuor de lui non è Dio:* num aculeatus inſilires in me ceu male loquentem? Et quidem; eo quia Scriptura Moyſen etiam nominet *Deum.* Profecto exiſtimares, quod meis hiſce verbis impartitam Deitatem ab eo ablegarem. Certe etiam adverſus me irrueres dicens: „ Cum omni proprietate dici poteſt, quod & Moy„ ſes, & non ſolus Dominus, ſit Deus. “ Conſimilia enim ſcribis num. 14. „ Cum omni proprietate dici poteſt, quod & Sancti, & non ſolus „ Deus, miracula faciant. “ Denique adverſus me ſcriberes; „ Quocum„ que modo Moyſes dicatur Deus, recte poſſumus *abſolute*, ac *ſimpliciter*
„ di-

(*a*) Actor. 2. verſ. 22. (*b*) Pſalm. 71. (*c*) Pſalm. 67. verſ. 36. (*d*) Cap. 37. verſ. 16. (*e*) Cap. 32. verſ. 39. (*f*) Exod. 7. verſ. 1. (*g*) Pſal. 81. verſ. 6.

„ dicere, quod Moyses sit Deus. " ut n. 21. ais: „ Quocumque modo „ per Sanctos miracula fiant, recte possumus *absolute*, ac *simpliciter* dice„ re: A Sanctis miracula fieri. "

146. Fortasse riseris hæc legens, meque reputabis, ab orbita prorsus excessisse veræ rationis. *Age, ut placet: dic, quod tibi placet, vel illis etiam, quibus places ... Ad hæc responde, si potes.* [a] Omnia isthæc tibi reputanda sunt ceu vera, si velis consentaneus loqui. Effert de Deo Scriptura: *Qui facit mirabilia solus*, videlicet, *Deus id valet, & nemo alius præter eum.* Ejusmodi autem facultas incommunicabilis omnino est cuivis creaturæ. Quod si aliqua conveniat Sanctis virtus miraculorum; nullus idcirco inest eis realis habitus, a Deo concessus, quo operentur prodigia; (b) sed unice *per participationem*; ne sono come cagioni morali. Pari forte enuntiat de Deo Scriptura: *Videte, quod ego sim solus; & non sit alius Deus præter me.* Similiter infinita Deitatis majestas cuivis creaturæ repugnat. Quod si dicatur Moyses *Deus*, haud certe ulla eo inexistit perfectio incommutabilis Deitatis; sed unice Deus effertur *per participationem, per gratiam, per quamdam similitudinem.* (c)

147. Acrius me persequeris, quod absolute scribam: I miracoli non si fanno da' Santi, me reputans adversum Scripturæ, expresse asserenti de Sanctis: *Faciebant prodigia*; & quia hoc Scriptura dicit, verum arbitraris, „ quod cum omni proprietate dici potest, quod & Sancti, & non „ solus Deus, miracula faciant. (d) Quocumque modo per Sanctos mi„ racula fiant, recte possumus *absolute*, ac *simpliciter* dicere, a Sanctis „ miracula fieri. " Igitur, si *absolute* scriberem: Mosè non è Dio, impeteres in me, quod adversarer Scripturæ, expresse Moysen nominanti *Deum*: & quia hoc Scriptura dicit, ceu verum assereres ex paritate rationis, quod cum omni proprietate dici potest, quod & Moyses, & non „ solum Dominus, sint Deus. Quocumque modo Moyses dicatur Deus, „ recte possumus absolute, ac simpliciter dicere, quod Moyses sit Deus. " Quod quam impium sit, nemo non videt; ut tumet advertisti (e) inquiens: „ Non idcirco tamen Sanctos Angelos, & homines in vulgari lo„ cutione *Deos* vocitari probaverim, nisi addendo per gratiam, per quan„ dam similitudinem, per participationem. " Et hoc additum facit, quod nequeat absolute dici: *Moyses est Deus.* Non igitur Sancti *absolute* dicendi sunt patrare miracula, sed addendum: *Ne sono come cagioni morali.* Etenim consimiliter prorsus enuntiantur: *qui facit mirabilia solus*; &, *Videte, quod ego sim solus.* Si tuis extirpandis scrupulis supradicta satis non sunt, *tu contra clarissimam veritatem oculos claudis.* (f)

148. Enucleandis Patribus nil curæ impendendum: qui enim Scripturæ modo locuti sunt, Dei se explicantis modo intelligi voluerunt. Haudquaquam tamen unum prætereo Augustinum; ut videas, quam fideliter Dei voces reddiderit. Num. 24. hunc opponis de SS. Martyribus *absolute* proferentem: (g) „ Credamus ergo eis & vera dicentibus, & *mira facienti„ bus.* " At nosti, quid Augustino sit: *Sanctos mira facere?* videlicet: *Deum*

(a) August. lib. 4. oper. imperf. num. 77. (b) Ut sup. laud. a Lapide, & universim cum S. Thoma 2. 2. quæst. 178. art. 1. ad 1. (c) Ut tu cap. 2. n. 12. (d) Num. 14. (e) Cap. 2. n. 12. (f) Aug. l. 1. op. imp. n. 67. (g) Lib. 22. de Civit. Dei c. 10.

Deum facere per eos. I. Eodem hoc loco ait: „ Faciunt autem iſta (*mi-*
„ *racula*) martyres, vel *potius Deus* orantibus, aut cooperantibus eis “
II. ſuperiori cap. 9. „ Sive enim Deus ipſe per ſe ipſum miro modo,
„ quo res temporales operatur æternus; ſive *per ſuos miniſtros* iſta (*mira-*
„ *cula*) faciat, & eadem ipſa, quæ *per miniſtros facit*; ſive etiam quædam
„ faciat *per martyrum ſpiritus*, ſive *per homines* adhuc in corpore conſtitu-
„ tos; ſive omnia iſta *per Angelos &c.* III. (*a*) Fatemur quidem & nos,
„ talia quædam feciſſe Prophetas. Nam in his ſignis quid excellentius,
„ quam mortuos reſurrexiſſe? Fecit hoc Elias, fecit hoc Eliſæus. (*Ad-*
„ *tende quid Auguſtino ſignificent*: *Fecit hoc Elias &c.*) Sed & ipſe Moyſes,
„ & ceteri Prophetæ veraciſſimi Dominum Chriſtum prophetaverunt....
„ Qui propterea & ipſe talia facere voluit; ne eſſet abſurdum, *quæ per*
„ *illos fecerat*, ſi ipſe non faceret. “ Prius dixit de Elia, & Eliſæo: *Fecit*
hoc; ſubinde explicat ſeſe: *Deus per illos fecerat*.

149. Num. 26. ex Theodoreto ais: *martyrum autem virtus* (in patrandis miraculis) *quem ipſi coluerunt Deum*, *verum eſſe Deum*, *declarat*. Poſt mihi inſultans ais: „ Tantum abeſt, quod adſcribere martyribus miracula, ſit „ illos credere, eſſe Deos. “ Hæc ſcribens, mea certe conſiderabas (*b*) Chi crederebbe potenti per ſe ſteſſi i Santi a far miracoli, gli crederebbe Dii. Hæc quidem conſiderabas; ſed ſolitis adverſus me præjudiciis tuis preſſus, & oppreſſus ea percipere non potuiſti. O bone, ea carpis! Evigila, adtende, intende. Non ſcripſi: Chi crederebbe potenti i Santi a far miracoli, gli crederebbe Dii: haudquaquam hæc ſcripſi; ſed: *Potenti per ſe ſteſſi*. *Relege*, *& intellige*: (*c*) Potenti per ſe ſteſſi. Quid ſibi volunt hæc? Nempe, quod ſua queant auctoritate, potentia, facultate: quod ex ſe ſufficiant patrandis miraculis Sancti. Qui igitur Sanctos credit ſufficientiam in miraculis ſuam a Deo non expectare, eoſve ſibi ſufficere; nonne vides, ipſis attribui, quod Dei ſolius eſt: *Qui facit mirabilia ſolus?* O iterum bone! falſa hæc reputas mea! Igitur tibi verum eſt: I Santi ſon potenti per ſe ſteſſi a far miracoli? Et ubi illa Apoſtoli: (*d*) *Non quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid a nobis*, *quaſi ex nobis*; *ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt*: ubi ea Chriſti Jeſu: (*e*) *Sine me nihil poteſtis facere*: Ubi ea: (*f*) *Ne dicas*: *Sufficiens mihi ſum*: Ubi tua: (*g*) *Miracula ſunt ſuper virtutem naturæ creatæ*: quo pacto ſibi ſufficient, ut per naturæ vires miracula faciant, quæ ſunt ſupra eorum naturam? At pudet, me amplius iſta refellere.

150. Ea quidem ſcripſi, ut Rudes monerem; quid in hoc miraculorum negotio tenendum ſit. Quam profunda hic eſt ignorantia eorum! Quandoque ex invocatione Sanctorum mirabiliter obtinent ſanitates; ſed qui Sanctos precati ſunt, eoſdem ex innocenti inſcitia Auctores credunt miraculorum; ut proinde toti ſeſe effundant grates iiſdem referendo. Idcirco ibidem ſcripſi: Se per loro interceſſione impetriamo ciò, che ci preme, Dio vuole, che da lui *principalmente* ſi riconoſca il benefizio; perchè egli è il concedente, e non già chi il muove a concedere. Idipſum qui-

(*a*) Epiſt. 137. ad Voluſian. num. 13. (*b*) Cap. 20. pag. 268. (*c*) Auguſt. lib. [illegible] oper. imperf. num. 190. (*d*) 2. Corinth. cap. 3. verſ. 5. (*e*) Joan. cap. 15. verſ. [illegible] (*f*) Eccli. cap. 11. verſ. 26. (*g*) Num. 16.

quidem monui cum S. Petro (*a*) admonente Hebræos post Claudi prodigiosam curationem: „ Viri Israelitæ, quid miramini in hoc; aut nos „ quid intuemini, quasi *nostra virtute*, aut *potestate fecerimus hunc ambu-* „ *lare*. "

151. Igitur, dilectissime P. *Ostendisti quidem, sed quemadmodum tu intelligeres* Pritanium, *vel potius non intelligeres; non quemadmodum deberet intelligi*. (*b*) Quod si pertinacius exigas, mea intellexisse, do tibi. Verum *nihil, quod dicas, invenies, inania multa dicis; falsum crimen Catholico objicis*. (*c*) Et quidem falsum crimen objicis mihi. En iterum tua: „ Tan- „ tum abest, quod adscribere martyribus miracula, sit illos credere, esse „ Deos. " Nonne percipis, crassissimam mihi te importare calumniam; quod, videlicet, adscribere Sanctis miracula sit illos credere, esse Deos? Ex hisce enim ita jejune positis recte colligitur; quod nullum prorsus habeant in miracula influxum; quod quam maxime est a veritate alienum. Profecto Scriptura, Patres, Fidelium omnium sensus, & consensus eis adscribunt miracula, quin Deos credant. Itaque scripsi; repetamus: Credere i Santi POTENTI PER SE STESSI (*audis?*) POTENTI PER SE STESSI (*intelligis?*) è credergli Dii. Hæc si sapies, nunquam inficiari valebis; neque ob ea vel leviter mihi insultare. Moneo demum, cariss. Plazza, ut legas tui Bellarmini Catechesim Christianam; & intelligas ejusdem me exscripsisse doctrinam (*d*) „ Se le Reliquie ed Imma- „ gini non sentono, come dunque fanno tanti miracoli, a chi ad essi si „ raccomanda? M. *Tutti li Miracoli li fa Iddio*: come li fa molte volte „ *per intercessione de' Santi*, e massime della SS. Madre, e spesso li fa a „ coloro, li quali avanti delle Reliquie o Immagini invocano i Santi; „ e talvolta si serve delle Reliquie, e delle Immagini per istromento di „ tali miracoli, per mostrarci, che li piace la Divozione verso i Santi, „ e verso le loro Reliquie, ed Immagini. D. Dunque quando si dice, „ che uno si è raccomandato alla tale Reliquia, o tale Immagine, ed „ ha avuto la grazia, si ha da intendere, che si è raccomandato a quel „ Santo, di chi è la Reliquia, o Immagine; e che *Iddio per intercessione* „ *di quel Santo*, o per mezzo di quella Reliquia, o Immagine gli ha „ fatta la grazia? M. Così è: e mi rallegro, che abbiate inteso bene, „ quanto io ho detto. " Intelligis: non aliud Bellarminum Sanctis adscribere patrantibus miracula, quam eorum apud Deum *Intercessionem*? Eadem leges in Catechesi Eminentiss Spinelli, Archipræsulis olim Neapolit. „ R. Preghiamo la Vergine SS. gli Angioli, e i Santi, acciocchè essi „ *preghino Dio*, che si conceda le cose necessarie. D. Come dunque s'in- „ tende, quando si dice, che qualche Santo ci fa qualche grazia, o qual- „ che miracolo? R. S'intende, che Dio si concede la grazia, o fa il mi- „ racolo *ad intercessione* di quel Santo, che noi preghiamo. " Igitur *quid est, quod exsultas, & mihi quasi victor insultas? ... Ita enim tibi ponis ante oculos nostrum in disputatione certamen; & te argumentante, me, quid respondeam, non habentem fingis, ut placet. Sic tecum vana ... tui cordis imaginatio fabulatur*. (*e*) Sed qui respondentem audisti: *Responde, quid facias; dic, quo confugias?* (*f*) C A-

(*a*) Actor. c. 3. vers. 12. (*b*) Aug. l. 4. op. imp. n. 45. (*c*) Ibid. n. 50. (*d*) Cap. 6. Dichiarazione del primo Comandamento. (*e*) Lib. 2. cont. Jul. vers. 10. n. 34. (*f*) Ib. n. 35.

CAPUT VII.

Non ſolum Deum, verum etiam Sanctos, benedicere Populo benedictione profutura.

PRITANIUS.

152. PEſſimum genus tuorum ſcrupulorum! Pro eo ut Catholici Auctoris verba in bonum ſtudeant trahere ſenſum, vergere potius amant in calumnias. In iſthæc mea offendis: (*a*) Finalmente ſe benediciamo il Popolo colle Reliquie ed Immagini de' Santi, non ſono eſſi, che benedicono, ma il ſolo Iddio, come c' inſegna il Rituale Romano. Statim n. 2. ſubtexis: „ Dogma iſtud eo propenſius impugnandum ſuſci„ pimus, quod videamus placere Janſenianis. " Nempe ut adverſus me invidiam conſles, & opprobrium, odioſam adhibes vocem *Janſenianis*, a te, tuiſque pluribus uſque ad ravim cantatam, recantatam, & millies. Pudeat tandem. *Piget jam dicere, quam multa te ſequantur* (vana) *talia ſentientem, talia dicentem, talia ſcribentem*. (*b*)

153. Num. 3. ais: „ Sed quia forte Pritanius ipſum quoque morem „ benedicendi Populum Reliquiis, & Imaginibus Sanctorum oblique ſu„ gillat, & improbat &c. " Hoc tuis in me ſcrupulis proprium; ut fingant hoſtem, quem feriant; ſed calumnientur fingendo. O bone, perpende, quam ſcrupulis putentibus opprimaris: tumet mea producis, quibus hunc morem approbo: Se benediciamo il Popolo colle Reliquie ed Immagini de' Santi ec. & ſcribere non erubeſcis: „ Sed quia forte Prita„ nius &c. " Cur fatigaris in comprobando eo more Catholicis compertiſſimo? Enitendum tibi erat monſtrare, *ſugillati a me oblique, & improbari eum morem*. Cur omittis? Arduam provinciam perſenſiſti, quinimo impoſſibilem.

154. Verum, ut deſinas cavillari, conſideremus, quid ſibi velit vox *Benedicere*. I. Si creaturæ inducantur Deo Benedicere, vel Sanctis, idem erit ac *Laudare*, frequens occurrit in Scripturis: *Benedicite omnia opera Domini Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſecula*. (*c*) *Benedicam Dominum in omni tempore; ſemper laus ejus in ore meo*. (*d*) II. Si creaturæ aliis *benedicant* viventibus, eis, ſignificat, bona *adprecari*, ac deſiderare. Moriturus Moyſes Duodecim Tribubus *benedicens* ait: (*e*) *Vivat Ruben, & non moriatur... Hæc eſt Judæ benedictio: Audi, Domine, vocem Judæ; & ad Populum ſuum introduc eum*. Vides, has Moyſi Benedictiones alio non tendere, quam Tribubus illis bona deſiderare? III. Si vero aſſeratur nobis Deus *benedicere*, idem erit ac nobis bona elargiri, qui vere fons eſt omnium bonorum, & unicus Auctor, *qui implet omne animal benedictio-*

(*a*) Cap. 20. pag. 268. (*b*) Aug. lib. 4. cont. Jul. cap. 3. num. 33. (*c*) Daniel. cap. 3. (*d*) Pſalm. 33. (*e*) Deut. cap. 33.

ctione. (a) Quam apposite Augustinus; (b) „ *Benedicat anima nostra Do-*
„ *minum*; *& Deus benedicat nos*. Cum benedicit nos Deus, nos crescimus;
„ & cum nos benedicimus Deum, crescimus. Utrumque nobis prodest. "
Et: „ Quis autem nostrum dicturus est, non esse illam Dei *benedictionem*,
„ si vel agricultura ei *fructum ferat*; vel domus cujusque *abundet copia*
„ *rerum*. " *Affectiva* dicenda est nostra in Deum *benedictio*; *Effectiva*, quæ est Dei in nos, qua crescimus ex bono de sursum veniente a Patre luminum.

155. Ex his; cum dicitur, Sancti nobis benedicere e Cælo, num credes, Crucis signum supra nos efformare? Manus non habent. Num proferent: *Benedicimus vobis?* Linguam non habent. Vin scire, quo pacto dicantur benedicentes, quod Pritanius professus est, omnisve Fidelis fatetur, nec ampliora potes exigere? Tria præstant, quibus intelligendi sunt benedicere. I. Nobis bona desiderant. II. Ex hoc desiderio, necnon ex caritate Deum nobis precantur propitium. III. Hac oratione plurima impetrant sive temporalia, sive æterna. Isthæc Sanctorum benedictio & *Affectiva* est, quæ nobis bona desiderat, & *Effectiva*, sed ministerialiter tantum, quæ exorando Deum movet; ut *aperiat* reapse *manum suam*; & qui fons est, fluenta misericordiæ suæ in nos effundat. Si isthæc tria, quibus circumscribitur benedictio Sanctorum ita dilucide in meo libello posuerim, *ut non sit*, *ubi hæreat lector*, *ubi caliget auditor*: (c) nonne mereris audire: *Non est verum*, *quod dicis*: *fallis*, *aut falleris*? (d) Mea *relege*, *& intellige*. (e)

156. Cap. xx. pag. 264. hæc de Sanctis scribo: Di noi si ricordano, ci amano piucchè mai, e *bramano di giovarci* ... Sicchè ove poi invochiamo il loro soccorso, essi leggendo in Dio le nostre preghiere, *le presentano a lui*, accompagnate da i meriti del nostro divino mediatore Gesù Cristo, e *facilmente impetrano* ciò, che può ridondare in bene delle anime nostre. Quinimo supra ea, quæ tibi hic offensioni sunt, scripseram: Se per loro *intercessione impetriamo* ciò, che ci preme, Dio vuole, che da Luï *principalmente* si riconosca il benefizio; perchè egli è il concedente, e non già chi il *move* a concedere. Cum nobis Deus sua dona largitur, ipse *benedicit* nobis ceu Auctor, fons, & origo omnium bonorum. Adverte autem; dixi: *Principalmente*, ut Sanctorum quoque includerem benedictionem, videlicet, suis precibus movendo Deum, ut largiatur. Plurane exigis? Tria sunt Sanctorum benedictioni necessaria, ut num. superiori. Hæc tria de eis erga nos dilucide scripsi. Nil aliud superest nisi, ut farraginem illam Auctoritatum adversus me consarcinatam longa deleas litura; & ex Augustino (f) admonearis: *Noli esse præceps*: *melius est adtendere*, *quid dicas*; *quam contendere*, *ut contradicas*.

157. Inquies: si Sanctos, fateris, nobis benedicere; quid caussæ fuit, ut absolute scriberes: Non sono essi, che benedicono, ma il solo Iddio? *Dixi sana*, *nec pœnitet*; (g) quia verum erat dicendum. Annon recordaris, quod licet Sacramenta Gratiæ sint caussæ ministeriales, ut Sacerdotes

(a) Psalm. 144. (b) Psalm. 66. (c) August. lib. 2. contr. Julian. cap. 5. num. 11. (d) Idem lib. 3. oper. imperfect. num. 188. (e) Ibidem num. 190. (f) Lib. 4. oper. imperf. n. 101. (g) Aug. l. 4. cont. Jul. c. 2. n. 13.

tes remissionis peccatorum, solum tamen de Deo efferatur absolute: *Gratiam caussat, remittit peccata?* Tam cito oblivisceris, de solo Deo absolute proferri: *qui facit mirabilia solus*, cum & Sancti quandoque suum habeant ministerialem influxum in ea? (*a*) Tuimet ipsius memento, qui vere scribis: „ Quod est præstantissimum in aliquo genere, *unicum*, & *singulare* „ in eo genere appellari consuevit. " Cum itaque Deus præstantissimus sit præ Sanctis benedicendo, solus recte dicitur benedicere. Quod & expresse docuit Augustinus (*b*) „ Multis modis se volunt homines benedici „ a Deo. Alius benedici se vult, ut habeat plenam domum necessariis „ rebus huic vitæ: alius benedici se cupit, ut obtineat salutem corporis „ sine labe... Quis autem nostrum dicturus est, non esse illam Dei be„ nedictionem, si vel agricultura fructum ferat... Facit hæc Deus, do„ nat hæc Deus. *Parum est nobis dicere:* Facit hæc Deus, donat hæc „ Deus; sed *solus hæc facit*, *solus donat*. Quid enim facit hæc Deus, si „ facit hæc aliquis *non Deus*? Facit hæc, & *solus facit*. " Augustino nimirum eadem sunt: *Deum Benedicere*, & *Deum facere*, ac *donare*. Ipsi igitur *solus benedicit Deus*, qui solus facit, & donat.

158. Sæpius autem inculcandum præsertim Rudibus, quidquid boni desursum veniat interventione Sanctorum, a solo Deo in nos venire; ut merito cum Augustino ubi sup. de Sanctis dici queat, quod eleganter de agricola scripsit, campos irrigantes aquarum rivis: *quod si forte irrigare potest, de cujus potest? Ipse ducit quidem rivum, sed Deus implet fontem*. Profecto precibus Sancti nobis impetrant bona: ipsi ducunt rivum; sed solus implet fontem; *solus donat* Deus. *Et merito ad hoc dixerimus hæc, Fratres, ut quisquis ista terrena forte vel propter supplementa necessitatis, vel propter aliquam infirmitatem desiderat* (adtende) *NONNISI AB ILLO DESIDERET, qui est fons omnium bonorum, & Creator, & Recreator universorum.*

159. Cur autem id inculcandum? I. Quia vera edocendi sunt Fideles. II. Ne in sentiendis beneficiis Sanctorum ope venientibus, Deum obliti, cujusvis boni fontem primordialem, unice effundant sese eis celebrandis. Iis sane grates rependant, oportet: benefici sunt: sed ferventiori affectu magis, magisve, necesse est, in Deum ferantur; qui & Sanctos nobis Patronos constituit, quos exaudiret quidem; aut exaudiendo ipse solus donaret. Homines sumus, quos plurimum præ spiritualibus sensibilia movent, præsertim Rudes, quorum animus nimium crassus apparet. Exoratur Sanctus: accepto beneficio gaudet. Nimis sensibile est, quod ejus interventu expetita salus habeatur. Subinde quam pronum, quam facile, ut grati animi motus totos effundamus in Sanctos; & de Deo aut ne quidem cogitemus, aut minora ei rependamus. Monuit hæc Augustinus ubi sup. *Et cum ab aliis petunt, & accipiunt, nescientes ab illo* (Deo) *accipiunt*. Quot ejusmodi sunt! vel inconsideratione, aut inscitia. Magni reputant beneficium, quod a Sanctis & petiere, & adepti sunt; quin ad fontem assurgant, ex quo illi hausere, ex quo ipsi recipiunt.

160. Hujusce inconsiderationis potior origo est in Idiotis præsertim vulgaris locutio: *La SS. Vergine mi ha guarito, il Santo N. mi ha fatto la* *gra-*

(*a*) Vid. sup. cap. 5. & 6. (*b*) In Psal. 66. n. 2.

grazia, quin unquam pene a Rudibus audiatur: *Iddio per la intercessione di Maria, del Santo N. mi ha liberato ec.* Ex hoc, inquam, loquendi more, qui fere universim invaluit, idea in eis progignitur, qua benefici dumtaxat Sancti considerantur: & dum in rivo sitim explemus nostram receptis beneficiis gaudentes, fontem obliviscimur, ex quo rivus aquam accepit. Vivida fides exigitur, & Pietas haudquaquam vulgaris; ut dum Sanctorum ope beneficiis fruimur, ad Auctorem Deum trascendamus; ipsique rependamus potiora, cujus & beneficentia major, & potestas sublimior, & una.

161. Non hic ulla necessitas tuam eventilare farraginem exemplorum, quæ adversus me congeris. Paucis me expediam. Etenim *res dicis, quas si nobis saltem admonentibus considerare non negligas, etiam tibi ipsi .... erubescas.* (*a*) Quas producis Benedictiones hominum ad alios, vel preces fuerunt, ut Deus benediceret; vel eis bona desiderabant, quæ Deus largiretur. Ut hinc videas, hujusmodi exempla hominum *benedicentium* aliud non esse, nisi precantium, ut *benedicat Deus*. Benedixit Abrahamum Melchisedech: (*b*) *Benedictus Abraham Deo excelso*, videlicet, ut tuus a Lapide hic: *Benedicatur Abraham, & bonis cumuletur a Deo excelso*: Isaac filium Jacob: (*c*) *Ecce odor filii mei .... cui benedixit Dominus. Det tibi Deus &c.* Petiit ab Angelo Jacob benedici: (*d*) *Non dimittam te, nisi benedixeris mihi*. Prosequaris insultando num. 8. „ Si Pritanius adfuisset, „ Jacobum hic monuisset: *Non Angelus est, qui benedicit, sed solus Deus*: Falso, & inaniter Pritanio insultas. Unde *hic admonendus es; quid de hoc, unde nunc agimus, sapere debeas.* (*e*) Profecto Angelus benedixit, sed ex persona Dei, quam præseferebat; nec benedixit, nisi prius Jacobo aperuerit, se persona Dei repræsentare. (*f*) *Nequaquam*, inquit vers. 28. *Jacob appellabitur nomen tuum, sed Israel: quoniam si contra DEUM fortis fuisti* (in lucta, ut hic Hieronymus) *quanto magis contra homines prævalebis*. Tum vers. 29. *Et benedixit ei in eodem loco*. Ut merito dixerit Jacob vers. 30. *Vidi Deum facie ad faciem &c.* Non itaque, cariss. P. monendus Jacob erat; sed optime in libello admoneo Idiotas, quibus scribo. Angelus igitur verba enuntiavit benedictionis, sed revera Deus benedixit. Jacob producis benedicentem filios; (*g*) sed vel cum Tostato in hunc locum expressiones eas, dicendum, nonnisi Prophetias fuisse; benedictiones vero Filiorum minime fuisse expressas in Scriptura: aut si mavis; fuere quidem benedictiones, sed propheticæ; in quantum prospera illis prænuntians desiderabat, quæ facturus erat per eos Deus. Quod si Jacob corripuerit quosdam; *hæc tamen ejus paterna correptio revera fuit benedictio*; ut hic a Lapide.

162. Scribis n. 9. „ Aaron, & filiis ejus præcepit Dominus: (*h*) *Sic* „ *benedicetis filiis Israel &c.* promisitque: *Et ego benedicam eis*. " Parumper siste: consulo, ut taceas hunc e Scriptura locum. Secus tibi certissime jugulum petes; ac pro eo ut mihi noceas, nervosius mihi vindicias scribes. Sed jacta est alea: hanc adversus me Scripturam intorques, quam

 expan-

(*a*) August. lib. 6. oper. imperfect. num. 10. (*b*) Genes. cap. 14. vers. 19. (*c*) Ibid. cap. 27. (*d*) Cap. 32. (*e*) August. lib. oper. imp. n. 10. (*f*) Gen. cap. 32. vers. 28. (*g*) Gen. c. 49. (*h*) Numer. c. 6.

expanſis ulnis amplector; & inſuper, quæ ex ea taces, produco. „ Lo„ cutuſque eſt Dominus ad Moyſen dicens: Loquere Aaron, & filiis „ ejus: Sic benedicetis filiis Iſrael, & dicetis: *Benedicat tibi Dominus*, „ *& cuſtodiat te. Oſtendat Dominus faciem ſuam tibi, & miſereatur tui.* „ *Convertat Dominus vultum ſuum ad te, & det tibi pacem.* Invocabuntque „ nomen meum ſuper filios Iſrael, *& ego benedicam eis.* " Adtende. Sacerdotibus jubet Deus, ut filiis Iſrael benedicant. Jam itaque ex imperio Dei Sacerdotes habemus benedicentes (quod ultro admiſi: Se noi benediciamo il Popolo colle Reliquie ec. & de Sacerdote in fine Miſſæ: (*a*) Rivolto al Popolo dice: Vi benedica l' onnipotente Iddio ec. e ciò dicendo *benedice*.) Conſideremus, quænam benedictio ſit, qua filii Iſrael debeant a Sacerdotibus benedici. En eam: *Benedicat tibi Dominus, & cuſtodiat te &c.* O bone, nonne vides, quod ex præſcripto Dei Sacerdotes benedicentes non aliud agant, quam deſiderare, quam deprecari, ut Deus ſolus benedicat: *Benedicat tibi Dominus, oſtendat Dominus, convertat Dominus &c.* Subtexit Deus: *Et ego benedicam:* Nempe, vos benedicitis exorando, ut meum nomen invocando, ut habeant bona: non utique benedicitis ea largiendo, qui non poteſtis: *Ego benedicam eis* bona donando: *Ego cuſtodiam, ego miſerebar, ego dabo pacem.* Conſimili prorſus ratione de Sanctis ſcripſi, nempe: Non ſono eſſi, che benedicono. Quia nimirum bona, quæ petimus, nequeunt ipſi impertire: perchè Iddio è il concedente (*b*) *Solus Deus facit, ſolus Deus donat.* (*c*) Scripſi pariter de Sanctis, quod deſiderent nobis bona, quod deprecentur Deum, quod impetrent nobis (*d*) Che muovono Dio a concedere. Eos igitur, ſcripſi, nobis benedicere. Etenim, ſi Aaron, Deo adprobante, dicitur benedicens; ex quo Deum precetur filiis Iſrael propitium: quanto magis Sancti benedicere dicendi ſunt, qui exorant, qui aliquod habent jus impetrandi? Et quidem minime expreſſi: *Nobis benedicere Sanctos*; ſed *ubi res apparet, non eſt de rebus controverſia facienda.* (*e*) Et reapſe cum Populo benedicimus Reliquiis, & Imaginibus ſacris, præſcribitur Sacerdoti, ut dicat: *Benedictio Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus S. deſcendat ſuper vos, & maneat ſemper.*

163. Itaque ſcripſi: Non ſono i Santi, che benedicono, ma il ſolo Iddio. Et prorſus veriſſime: quod ut percipias: certe enim mea neutiquam intellexiſti, adtende. Haud quidem in meo libello leges, abſolute prolatum: I Santi non ci benedicono ec. ſed ea legis in caſu quodam particulari, videlicet: Se benediciamo il Popolo *colle Reliquie ed Immagini* de' Santi. In hoc caſu ſcribo: Non ſono eſſi, che benedicono, ma il ſolo Iddio; quia in hoc caſu, ut moris eſt, a Sacerdote effertur: *Benedictio Dei omnipotentis &c.* quibus nequaquam Sancti, ſed Deum precatur, ut benedicat.

164. *Et nunc quod ea me ſentire dicis, quæ ſentiunt Manichæi* (Janſeniani) *multum falleris.* (*f*) quam novam adhibes Dialecticam? Ubinam didiciſti, ex particulari antecedenti colligere univerſalem Concluſionem? De ſolo

(*a*) Cap. 18. pag. 245. (*b*) Ut cap. 20. pag. 268. (*c*) Auguſt. laud. ſup. num. 157. (*d*) Sup. num. 155. (*e*) Auguſt. lib. 5. oper. imperfect. num. 45. (*f*) Auguſt. Lib. 5. op. imp. n. 25.

solo particulari casu, in quo Sanctorum Reliquiis, & Imaginibus Populus benedicitur, scribo: Non sono essi, che si benedicono ec. & tu subinfers, & adversus me Thesim statuis universalem, quod *Sancti benedicant nobis*, quasi absolute id negaverim; subinde Jansenistis adnumeras me id negantibus, ut ais? Si proferres: „ S. Cosmas, a me exoratus, nullas „ apud Deum pro me interponit preces; quando nolit Deus ei invoca- „ tionem meam revelare. “ Ex his ipse colligerem, te omnem inficiari Invocationem Sanctorum; ac proinde te Hagiomachis adnumerarem: in quos non erumperes adversus me clamores? Consimili prorsus modo in Pritanium te geris. *Intellige, & tace: aut quod intellexeris, non autem, quod non intellexeris, loquere.* (*a*)

CAPUT VIII.

Sanctos ita esse in cœlo Advocatos; ut eorum non tantum precibus, sed & meritis apud Deum interpositis adjuvemur.

PRITANIUS.

165. SAlutare Scrupulosis monitum datur; ut omnes vitent ejusdem furfuris homines; secus in pejus devenient vani timores scrupulorum. Unus alteri suas communicat phantasias, falsa ratiocinia, irrationabiles timores; & hoc pacto unius scrupulis alterius mentem invadentibus, effrænatior evadet sarcina scrupulorum. Hoc tibi contigit infortunium. Tui te scrupuli invaserant ob septem postrema Capita mei libelli: alteri scrupuloso aures placuit accomodare; novoque scrupulo in Caput X. impegisti, *pio quodam, & studioso viro ex Italia per litteras opportune monente*, ut n. 1. ais. Bonum mihi, quod alios non offenderis consimiles *Pios*, ac *Studiosos*: fortassis ita totum libellum concremandum prædicares carnificis manu ob tuos scrupulos, aliorumve.

166. Hæc sunt, quæ ex Capite X. (*b*) novos in te excitarunt timores: La stessa B. Vergine, Madre di questo Dio, e i Santi allorchè pregano per noi, interpongono presso Dio Padre, non già i lor proprj meriti, ma bensì l'efficacia del Salvatore: Sapendo ben'essi, che Gesù Cristo solo è il nostro proprio mediatore, e il nostro proprio Avvocato presso il Padre, che il rende propizio a noi pel perdono de' nostri peccati.

167. Hic tua incalescente phantasia, ais n. 3. „ Quibus profecto verbis aperte significat, ipsam Dei Genitricem, Sanctosque omnes neutiquam offerre Deo pro nobis sua merita (*en primus, qui sequitur, scrupulus*) quasi ad hunc effectum nullius sint ponderis: ac proinde nec „ etiam nos rogare debere per merita B. Virginis, atque Sanctorum. „ (*en*

(*a*) Ibid. num. 38. (*b*) Pag. 119.

„ (*en alter*) Negat præterea Sanctos esse proprios Mediatores , imo & „ proprios Advocatos nostros apud Deum ; quandoquidem utrumque munus solius Christi esse pronuntiat. “ Subinde n. 6. hanc statuis adversus me Thesim : „ Deum non tantum precibus , sed etiam meritis ipsis „ Sanctorum ad beneficia nobis præstanda inclinari ; nosque proinde non „ minus meritis, quam precibus Sanctorum apud Deum juvari : quippe „ precibus Sanctorum pro nobis ad Deum ipsorum merita pondus , ac „ virtutem addunt. “

168. Parumper siste : prius ad quæstionem trahendus ; ut scrupulis posthabitis vera te loqui addiscas . Hac tua Thesi quemnam oppugnare tibi est ? Pritanium, repones. Ubinam hæc scribo ? Ubi ea, inquis : Interpongono presso Dio Padre non già i lor proprj meriti . Ex hisce nimirum consecutione infallibili habetur : *Apud Deum nullius ponderis merita esse Sanctorum , quibus juvemur*. Bene quidem tibi . Sed si quispiam id vere colligi inficiaretur ? *Quid respondebis ?... Quæ tibi argumenta succurrent ?... Quæ tuorum argumentorum* saltem *acies vitrea*, *vel plumbei pugiones* in legentium *conspectu exseri audebunt* ? (*a*) Infelicissimos scrupulos ! *Quid enim vobis prodest , quod nescio quas ansas , atque uncos arte , nescio , cujus perplexitatis inseritis ; ne simplicia pateant*, *& clara luceant* ? (*b*) In id totus incumbis , ut errorem oppugnes cuivis notum : nempe , *Sanctorum merita nullius ponderis apud Deum esse , quibus juvemur*. Sed ut infames Pritanium ; ut intolerandum ei affingas errorem, solam , credis , assertionem tuam sufficere ! *Quid est ergo , quod non ratiocinando , sed conviciando spatiaris in vacuum ?* (*c*) Sat quidem erat suis Pithagoras, ut tacerent audientes : *Ipse dixit :* At in litteraria Republica, qui audient : *Plazza dixit adversus Pritanium*, ridebunt ; & eo amplius quo *apertissime Scrupuloso* nulla est adhibenda fides . Rem certe confecisses, & plurima laude dignus , si obnixius agens , plurimisque argumentis monstrasses, ex meis illis verbis memoratos errores descendere. Hæc prorsus necessaria omittis : in superfluis spatiaris . *Hæc si nesciebas ; confitere , te non fuisse intelligentem disputatorem : si autem sciebas , non intelligentem sperasse habiturum te esse lectorem*. (*d*)

169. Quo ad primum scrupulum , quod videlicet : *Precibus Sanctorum ipsorum merita pondus addant , & virtutem ; ac proinde precari nos posse Deum per merita eorum* , vis nosse Pritanii fidem ? Adtende. (*e*) I veri Santi sono gli Eroi della Cristiana Religione, ben più meritevoli del nostro ossequio, *perchè splendenti* per tante luminose virtù (en merita : videamus , quid hisce obveniat Sanctis , quid nobis) Di qui ebbe origine il festeggiar la loro beata morte, o il celebrar altre Feste in lor onore . Il che facendo la Chiesa , oltre all' intenzion di magnificar Dio , glorioso ne i suoi Santi , *e di onorar la memoria di chi ha sibben profittato de i doni di Dio* (qui se commendabiles reddiderunt virtutibus , meritisque , jure Ecclesia gloriosis præconiis honorat. Hæc Sanctis apud nos ob eorum merita obvenere, quid nobis ?) Due nobili mire ha essa pel *profitto de' Fedeli* . La prima fondata sull' antichissima Tradizione , ed autenticata da SS. Padri , è di farci meglio conoscere . (Adtende) I. *Chi può essere a noi*.

(*a*) Aug. l. 1. cont. Julian. c. 4. n. 12. (*b*) Ibid. c. 5. n. 19. (*c*) Aug. l. 4. oper. imp. n. 37. (*d*) Ibid. n. 91. (*e*) Cap. xx. pag. 263.

noi utile presso Iddio per impetrarci grazie sì spirituali, che temporali secondocchè ne abbisogniamo. II. (*a*) Sicchè ove noi invochiamo il loro soccorso... *facilmente* impetrano ciò, che può ridondare in bene delle anime nostre. III. (*b*) Il Popolo sa, quanto sia *possente* l'intercessione de beati Cittadini del Cielo. Annon vides dilucide, hisce meis merita prædicari Sanctorum, quibus eorum precibus pondus accrescat, & virtus? Hæc enim cum Tridentino significant, eos profiteri *utiles* nobis apud Deum; quod *faciliter* impetrent; quod *potens* sit Intercessio eorum. Isthæc enim necessario ex meritis veniunt; nam qui nullo merito, aut exiguo nimis apud Deum est, neque *utilis*, neque *faciliter* impetrat; multo minus *potens* esse valet Intercessio ejus.

170. IV. Di noi si ricordano, ci amano piucchè mai, e bramano di giovarci, riconoscendo noi per questo nel Simbolo *quella Comunione, che passa fra i Santi Comprensori e i figli della Chiesa Militante*. Quid hæc sibi velint, jam nosti; nempe, *participatio est meritorum in Ecclesia*, (*c*) ex Catechismo Rom. quod Augustinus expresserat: (*d*) *Populus Christianus memorias Martyrum religiosa solemnitate concelebrat; & ad excitandam imitationem, & ut meritis eorum consocietur, atque orationibus adjuvetur*. Sed elegantius (*e*) in Exodum (*f*) super ea: *Sine me, & iratus conteram eos*. „ Ut eo modo admoneremur, cum merita nostra nos gravant, ne diligamur a Deo, relevari nos apud eum illorum meritis posse, quos diligit." Quam igitur in Symbolo profitemur, Communione Sanctorum edocemur etiam, eorum merita *participare*, eisque *consociari*, ac *relevari* hoc sane modo, quod orantes ipsi, nobisque *facilius* bona impetrantes ob præcellentia merita; idcirco in nobis hæc sentiamus utilia, eisque *consociamur*, ac *relevamur*. Annon igitur vides, ex hac, quam memoro, Communione Sanctorum, nedum me profiteri, quod horum precibus adjuvemur, sed & multo magis meritis ipsorum. Quinimo quod eorum preces (semper quidem ex meritis Christi) efficacitate donentur, ex eorum meritis venit, quæ quo excellentiora, eo sunt ad impetrandum faciliora.

171. Ea propter de SS. Virgine scribo: (*g*) E quanto all'invocarla ne' nostri bisogni, commune abbiamo il sentimento della Chiesa, che *più utilmente ricorreremo a Lei*, per ottener benefizj da Dio, *che al rimanente de' Santi*. Cur adeo efficaces prædico Virginis orationes? quia nimirum ejus merita longe, longiusque meritis excellunt Sanctorum: & idcirco ad sublimiora ejus merita appello: Essa *piena di grazia*, essa quella fortunata, a cui fece cose grandi, che può tutto. Favorita con doni soprannaturali in vita, alzata in Cielo ad ineffabili onori, ricolma tuttavia di quella misericordia, che nudrì in terra, noi la riguardian come *ajuto* de Cristiani, *rifugio* de' Peccatori... e *possente Avvocata* presso Iddio. Ibidem (*h*) de ea scribo: Stante l'efficacia delle sue preghiere: &: (*i*) Le nostre suppliche al Salvatore avran più forza, se accompagnate ed avvalorate da quelle della sua S. Madre. Dic sodes: Omnia isthæc nonne expri-

(*a*) Pag. 264. (*b*) Pag. 274. (*c*) Sup. 9. Artic. Symb. num. 25. (*d*) Lib. 20. cont. Faust. cap. 21. (*e*) Quæst. 149. in Exod. (*f*) Cap. 32. (*g*) Cap. 22. pag. 312. (*h*) Pag. 319. (*i*) Et 324.

primunt, quod *Precibus Sanctorum ipsorum merita pondus addunt, & virtutem?* Num apud Deum preces dicendæ erunt validæ, & efficaces, potens patrocinium ejus, cui minora, & exigua sunt merita? *Placetne tibi jam mutare sententiam?* (*a*) *Vide quam manifesta veritate convincam*. (*b*)

172. *Sed quid mussites, novi. Dic jam, dic: audiamus*. (*c*) Quo pacto, inquiris, inter se cohæreant ista cum eis: Non interpongono i loro proprj meriti? O bone, & quid est, quod tanta caligine obrueris? (*d*) *Itane nondum respicis?* Quid necesse est, ut sua expandant merita coram Deo, ostentent, interponant, ut ais; cum in Dei conspectu sint semper clara, & aperta? quando Deus e. g. parem meritis D. Petri mercedem contulit; num oportuit, ut Deo ea ostentaret ipse, & interponeret? Insulsum commentum! cui enim omnia nota erant, hoc non egebat. Non itaque Petro necesse est, ut exaudiatur facilius, sua merita Deo aperire; quasi illa Deus ignoret, aut sit oblitus. Novit certe Deus, semperque videt, quot, & qualia sint merita Petri exorantis, quibus indulgentior fiat, cum voluerit. Porro si homo Pater nequit lapidem pro pane, pro ovo dare scorpionem filiis petentibus; quin eis necesse sit exprimere: *Filii tui sumus*: quanto magis Divinus, cui nuda sunt omnia, & aperta, ut suos dilectissimos filios, ut Sanctos exaudiat, haudquaquam expresse indigebit interpositione meritorum. Eorum quidem meritis benignior est nobis, quæ videt; non quæ ostentantur. Sancti in vivis agentes plerumque Deum precantur, eorumve precibus facilis Deus indulget; & adeo, ut frequenter ex eorum interventione in miracula erumpat. Num hi sua merita interponunt orantes? Cave, ne dixeris; facies enim ex demissis precatoribus Pharisæos superbos, sua ostentantes: *Jejunamus bis in Sabbato &c.* Et exaudiuntur tamen faciliter Sancti, & frequenter ex meritis excellentibus, quin ea interponant. Et necesse erit in cælo regnantibus merita sua aperire?

173. Libro 3. Regum (*e*) legimus: „ Venit ergo Bethsabee ad Regem Salomonem; ut loqueretur ei pro Adonia: & surrexit Rex in occursum ejus, adoravitque eam; positusque est Thronus Matris Regis, quæ sedit ad dexteram ejus. *Cur Salomon in occursum ejus: cur adoravit: cur ad suam dexteram ea sedit? Fors Mater cum nuntio præmonuerat: Recordare; quod mater tua sim: quod doloribus meis, & industriæ vitam debeas, & Regnum!* (*Ideam ridendam!*) „ Petitionem unam parvulam ego deprecor a te; ne „ confundas faciem meam (*certe confunderis; quia Matrem esse non interponis.*) „ Et dixit Rex: Pete mater mea; neque enim fas est, ut avertam faciem tuam. “ O bone, annon vides, hoc solum quod noverat matrem. Coactus Salomon, *ut surgeret in occursum ejus; ut adoraret; ut* benigne exciperet preces &c. Et Christus nunquam fors exorabilis erit suæ Virgini Matri; nisi exprimat ipsa: *Mater tua* sum; nisi ubera monstret, quæ lactaverunt; nisi dolores memoret, quos passa est? (eadem de Deo dicantur respectu Sanctorum) Apage omnino insulsum commentum!

174. Verum enim vero expresse ex meritis Christi Sancti suas offerunt Deo

(*a*) Aug. l. 1. cont. Jul. c. 8. n. 40. (*b*) Ibid. c. 9. n. 47. (*c*) Aug. ib. c. 6. n. 21.
(*d*) Ibid. cap. 8. n. 41. (*e*) Cap. 2.

Deo preces. Id enim præcepit Christus. (a) *Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam; ut glorificetur Pater in Filio.* Quinimo nedum a Patre petendum *in nomine suo*, monet Christus Fideles, sed ab ipsomet etiam: *Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam.* (b) Profecto autem si orantes Sancti merita Christi non offerrent, ex suis dumtaxat petere convincerentur. Hinc necessarium, ut precantes expresse Christum offerant æterno Patri, cujus quidem merita eis minime propria sunt, sed aliena, & distincta. Non autem offerunt propria, quæ in ipsis jam videntur a Deo.

175. Verum quod magis mirandum se offert, hanc legisti in S. Thoma (c) doctrinam, quam nosse tibi datum non est. Ait igitur a te laud. n. 25. „ Sancti dupliciter dicuntur orare pro nobis. Uno modo oratione „ expressa; dum votis suis aures divinæ clementiæ pro nobis pulsant. „ (*Adtende*) Alio modo oratione interpretativa, scilicet, per *eorum me-* „ *rita, quæ in conspectu Dei existentia* non solum eis cedunt ad gloriam; „ sed sunt nobis etiam *suffragia*, & *orationes* quædam; sicut & Sanguis „ Christi pro nobis effusus dicitur veniam petere. “ Sanctorum merita, ait, *non interposita*, sed *in conspectu Dei existentia*; quæ nimirum, visis a Deo Sanctis, necessario conspiciuntur; ut Salomon Bethsabee conspecta, statim sensit, suam esse genitricem. Per hæc autem merita Sanctos orare, ait, *oratione interpretativa*; & isthæc illis cedant ad gloriam, nobis ad suffragium; sicut & Sanguis Christi sola apud Deum præsentia sua validissimum Peccatoribus est adjutorium.

176. Adversus Pritanium, sed a te fictum, & confictum niteris evincere, quod merita Sanctorum addant eorum precibus pondus, ac virtutem; & ad id plurimam consarcinas farraginem Auctoritatum. *At hoc non dicimus: & ideo quidquid inde disputasti, prætereundo contemnimus.* (d) Duas tamen nequeo præterire, quibus comprobatur dilucide, quod precantes Sancti sua apud Deum merita interponant. Prima Chrysostomi est (e) a te laudati n. 20. „ Etenim sicut milites vulnera, quæ in præliis sibi in- „ flicta sunt, Regi monstrantes, fidenter loquuntur: ita & illi (*Marty-* „ *res*) *in manibus objecta capita gestantes, & in medium afferentes*, quæ- „ cumque voluerint, apud Regem cælorum *impetrare possunt*. “ Altera est Arnoldi Carnotensis, (f) quam profers n. 24. *Christus nudato latere Patri ostendit latus: Maria Christo pectus, & ubera.*

177. Quæso te: Chrysostomus, & Arnoldus ad litteram intelligendi erunt? Cave, ne affirmes: eris certe a sana fide alienus. Quæ capita, & in quibus manibus Martyres gestant; cum modo in cælis solus animus regnet, cui caput desunt, & manus? Scripsit Arnoldus de Christo: *Nudato latere.* Numquid in cælo veste operitur, qua nudatum latus ostendat Patri? Figurata igitur in istis tenenda locutio est; quæ S. Thomæ sup. laudatis verbis complanatur quammaxime. Novit Deus Filii sui Jesu passionem, ac Martyrum merita; novit & Christus suæ Genitricis officia, quin ea ipsi interponant; hinc indulgentior Deus precibus eorum, quæ

 effi-

(a) Joan. cap. 14. vers. 13. (b) Vers. 14. (c) In 4. Sent. dist. 45. q. 3. a. 3. in corp. (d) Aug. l. 3. cont. Jul. c. 11. (e) Serm. in SS. Martyr. Juvent. & Maxim. (f) De laudib. Mariæ prope initium.

efficaciores nimium sunt ex meritis eorum *in conspectu Dei existentibus*, ut sup. laud. S. Thomas.

178. Supra nunc memorati Auctores eo locuti sunt modo, quo Deus ad Cain: (*a*) *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me terra*. Super quæ tuus a Lapide: „ *Clamat ad me*, q. d. Reatus homicidii, imo parricidii tui „ ita voluntarii *in conspectu meo comparet*, atque a me celerem, & atro„ cem vindictam exposcit. Ita S. Hieronymus in Ezechiel. cap. 27. " Hoc dixi: (*b*) *Inanis ergo tua remansit illatio*.

179. Num. 28. scribis: „ Assertæ veritati non aliud opponi posse vide„ tur, nisi illud idem, quod hæretici... apud Bellarm. (*c*) scilicet: *Fie„ ri Christo magnam injuriam, si meritis Justorum, sive Sanctorum aliquid „ tribuatur, quasi non sufficiant Christi merita*.

180. Vereor, ne mortiferum virus sub hisce tuis lateat, quo fama Pritanii omnino perimatur. Num me adsentientem facies hæreticis, quod pariter doceam: *Fieri Christo magnam injuriam &c.* Hoc certe indicant tua verba. Num. 3. me docentem profers, *nullius ponderis esse merita Sanctorum*. Quibus apud Deum juvemur: Sanctos haudquaquam esse Mediatores nostros, & Advocatos. Credidisti igitur, idcirco me defendere hos errores; ne *Christo fieret magna injuria &c.* Hinc scribis, quod assertæ a te veritati adversus me, qua impugnantur hi duo errores, aliud opponi non posse, nisi *fieri Christo magnam injuriam &c.* Vis igitur intelligi, quod hunc profitear errorem. Carifs. Pater, Pritanium certe non feris: jam vidisti, ac videbis. Cæterum cave imposterum, moneo; cæco impetu in adversarios ne ruas: moderare, quo furis in me, ferventissimum æstum. Adtende, ne redivivi fiant Montaltii, Wendrochii: pellem tibi certe detrahent, & ossa. Jam nosti. A *Redivivo Pritanio* mitis ingenii homine, longeque diverso ab istis accipe tantum cum Augustino: (*d*) *Et quod est pejus; fingis me dicere, quod non dico; concludere, sicut non concludo; concedere, quod non concedo; & concludis tibi, ipse quod renuo*.

181. *Perge ad cætera, & vanis variora contexe* (*e*) Alterum discutiamus scrupulum tuum. Offendis in hæc mea: (*f*) Sapendo anche essi (*Santi*) che Gesù Cristo solo è il nostro proprio Mediatore, e il nostro proprio Avvocato presso il Padre, che il rende propizio a noi pel perdono de' nostri peccati. Lego te, relego: solusque mecum loquor: Possibiline, ut hæc Plazzæ displiceant? Nec quidem Idiota fidelis eas ignorat fidei veritates, quos exprimunt mea; & annosus Theologus societatis, & Siculæ S. Inquisitionis Consultor eas ignorabit? Apage omnino rem incredibilem! Æstu soporatus Pritanium absumendi, eas advertere non potuisti. *Vide, quam monstruosa, aut furiosa dicas... non habendo quid dicas?* (*g*)

182. Binas hisce meis Fidei exprimo veritates. I. Gesù Cristo solo è il nostro proprio mediatore, e il nostro proprio Avvocato presso il Padre. II. Che il rende propizio a noi pel perdono de' nostri peccati. Consideremus primam. *Quid potuit dici verius, & Catholicæ regulæ congruentius?* (*h*) Nimirum *unus Deus, unus & Mediator Dei, & hominum Christus Jesus*.

(*a*) Gen. 4. v. 10. (*b*) Aug. cont. Jul. l. 3. c. 8. n. 17. (*c*) Lib. 5. de Justific. n. 16. c. 5. (*d*) Lib. 3. cont. Jul. c. 7. n. 14. (*e*) Aug. l. 3. cont. Jul. c. 19. n. 36. (*f*) Cap. 2. pag. 119. (*g*) Aug. ib. c. 17. n. 31. (*h*) Aug. l. 1. cont. Jul. c. 5. n. 17.

us. *a*) Audis loquentem Apostolum? Porro *unus*, & *solus* idem sunt; & quemadmodum *unus* Deus est *solus* Deus, ita *unus* Mediator *solus* Jesus. *Sed & si quis peccaverit, Advocatum habemus apud Patrem Jesum Christum justum.* (*b*) Audis Joannem? En mea, quæ Pauli, & Joannis fideliter reddunt: Gesù Cristo solo è il nostro proprio mediatore, e il nostro proprio Avvocato presso il Padre. Ubi inter hæc vel discrimen levissimum? Merito Augustinus (*c*) *Pro quo autem nullus interpellat, sed ipse pro omnibus, hic unus, verusque mediator est.*

183. S. Thomas (*d*) *Solus Christus est perfectus Dei, & hominum mediator.* Estius in illud Pauli: *Unus Deus &c.* „ Observa, quod sicut unum „ Deum intelligit cum exclusione plurium, sic & *unum* mediatorem Dei, „ & hominum, qui est Christus Jesus. Hoc igitur officium ita Christo „ *proprium* agnoscere debemus ex mente Apostoli; ut *nulli alteri tribua-* „ *tur, nec homini, nec Angelo.* " Ibidem a Lapide, & Natali Alex. Bellarminus (*e*) Suarez (*f*) Sed verissime pudet in hisce immorari.

184. Alteram perpendamus Fidei veritatem a me expressam: Che il rende propizio a noi pel perdono de' nostri peccati. Audi supra laudat. Joannem ibidem: *Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi*: & (*g*) *Misit Filium suum propitiationem pro peccatis nostris*; quinimo *non est in aliquo alio salus.* (*h*) Merito Augustinus (*i*) *Fratres, Jesum Christum justum, ipsum habemus Advocatum ad Patrem: ipse propitiatio est peccatorum nostrorum. Hoc qui tenuit, hæresim non fecit: hoc qui tenuit, schisma non fecit.* Quæque omnia & fideliter tu fateris n. 37. (*k*) Hæc teneo; hæc profiteor; hæc credo. *Nunc ergo considera, rogo te; nunc, inquam, ut te salubriter veritas vincat, deposita vincendi* (conviciandi) *cupiditate: Considera, utrum nostræ an tuæ sententiæ debeas adquiescere.* (*l*)

185. Perpendamus modo, cur mea displicuerint: quidnam impietatis in sese habeant? En iterum ea: Gesù Cristo solo è il nostro proprio mediatore, e il nostro proprio Avvocato presso il Padre, che il rende propizio a noi pel perdono de' nostri peccati. Ex hisce hanc adversus me infers conclusionem: *Negat Sanctos esse proprios mediatores, imo & proprios Advocatos nostros apud Deum; quandoquidem utrumque munus solius Christi esse pronuntiat.* Euge, mi Pater, eugepe: *quam concinne tibi verba inania sonuerunt!* (*m*) Aliam omisisti conclusionem subinferre: *Sed videlicet ut egregius dialecticus* (*n*) „ Pritanius itaque Hagiomachus. "

186. At quæso te, considera, quam liberalius tecum agam. Quantum quantum est hoc ratiocinium, cujus quidem *Antecedens* ex meis verbis est, & a te illata *Conclusio*, totum verissimum reor, totum de fide credo. Adtende. In *Antecedenti*, in quo de Christo mediatore ago ex Apostolis, ut vidisti, Paulo, & Joanne, virtualiter hæc habentur. *Solus Christus est mediator noster, & primarius, qui Deus est, & homo: solus ipse, qui* æter-

(*a*) 1. Timoth. cap. 2. v. 5. (*b*) 1. Joan. c. 2. v. 1. (*c*) Lib. 2. cont. Parm. c. 8. n. 16. (*d*) 3. part. q. 26. a. 2. (*e*) Tom. 2. l. 1. de Sanct. Beat. c. 20. (*f*) Tom. 1. in 3. part. disp. 55. q. 26. in comm. a. 1. (*g*) Ibid. c. 4. v. 10. (*h*) Actor. c. 4. v. 12. (*i*) Tract. 1. in 1. cap. Epist. 1. Joan. (*k*) Et part. 2. c. 4. n. 49. (*l*) August. lib. 5. cont. Jul. c. 21. n. 42. (*m*) Aug. ib. c. 12. n. 27. (*n*) Ib. c. 6. n. 13.

æterno Patri condignum obtulit nostræ salutis pretium &c. Quid ex his vere colligitur? *Igitur nec SS. Virgo, nec Sancti omnes mediatores nostri sunt primarii, & Advocati; qui neque sint Deus homo; neque condignum Deo obtulerint pretium nostræ salutis &c.* Annon sana fides isthæc cuncta docet? Hisce igitur pariter subscribamus. Ut autem me Hagiomachis accenseres, me docentem scripsisti, quod Sanctos, negarem, esse mediatores nostros, & Advocatos apud Deum proprios eo modo, quo docet Ecclesia. (*a*) Ut id probes, hoc adhibes ratiocinium, cujus quidem *Antecedens* est ex meis; ut sup. n. 185. quæque in bono sensu hæc significant: *Solus Christus est mediator noster primarius &c.* Colligis: *Igitur Pritanius negat, Sanctos esse mediatores nostros secundarios &c.* Hæc enim Ecclesia docet de mediatione Sanctorum. Ridendum sane ratiocinium, quod neque in Dialectica Tyro efformaret. Quo autem pacto tibi in Dialectica Magistro annoso probatum sit, prorsus me latet; ni fors quod scrupuli tui adversus me reddiderint te a te alienatum.

187. Annon sentis, quantum a sana Dialectica exorbites? In *Antecedenti* meo de solo agitur mediatore Christo, divino, necessario, primario &c. in *consequenti* de solis tractas mediatoribus, creatis, secundariis &c. de quibus nihil est in *antecedenti*. Qua igitur ratione hoc approbas ratiocinium? *Ubi est acumen tuum, quo tibi videris, & Categorias Aristotelicas assecutus, & aliam Dialecticæ artis astutiam?* (*b*)

188. Profecto autem quod solus Christus sit mediator Dei, & hominum, nosterve proprius Advocatus, ut sana Fides profitetur; haud certe inde sequitur, quod Sancti minime sint apud Deum mediatores nostri secundarii, & Advocati. Omnis enim Christi Ecclesia fideliter credit solum Christum, ut supra, mediatorem, & Advocatum nostrum esse; sed credit pariter, Sanctos esse Advocatos nostros, ac mediatores secundarios apud Deum, ex meritis quidem Christi, *utiles* ex Tridentino, non necessarios, ut Christus est. Audi Augustinum de Martyribus differentem. (*c*) *Tam enim perfecti exierunt, ut non sint suscepti nostri, sed ADVOCATI.* (Jam Advocatos fatetur.) *Neque hoc in se, sed in illo, cui capiti perfecta membra adhæserunt.* (In Christo sunt nostri Advocati.) *Ille est enim vere Advocatus unus, qui interpellat pro nobis.* En Augustino Martyres sunt Advocati nostri, licet Christus sit *vere* noster *Advocatus*, & *unus*... Annon vides, propositionem meam, quam impetis, & ex Augustino exscriptam: Gesù Cristo *solo* (Augustino *unus*) è il nostro *proprio* Avvocato (Augustino *vere.*)

189. Tumet ille es, qui (*d*) Christum scribis unicum mediatorem; quia solus est Deus, & homo; quia solus per sua merita de condigno nobis gratiam promeruit, & Gloriam; quia solus per orationes, & preces longe præcellit cæteris mediatoribus; quia solus perfectissimo modo, & imcomparabili utrumque mediatoris officium obivit. Hisce tamen minime obstantbus, ais: „ (*e*) Isthæc autem omnia non impediunt, quo„ minus Dei Genitricem humani generis apud Deum, & Christum me„ dia-

(*a*) Relege tuum num. ultimus. (*b*) August. lib. 3. contr. Jul. cap. 2. num. 7. (*c*) Sermon. 285. numero 5. Sanctorum Calli, & Æmilii. (*d*) Part. 2. cap. 4. num. 49. (*e*) Num. 56.

„ diatricem, non utique primariam, sed secundariam libere appelle-
„ mus. " Quamvis itaque scripserim: Che Gesù Cristo solo è il nostro proprio mediatore, e il nostro proprio Avvocato presso il Padre, che il rende propizio a noi pel perdono de' nostri peccati.„ Isthæc autem om-
„ nia (*tua sunt*) non impediunt, quominus Sanctos humani generis apud
„ Deum, & Christum mediatores, non utique primarios, sed secundarios
„ libere appellemus. " Ut brevitati consulam laudatos lege (*a*) S. Thomam, Estium, Natalem Alex. eadem proferente in sup. laud. locis.

190. Unum vero proferre cogor Augustinum, cum penitius ad rem scripsisse videatur; (*b*) & prosequitur post verba laud. n. 184. „ Unde
„ enim facta sunt Schismata? Cum dicunt homines... nos petimus, nos
„ impetramus. Joannes autem quid dixit? *Et si quis peccaverit, Advoca-*
„ *tum habemus ad Patrem, Jesum Christum justum*. Sed dicet aliquis: Er-
„ go Sancti non petunt pro nobis? Ergo Episcopi, & Præpositi non pe-
„ tunt pro Populo? Sed adtendite Scripturas, & videte; quia & Præpo-
„ siti commendant se populo. Nam Apostolus dicit plebi: (*c*) orantes
„ simul & pro nobis. Orat Apostolus pro plebe; orat plebs pro Aposto-
„ lo. Oramus pro vobis, Fratres; sed & vos orate pro nobis. Invicem
„ pro se omnia membra orent: Caput pro omnibus interpellat. " Protulit ea Augustinus: *Advocatum habemus &c.* quibus superficie tenus cæteri Advocati videntur excludi. Opponit Augustinus, quod mihi affingis: *Ergo Sancti non petunt pro nobis &c.* si solus Christus sit Advocatus noster. Dissolvit Sophisma. Etsi Christus solus sit Advocatus apud Deum; non tamen alii excluduntur, sed modo diverso: hi & Deum precantur pro aliis (non est hic sermo de Sanctis in cælo regnantibus) & alii, egent, ut orent pro ipsis: Jesus autem caput nostrum *pro omnibus interpellat*, quia egeat, ut alii pro ipso exorent. Et id est, quod alibi dixerat: (*d*) *Pro quo autem nullus interpellat, sed ipse pro omnibus, hic unus, verusque mediator est*.

191. In hoc igitur capite binos mihi appingis errores: quod merita Sanctorum nullius sint ponderis apud Deum; ac proinde neque etiam nos Deum rogare debere per merita eorum; & quod negem, Sanctos esse proprios mediatores apud Deum, & Advocatos nostros. *Hoc nulla ratione docere potuisti; quamvis fueris multa contentione conatus: quod possunt videre, qui legunt & tuas calumnias, & refutationes meas*. (*e*)

192. Verum *audi adhuc, quod te possit amplius commovere, atque turbare; utinam in melius commutare*. (*f*) Quid. R. P. si Sanctos & nominem *mediatores*, ejusdemque vocis significatum de eis prædicem cum Ecclesia Catholica? Utrumque potuisses, debuisses legere in meo libello (*g*) Da aures. In questo senso, cioè con una *mediazione differente* da quella di Gesù Cristo possiamo anche *appellare mediatori* tutti gli altri Santi. Expresse etiam ipsis tribuo mediatoris officia. Bina hæc sunt, te judice (*h*)
„ Unum quod in benemerendo, & factis ipsis opitulando; alterum quod
„ in

(*a*) Num. 183. (*b*) Tract. 1. num. 8. in cap. 1. Epist. 1. Joann. (*c*) Coloss. 4. (*d*) Lib. 2. cont. Parmen. cap. 8. num. 16. (*e*) August. lib. 4. op. imperf. num. 105. (*f*) Lib. 1. cont. Jul. cap. 3. n. 9. (*g*) Cap. 22. pag. 318. & cap. 20. pag. 263. (*h*) In Anacephalæosi Partis 2. n. 4.

„ in precibus, & orationibus conſiſtit. “ Utrumque & dilucide de Sanctis prædico. (*a*) La prima mira della Chieſa è di farci conoſcere, *chi può eſſere utile a noi preſſo Dio, per impetrarci grazie sì ſpirituali, che temporali*. Sicchè ove noi invochiamo il loro ſoccorſo, eſſi... le preſentano a Dio, *e facilmente impetrano* ciò, che può ridondare in bene delle anime noſtre. Perciò l'invocazione de' Santi, ſiccome *utile e lodevol mezzo per ottener grazie* dall'Altiſſimo, è a noi raccomandata dalla S. Religione ec. (*b*) Eadem ſcripſi an. 1740. in Opere de Superſtitione vitanda c. 2. Quinimo & expreſſe Sanctos nomino Advocatos. (*c*) Certamente è da lodare, chi elegge per ſuo particolar *Patrono* ed *Avvocato* alcuno de i Santi. Et cap. 22. pluries SS. Virginem dico *Avvocata*. Cæterum ſat erat, Sanctos nominaſſe mediatores: ipſis quippe idem eſt mediator, & Advocatus. Libellum meum *ſi legiſſes, invenire potuiſti: aut ſi legiſti, neſcio quemadmodum te potuit præterire: aut ſi præterire non potuit; miror, cur te non correxerit?* (*d*)

193. Num. 4. ut immerentem me magis magiſve exagitares, & conſumeres omnino, ſi valeres, odioſiſſimam præfers comparationem, & ais: „ Idem ſentire videtur monitor Pſeudomarianus (*ac Pritanius*) ubi ſub „ ementita B. Virginis perſona ſic monet: *Qui me mediatricem, vel Advocatam dicunt, non eo ſenſu dicant, quo Filius meus proprie eſt mediator, & Advocatus. Ille novi Teſtamenti mediator eſt. Ille propriis meritis Deum placavit. Ille ſolus pacem fecit inter Deum, & homines.* “ Præfiſcine fateor: anceps ſteti hæc legens, num te perciperem; verumque a Deo precatus ſum intellectum; ne mihi ipſemet imponerem. Adeo enim videris a veritate longius exorbitaſſe; ut facilius crederem me, quæ ſcribis, non intelligere, quam te exiſtimare talia neſcientem, quæ ſcribis.

194. Compreſſo pede hic ſta: *Si potes, intellige; ſi non potes, crede.* (*e*) Quæ ex Monitore Mariano profers, impia ſunt, falſa, aut vera? Si vera: vere ſenſit Pritanius, laudandus itaque, non infamandus, quod cordi tibi eſt. Si impia dixeris, aut ſaltem falſa: hoc percipi nullo pacto valet, quod Catholicus homo, ac Theologus impia credat, aut falſa, quæ ſana fide credenda ſunt. Numne in Sicilia ad illud tribunal, ubi Cenſor ſediſti, reus eſſes pertrahendus? Abſit hoc certe. Sed vereor, ne æſtuantibus ſcrupulis adverſus me mentis obtutus omnino defecerint. Conſideremus ſingula, ut mihi conſulam, tibique, ut reſipiſcas. Cæterum nullum mihi negotium de hoc Monitore: & cum alias oppoſueris, ſurda aure præteribo. Si bene loquatur, ejus non curo ſuffragium: ſi male, ei me profiteor adverſarium.

195. En prima: *Qui me mediatricem, & Advocatam dicunt, non eo ſenſu dicant, quo filius meus eſt proprie mediator, & Advocatus.* Chriſtus, ſana fide edocente, mediator eſt, & Advocatus, homo Deus, primarius, neceſſarius. Num SS. Virgo eodem ſenſu noſtra erit mediatrix, & Advocata? Apage blaſphemiam intolerabilem! Non igitur eo ſenſu mediatrix dicenda erit, quo ejus Filius Jeſus proprie mediator eſt, & Advocatus.

(*a*) Cap. 20. (*b*) Vid. ſup. a num. 169. ad 172. (*c*) Cap. 20. p. 275. (*d*) Lib. 1. cont. Jul. c. 6. n. 26. (*e*) Aug. l. 4. op. imp. n. 104.

tus. (*a*) Igitur bene te ſupra monuit Auguſtinus: *Si potes, intellige; ſi non potes crede.*

196. En alia: *Ille novi Teſtamenti mediator eſt.* Si hæc tibi diſpliceant, dele ex cap. 9. verſ. 15. Pauli ad Hebræos. *Ille propriis meritis Deum placavit.* Num ex te placaverit Chriſtus Deum alienis meritis non propriis, aut ſuis ſimul cum alienis? Et ubi illud Joannis: (*b*) *Et ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris; non pro noſtris autem tantum, ſed etiam pro totius mundi?* Denique falſane, aut impia erant ea Monitoris: *Ille ſolus pacem fecit inter Deum, & homines?* Sed id Apoſtolus ſcripſit: (*c*) *Omnia ex Deo, qui nos reconciliavit ſibi per Chriſtum.* (*d*) *Ipſe enim eſt pax noſtra, qui facit utraque unum.* Et: (*e*) *Non eſt in alio aliquo ſalus.* Quid te adjuvit, ut illi me comparaveris? *Ecce in quantam voraginem decidiſti male intelligendo.* (*f*) *Itane nondum evigilabis ab hac abſurditate percuſſus, & te hoc dixiſſe pœnitebit?* (*g*)

197. Seram imponis coronidem huic cap. 8. ſed ea ſorte, ut ſcrupuli tui omne ſimul in ſe colligerent virus malevolentiæ, quo afflatus Pritanius, æterno ſuffunderetur opprobrio. En tua num. 32. „ Contendere „ autem cum Pritanio, Sanctos non eſſe proprios Advocatos noſtros apud „ Deum, eſſet, *omnes veteres Patres, totamque Eccleſiam Catholicam caſti-* „ *gare velle.* " Cum Auguſtino precor: (*h*) *O vita pauperum Deus meus, in cujus ſinu non eſt contradictio, plue mihi mitigationes in cor; ut patienter tales feram!* Et oh! quæ atrociora magis proferri valerent, non inquam, de hæretico, ſed de peſtillentiſſimo inter hæreticos. Et proferuntur tamen a Religioſo Sacerdote Catholico de Sacerdote Catholico, in ſinu Rom. Eccleſiæ defuncto, quem nullus unquam pravæ, aut dubiæ doctrinæ rumor notavit in mille, millieſque diverſis Operibus. Jam noſti, quid mihi cum Catholica Eccleſia, ac Patribus. *Quod credunt, credo: quod tenent, teneo: quod docent, doceo: quod prædicant, prædico. Iſtis cedes, & mihi cedes. Adquieſce iſtis, & quieſces a me.* (*i*)

CAPUT IX.

Horum potius, quam aliorum Sanctorum patrocinium ad quaſdam Gratias peculiares impetrandas, nec temere, nec inutiliter a Fidelibus implorare.

PRITANIUS.

198. IGitur, te judice, aſſerui, *Temere*, & *Inutiliter* Patrocinium implorari unius præ alio Sancto ad peculiares quaſdam Gratias impetran-

(*a*) V. ſup. a n. 182. (*b*) Epiſt. 1. c. 2. (*c*) 2. Cor. c. 5. (*d*) Epheſ. c. 2. v. 14. (*e*) Actor. c. 4. v. 12. (*f*) Aug. l. 1. cont. Jul. c. 9. n. 44. (*g*) Ib. l. 3. c. 19. n. 36. (*h*) Lib. 12. Confeſſ. c. 25. n. 34. (*i*) Aug. l. 1. cont. Jul. c. 5. n. 20.

trandas. *Sed falleris, sive calumniando ... sive non intelligendo, vel potius non legendo ea, quæ tunc dixi.* (*a*) Adtende mea. (*b*)

199. Ma questa particolar deputazione di alcun Santo sopra qualche male e bisogno de' Cristiani, *tutto che non sia da riprendere*, pure nacque una volta ec. Num adeo plumbeum reputas me; ut *irreprehensibile* afferam, quod *inutile*, ut ais, ac *temerarium* credo? O nimium bone, si hæc cogites. Subtexo ibidem: Ed oggidì anche il Popolo, perchè abbastanza istruito, non falla in questo; e se *maggiormente si raccomanda ad un Santo* pe i suoi bisogni, sa parimente, quanto sia potente anche l' Intercessione degli altri Beati Cittadini del Cielo. Omnium hic fidem obtestor: Nonne hæc mea dilucide prorsus assertioni adversantur, quam mihi affingis? *Cur ergo negas clausis oculis res apertas.* (*c*)

200. *Tu autem, ut mihi resistas, rem absurdissimam cogeris dicere*; nempe, subdole me profers scribentem n. 2. „ At Pritanius tota se libertate pro„ dere nolens... Ea quæ scribit, non destruit, sed occultat. " *Tu vero magnus es mirabiliarius.* (*d*) *Sed falsum est, quod hic conaris ostendere.* (*e*) Norunt omnes, quotquot saltem Titulos viderunt operum meorum; quam animo ingenuo fuerim, quam candide scripserim; Cum veritatis dispendio, neminem curavi amicum, nec formidavi inimicum. Percipies infra dilucidius, quam falso, ac temere de me judicaveris.

201. *Tu autem, qui nesciens quid loquaris, objicis mihi* (*f*) n. 1. „ Ini„ tio effuse ridet eos, qui sola rudis Plebeculæ imaginatione fundati, „ pro gregum, & armentorum suorum tutela, proque avertendis incen„ dii periculis S. Antonii Abbatis opem efflagitant. Alios subinde carpit, „ qui pro incolumitate oculorum S. Luciam V. & M. sibi Patronam ad„ sciscunt; quique... aliis certis Sanctis, ut hæc vel illa beneficia obti„ neant, sese commendant. "

202. *Calumniaris: non hoc a me dictum est.* (*g*) Scrupulosis adversus me præjudiciis tuis gratias habe, qui apud me tui misertum excusaris: num autem ad Christi tribunal id fiat tam facile, ignoro. *Audi ergo, & intellige.* (*h*) Sed simul *collige totas vires acuti tui cordis, ac liberæ frontis, & aude respondere, si potes.* (*i*) Cur mea hic non producis, sed taces; quæ pene semper profers? Jure merito igitur *tibi, tanquam de somno excitato eadem verba mea repetam, quæ tuæ memoriæ fortassis, ut hæc diceres, exciderunt.* (*k*) Possono (*l*) in terzo luogo introdursi eccessi ed abusi nella Divozion verso i Santi; e molti di questi si potrebbono addurre *originati d'ordinario da oppinioni mal fondate dall' ignorante Popolo de' tempi barbarici*; Ne darò solamente un saggio; perchè non occorre maggiormente ingolfarsi in questo mare. Se avesse chiesto *una volta* al Volgo, chi de i Santi abbia un patrocinio particolare della custodia delle greggi ed armenti, vi averebbero additato S. Antonio Abate. Hac tenus historicum agens nullum rideo.

203.

(*a*) August. lib. 6. cont. Jul. cap. 12. n. 39. (*b*) Cap. xx. pag. 274. (*c*) Aug. l. 5. oper. imperf. n. 56. (*d*) Aug. l. 5. op. imperf. num. 9. (*e*) Ibidem n. 11. (*f*) Ibidem l. 6. n. 6. (*g*) August. lib. 4. cont. Jul. cap. 8. num. 47. (*h*) August. lib. 4. cont. Jul. cap. 1. num. 5. (*i*) Ibidem cap. 2. num. 9. (*k*) Ibidem cap. 3. num. 27. (*l*) Cap. xx. pag. 271.

203. (Monstraturus, che possano introdursi eccessi ed abusi nella Divozion verso i Santi, ad anteriora recurro *barbarici secoli*; ex iisque profero exempla *di opinioni mal fondate dell' ignorante Popolo*. Sed quod ad præsens attinet: Oggidì il Popolo, perchè abbastanza istruito, non falla in questo; e se maggiormente si raccomanda ad un Santo, sa parimente, quanto sia possente anche l' intercessione degli altri Beati Cittadini del Cielo.)

204. Prosequamur: Ma niun altro fondamento avea sì fatta opinione, che l'*immaginazione della gente rozza* (adtende, quæ sequuntur; & quid rideam, vide, non *effuse*, ut ais, sed modeste) la quale *col suo gran senno interpretava* (Imaginis rideo interpretationem) la pittura di questo Santo. Vedete là? Ha in mano una fiamma denotante esser egli deputato sopra il fuoco. A piedi suoi tien un porco. Ne volete di più per conoscere, che alla sua cura e protezione son commessi e Porci, e Buoi, e Cavalli ec.? Ma se avessero domandato conto a i saggi... Non importa: il Popolo così immaginò.

205. (Jam intelligis I. haudquaquam me effuse ridere præsentes Fideles, quod *S. Antonii Abbatis opem efflagitent*. Dumtaxat mihi sermo est dell' ignorante Popolo de' tempi barbarici. II. Neque hos irrideo, quod *S. Antonii Abbatis opem efflagitarent*; At solum rideo cerebrosam, falsamve interpretationem Imaginis S. Antonii ex eorum pingui, crassaque Minerva redundantem.)

206. Altri particolari impieghi assegnò ne' *vecchi tempi* (etiamnum loquor *de i tempi barbarici*) il Popolo ad altri Santi a tenor *della sua immaginazione*. Il solo nome di S. Lucia bastò *agl' ignoranti* per deputarla sopra la conservazione degli occhi... Così a S. Agata... e ad altri Santi e Sante furono assegnati altri uffizj..... Ma questa particolar deputazion di alcun Santo sopra qualche male e bisogno de' Cristiani, sebben non sia da riprendere, pure nacque una volta *senza legittimo fondamento nella sola testa del Popolo*, che credette religiosamente attribuire una determinata virtù e balìa a certi Santi, *come irreligiosamente attribuivano gli Etnici ad alcuni lor falsi Dei*.

207. Vides, sentis, intelligis, quid in hisce carpam, quid displiceat? Nempe questa particolar deputazione, nata una volta senza legittimo fondamento, nella sola testa del Popolo rozzo ed ignorante, come irreligiosamente attribuivano gli Etnici ec. Prorsus igitur est a veritate alienum, mihi displicere, quod *Fideles aliis certis Sanctis, ut hæc, vel illa beneficia obtineant, sese commendent*. Hoc certe nefas esset; cum pertineat ad invocationem Sanctorum, quam fideliter credo. Universim enim, qui Sanctos invocat pro beneficio impetrando, haud quidem omnes invocat, sed unum, aut alterum. Hinc neutiquam in antiquis carpo, quod S. Luciam implorarent pro tuenda oculorum salute, aut alios quosdam Sanctos pro determinatis beneficiis.

208. *I nunc, & mihi objice*. (a) „ Hæc quam inter se pugnent, nemo cordatus non videt. Si destinatio ista Sanctorum ad peculiares gratias non modo est ridicula, utpote in solo insipientis populi cerebro

 „ na-

(a) Aug. lib. 1. cont. Jul. c. 4. n. 11.

„ nata, falsæque imaginationi innixa, verum etiam Ethnicæ superstitio- „ ni simillima deprehenditur, quomodo reprehendenda non erit? " ut vere scripsi: *Non sia da riprendere*.

209. *Nihil habent duo ista, quantum mecum omnes vident, qui verum vident, unde me ostendas, mihi esse contrarium*. (a) Et quidem: *Nemo cordatus non videt*, qui tuismet oculis Pritanium legeret. At nemo cordatus non videt, quantum legeris clausis oculis. Adtende quam vere, & quam dilucide nulla sit inter mea oppositio. Discerne tempora, & veritatem intelliges. Scripsi: *Non è da riprendere questa particolar deputazione di alcun Santo sopra qualche male ec.* Inquam: Non è da riprendere *oggidì*. Perchè il Popolo non falla in questo; e se maggiormente si raccomanda ad un Santo pe i suoi bisogni, sa parimente, quanto sia possente l' intercessione degli altri Santi. *Barbaricis autem sæculis* reprehendendam dico questa particolar deputazione; perchè *nacque* una volta *senza legittimo fondamento nella sola testa del Popolo rozzo ed ignorante ... e come irreligiosamente attribuivano gli Etnici ad alcuni lor falsi Dei*. (b) *Jam tu clama contra apertissimam veritatem*. II. Quo ad præsens *non è da riprendere*; quia longævam experti sumus temporis præscriptionem, qua videtur Deus facilem se præbere precibus e. g. S. Luciæ pro salute oculorum. Isthæc doctrina tua est n. 49. „ At unde scimus, ad hoc, vel illud beneficium impetran- „ dum, hujus potius, quam illius Sancti patrocinium prævalere? Respon- „ demus... *Monstravit Fidelibus vel miraculorum experientia &c.* " Reprehendenda autem erat, cum primo id S. Luciæ deputatum est ex solo Populi cerebro. Haud quippe enim nostrum est, Sanctos destinare ad patranda miracula; cum Dei solius sit. *Puto, quod jam videas, quantum te opinio ista fefellerit*. (c)

210. Verum si destinatio isthæc anterioribus sæculis adinventa, senza legittimo fondamento dalla sola testa del Popolo rozzo ed ignorante; qui fieri potuit, ut acquiesceret Deus tali deputationi, eamque haberet ratam miracula operando per Sanctos peculiariter destinatos? Aversari potius debuisset.

211. Et quidem ratam habuit Deus & ex voluntate commendabiles reddendi Sanctos suos, & ex pietate erga Fideles horum ope adjuvandos. Adtendit solum piam illius Populi intentionem, & affectum: eorum ignorantiam non curavit, qua id peregerunt. Ut profundius intelligas, audi Apostolum: (e) *Quidam quidem & propter invidiam, & contentionem, quidam autem & propter bonam voluntatem Christum prædicant*. En SS. Evangelii prædicationem ab impiis propter contentionem exercitam, & propter invidiam. Sed *quid enim? dum omni modo, sive per occasionem, sive per veritatem Christus annuntietur: & in hoc gaudeo; sed & gaudebo*. Mirum, quod gaudeat Apostolus, annuntiantibus illis impie Evangelium! Et tamen vere gaudet, meritoque; *Sciens fieri posse* (f) *ut dum illi sectantur humanæ gloriæ cupiditatem, tamen his auditis Fideles nascerentur; non eorum invida cupiditate, qua se volebant vel adæquari, vel anteponi Apostolicæ gloriæ, sed per* *Evan-*

(a) Lib. 5. contr. Julian. cap. 16. num. 63. (b) August. lib. 5. oper. imperf. n. 41. (c) August. lib. 1. cont. Julian. cap. 7. num. 29. (d) Philip. cap. 1. vers. 15. & 18. (e) Aug. l. 22. cont. Faust. c. 48. tom. 8.

Evangelium; *ut de malo illorum Deus operaretur bonum*. Placita Deo fuit Evangelii annuntiatio; ut, sua gratia adjuvante, Fideles nascerentur; quamvis impie, & scelerato fine perficerent eam. Nil igitur mirum, si ex innocenti ignorantia factam destinationem Sanctorum ratam habuerit Deus; & operando per eos mirabilia, & Sanctos gloria, & beneficiis cumularet Fideles.

212. Opponis n. 3. „ Haud aliter certe de eodem more sentiunt, & „ loquuntur Novatores. “ Plures subinde producis. Tum n. 7. Magdeburgenses apud Bellarm. (*a*) „ Si Sanctorum invocatio, *inquiunt*, super„ stitione, & ethnica imitatione careret, certe non peteretur ab uno „ Sancto unum, ab alio aliud: cum Deus unus sit Auctor omnium do„ norum, & eis æque possit per intercessionem unius, ac alterius quid„ libet concedere. At Catholici unum invocant contra pestem, alium „ contra oculorum dolorem, alium contra dolorem dentium. “

213. Ex modo assertis *apertam sententiam meam si mente tenuisses, puto, quod tam* scrupulosus *non fuisses, ut me posse dicere assereres*, (*b*) quod Sectariis fœderatus, Catholicis imponerem hunc impium morem Sanctos invocandi. I. Sectarii, quos opponis, suffodere ex imo moliuntur omnem Sanctorum invocationem ceu Idololatricum cultum, ut sup. laud. Bellarminus: *omnes isti queruntur, quod verterimus idola in martyres &c.* Ipse autem cum Tridentino bonam, utilemque profiteor invocationem Sanctorum. II. Videntur Sectarii totam impetere Ecclesiam Catholicam; eique etiam nunc hanc importare calumniam: Loquor dumtaxat ego *dell' ignorante Popolo de' tempi barbarici*, *del volgo*, *di gente rozza*, quos credere par est, ad saniorem doctrinam revocatos, cum Episcopis id innotuerit, aliisve Doctoribus: subsequentium autem sæculorum, & cultiorum Populorum laudo, quod procul absit ab hujusmodi errore. III. Doctrina, qua Sectarios aggrederis, eadem & mea est. Ais num. 16. „ Respondemus deinde „ speciatim: Gentiles in varia Numina partiebantur incommunicabile „ nomen Deitatis.... Nos unum, ac solum agnoscimus Deum..... Ad „ Sanctos autem confugimus, non tanquam ad Deos minores, sed tan„ quam intercessores nostros apud Deum. “ Eadem certe sentimus; ni Polytheum reputare me velis. Num. 17. „ Rursus illi sua Numina ita „ certis affigebant muneribus, ut ad alia præstanda crederent ea prorsus ine„ pta.... Hæc vero procul absunt a nostro speciali cultu Sanctorum... „ Credimus enim & Deum posse, si voluerit, per quemlibet Sanctorum „ omnia concedere &c. “ Idem profiteor: (*c*) La verità si è, che ogni Santo glorioso nel Paradiso si può invocare in qualsivoglia nostro bisogno, o infermità; e ciascuno di essi pregando Iddio per noi ci può essere utile; e sarebbe in errore, chi diversamente credesse. Si adversus Sectarios utrisque nobis communis doctrina est, utrique ab iisdem abhorremus. *Si ergo vides, quid inter nos, & Manichæos* (Sectarios novatores) *intersit, tace, & si non vides, tace.* (*d*) *Sententiam mutare ne differas.* (*e*)

214. Sat in tuto Pritanius a tuis putentibus scrupulis. Plura in hoc

(*a*) Lib. 1. de Sanct. Beat. c. 2. nono Argum: t. 2. (*b*) Aug. l. 4. cont. Jul. c. 3. n. 27. (*c*) Pag. 274. (*d*) Aug. l. 3. op. imp. num. 206. (*e*) Ibid. lib. 4. num. 42.

tuo Capite sunt, quæ *sub ascia dedicanda essent*; sed intacta prætereo; cum Redivivo Pritanio tempus desit ad arbitrium. Unum dumtaxat profero, ut tua in te experientia docearis, quinam crassissimi te scrupuli obsideant; ut meridiano sole clariora nec legendo videas, multominus intelligendo. Num. 37. ais: Protectio quoque S. Antonii *ad evertenda in-*
„ *cendii pericula* (quam similiter irridet Pritanius) notissima erat tem-
„ pore Joannis Gersonii, qui & *eam probavit* Serm. III. de S. Antonio:
„ *Facile est*, inquit, *creditu*, S. Antonium specialem gratiam a Deo ac-
„ cepisse *sanandi ignem corporalem in infirmorum membris*; *eo quod taliter*
„ *vicerit ignem spiritualem iniquæ carnalitatis*." Sat superque nosti, si hæc irrideat Pritanius. Tu videris certissime lectores tuos irridere, qui locum effers Gersonii prædicantis *S. Antonii protectionem ad avertenda incendii pericula*; cum nihil ejusmodi in eo loco legatur. Lege, relege Gersonii locum, & a te indicatum: loquitur *de sanando igne in infirmorum membris*. Ubi hic *pericula incendii*? Non id igitur notissimum erat tempore Gersonii. Nec etiam S. Thomæ quem laudas n. 30. „ Quibusdam Sanctis,
„ ait, datum est in aliquibus specialibus caussis præcipue patrocinari (attende) sicuti *S. Antonio ad ignem infernalem*: non ait, non: *Ad avertenda incendii pericula*. Eja, cariss. Pater, *Obsecro, intellige; imo vero permitte homines, quod tecum intelligunt, intelligere: & noli nos cogere* de scrupulis *pene* scrupulose *diutius disputare*. (a)

CAPUT X.

Optimum esse consilium e Sanctis aliquos in singulares Patronos, quos speciali cultu prosequamur, nobis adsciscere.

PRITANIUS.

215. QUi animum libens adjeci Parænеticam hanc ad te scribendam extirpandis dumtaxat tuis scrupulis, nunc quo magis in tuo Opere evolvendo progredior, eo ab incepto me tepescere sentio, & avocari. Videris certe, & plusquam certe tuum P. Pardies imitatus, qui ferventibus Philosophicis concertationibus ob novum Cartesii systema, unam hujus aggressus est (magis est Gomez Pereiræ in sua Antoniana Margarita) opinionem, qua a brutis omnibus sentientes animas ablegabat, naturæ dumtaxat automata prædicans. Verum ea scripsit industria (ut ferebatur) quod inimicus quidem appareret Cartesii, reapse tamen sub amico vexillo uterque militarent. Nova me sæpe, nec nimis ancipitem, incessit opinatio, qua pene cogar fateri, in hoc tuo Opere meum te hostem simulare, non esse. Ultro enim in Præfatione tua profiteris:
„ Qua-

(a) Aug. l. 2. cont. Julian. c. 6. n. 17.

„ Quapropter multorum piorum, & doctorum hominum in votis erat;
„ ut nec modo deessent studiosi viri, qui septem illa Pritaniani libri ca-
„ pita nervose refellerent. Et ex familiaribus nonnulli hanc mihi Spar-
„ tam excolebant esse suadebant. “ Tu, inquam, qui certe libellum meum evolveras, qui omnia legeras ibi ad amussim veritatis ordinata, ut veritati non inferres injuriam, ut consulentibus Amicis, & fors pene cogentibus, faceres satis, in hoc tuo Opere meum te simulas hostem, qui in corde me amplecteris, & palam fere prætefers amicum. Momentum suppetit, & insuperabile ad hoc monstrandum. In tuo hoc Opere perficiendo, prius libellum meum te non legisse, lectum non percepisse, credat, qui voluerit, non ego. Ex adverso autem tot, talibusque scates calumniis rotundis, pinguibus, putentibus, ut multo impossibilius sit reputare, sincere eas a te fuisse prolatas. Nimirum convincereris ad oculum; ubi enim Pritanius dilucide affirmat, tu, indicatis capite, & pagina negantem proclamas. Satius igitur credere est, te imitatum P. Pardies. Verum prosequor inceptum, quousque vividior non affulgeat lux.

216. In tua Præfatione (*a*) scribis: „ In singulis uniuscujusque Partis
„ capitibus unum aliquod Reformationis Pritanianæ documentum sive
„ *aperte* traditum, sive occulte *insinuatum*, ipsius verbis fideliter latine
„ relatis, discutiendum, & confutandum aggredimur. “ In hoc igitur Cap. confutandum aggrederis me, quod docuerim: *Non esse optimum consilium e Sanctis aliquos in singulares Patronos &c.* At quid sibi volunt hæc mea: (*b*) Certamente è da lodare chi elegge per suo particolar Patrono ed Avvocato alcun de i Santi? *Ecce ego, qua voce possum, quod me negare asseris, clamo.* (*c*) Aude respondere si potes. (*d*)

217. Respondeo, inquis, respondeo. Thesim statuo adversus te occulte id insinuantem, & adversus Novatores aperte obloquentes. Num. 4.
„ Ut ergo Pios Fideles & a perplexis Pritanii monitis cautos, & a No-
„ vatorum apertis insultibus tutos reddamus &c. “

218. Detur mihi: Et oh! quam sortem experior novercalem. Nulla apud scrupulos tuos datur nec via, nec semita, qua aliquando possim evadere. Si scribo, quæ tuo non sapiunt palato, me ad internecionem usque persequeris; si quæ placent tibi, me item persequeris, subdole me scribentem conclamando, *occulte insinuantem*. Humanissime Pater, permitte quandoque, saltem rarissime, ut aliquis mihi sit evadendi locus. Ad desperationem usque noli adversarios adigere. Cave tibi a desperatis. Me quidem & miseret tui, & rideo de me. Inflamma, accende, incende scrupulos tuos, omnes tuæ Metaphysicæ ambages, tuæ Rethoricæ *inventionem*, *amplificationem*, arma adversus Pritanium & ferro, & igne; securus tibi cum Augustino: *Mira sunt, quæ dicis; nova sunt, quæ dicis; falsa sunt, quæ dicis: Mira stupemus, nova cavemus, falsa* CONVINCIMUS. (*e*)

219. *Quam bellus tibi videris, cum me Joviniano* (Novatoribus) *comparans pejorem conaris ostendere.* (*f*) *Plus enim periculi est in insidiatore occulto, quam*

(*a*) Pag. XII. (*b*) Cap. 20. pag. 275. (*c*) August. lib. 3. cont. Julian. cap. 26. num. 65. (*d*) August. 16. lib. 4. cap. 2. num. 9. (*e*) Lib. 3. cont. Jul. cap. 3. num. 5. (*f*) S. Leo Serm. 9. de Quadrag.

quam in hoste manifesto. (a) *Et quidem longe plus nocet falsus Catholicus, quam si appareret verus hæreticus*. (b) At quis erit ex cordatis, sapientibusve, qui sibilis tuos non excipiat scrupulos, & cachinnis, audiens, subindicari a te Pritanium Novatoribus ipsis pestilentiorem? Age tamen age: Pritanium monstra *occulte insinuantem*, *ac perplexe monentem*: „ Non „ esse optimum consilium, aliquem e Sanctis adsciscere sibi in particu„ larem Patronum, " postquam rotunde scripsi: Certamente è da lodare chi elegge per suo particolar Patrono ed Avvocato alcuno de i Santi.

220. *Sic ergo loquere*, *& dic*, (c) n. 1. „ Reformationem suam prose„ quens Pritanius, eos carpit (d) *Che fanno in certa maniera consistere* „ *nelle Divozioni verso i Santi il principal* (ut sibi fingit) *impiego del* „ *Cristiano*, *istradando per questa via*, *chi pende dalle loro istruzioni*, *e con*„ *sigliando sempre Novene*, *Feste*, *ornamenti in onore di quel tale Santo*, *che* „ *più lor preme* ... *Col patrocinio di esso fanno sperare ogni soccorso non men* „ *per gli temporali bisogni*. "

221. Hæc *mihi fingo*? Gratulor tuæ felicissimæ sorti, qui nunquam tales offendisti homines, librosque, in quibus consimiles prædicentur Devotiones. Saltem lege tuum Crasset (e). Intuere, quo pacto & ipse *sibi fingat* „ Que' falsi Divoti, che sotto pretesto di essere delle Confraternità „ e delle Congregazioni di nostra Signora, trascurano i doveri del Cri„ stiano, e si lusingano di una vana speranza di esser salvi mediante il „ di Lei favore. " Et: (f) „ Io non biasimo alcune delle Divozioni ri„ cevute dalla Chiesa, ma solo quelle, che sono *irregolari* e *stravaganti*, „ inventate da *Spiriti capricciosi* ed *inconstanti*. " Numquamne eos offendisti, aut eorum libros legisti saltem, qui vulgo nominantur *Visionarj più e Fanatici*? Ab hisce longe pejora, quam quæ *mihi fingo*, accipies.

222. Prosequeris eodem n. 1. „ Et quamvis *laudandum* dicat *eum*, *qui* „ *Sanctorum aliquem in suum peculiarem Patronum eligat*. Ea tamen subjun„ git, quibus *substantialis*, *& succosæ*, ut loquitur, Devotionis necessita„ tem prætendens, & imaginarium superstitionis incurrendæ periculum „ objiciens, ab ista peculiari in Sanctos Devotione (quam superficialem „ vocat) simplices Fideles, si non avocare, saltem remorari videtur. "

223. Paucis hisce verbis totum contrahis virus tuarum in me calumniarum. *Quam nihil dicas, alii certe intelligunt*, *si tu non intelligis*. (g) Quod *remorer saltem Fideles*, *necessitatem*, ut ais, *prætendens Devotionis substantialis*, & *succosæ*. Ubi tua sunt argumenta, quibus comprobes hæc? Producenda fuissent; secus potes audire: *Multum falleris*, (h) *& quid loquaris*, *ignoras*. (i) En mea, quæ taces: (k) A me basterà il dire, che se la Divozione verso i Santi non conduce all' altra *sostanziale*, *e sugosa*, che già accennammo, cioè a quella, che ci fa amar Dio, e servirlo in santità e giustizia, ed amar il Prossimo nostro: *essa divien superficiale*.

(a) Vid. S. Bernard. Serm. 65. in Cantica. (b) August. lib. 4. oper. imp. n. 122. (c) Aug. l. 4. cont. Jul. c. 2. n. 8. (d) Cap. xx. pag. 274. (e) Tom. 2. Divoz. alla SS. Vergine Trat. 1. q. 24. (f) Ibid. tom. 2. discorso fondamentale. (g) Aug. l. 4. oper. imperf. num. 86. (h) August. lib. 4. oper. imp. num. 86. (i) Ibid. num. 69. (k) Pag. 275.

ficiale. O millies bone! Et qua Dialectica ex hisce meis subinfers, Pritanius igitur *remoratur saltem Fideles ab ista peculiari in Sanctos Devotione?* Cur mostrandam non eniteris conclusionem? Omnia tibi bona, omnia tibi vera; dummodo Pritanii suffodiant famam. *Sed si vis verum dicere, dic potius evanuisse argumentationem tuam*. (*a*) Quid hoc, scrupulose homo? Ubinam gentium sumus? *Remoratur Fideles a vera in Sanctos Pietate*, qui monet, qui dirigit, quid sit in ea amplectendum, quid fugiendum? *Remoratur Fideles*, qui hortatur, ut discernere addiscant inter veram Pietatem (quæ mihi *substantialis* dicitur, & *succosa*) ac superficialem, quæ solam speciem habet veræ Pietatis; ne cum ad Christi tribunal venerint, eum sibi audiant dicentem: *Seminastis multum, & intulistis parum... & qui mercedes congregavit, misit eas in sacculum pertusum*. (*b*) *Remoraris* tu Fideles, qui num. 45. mones in seligendo S. Patrono, quod *cavendæ sint vanæ contentiones de majoribus unius, præ aliis, Sancti meritis*: Hæ namque nec Deo placent, qui solus *spirituum ponderator* est (*c*) *nec Sanctis ipsis, qui artissimo caritatis vinculo invicem colligati sunt?* Ea igitur *non diceres, si daretur nosse, quod diceres*. (*d*) *Ego enim non infero virtutibus* (Pietati in Sanctos) *bellum, sed vitiis: quantum adjuvor, infero, & inferendum esse clamo*. (*e*)

224. Nobis totus est Spiritus Sanctus, ut semitas edoceat justitiæ. An avocare, aut saltem remorari videtur Fideles, dum monet: (*f*) *Adtendite, ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum*. In effusas erumpit laudes Scriptura eleemosynæ; ut Fideles addiscant faciles pauperibus subvenire. Et ea tamen profert, quin vereatur remorari: *Cum igitur facis eleemosinam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ &c.* Sicut & Augustinus: (*g*) *Eleemosinæ illis prosunt, qui vitam mutaverunt. Das enim Christo egenti; ut peccata tua redimas præterita*. Nec quidem Tridentinum, sacras prætendens Imagines pio dumtaxat ritu ornare, ac venerari Reliquias, Fideles remorari videtur, dum ait: (*h*) *Procaci venustate Imagines non pingantur, nec ornentur; & Sanctorum celebratione, & Reliquiarum visitatione homines, ad commessationes, & ebrietates non abutantur*.

225. Sed nemo, te judice, melius, ac validius Fideles, haud inquam, remoratus est, sed avocavit a vera in Virginem Pietate, quam tuus Crasset: (*i*) „ E come non vi è Divozione nella Chiesa dopo quella di „ nostro Signore, che sia nè più bella, nè più soda, nè più utile, nè „ più necessaria, nè meglio stabilita di quella della Vergine Santa, “ (hæc certe provocant ad Pietatem; sed audi, quæ efficacius avocant) „ Non ve n'è parimente alcuna, che sia più soggetta alla falsità, ed alla dissimulazione. Ella ha de' Divoti di ogni maniera (ut infra ait) „ Superstiziosi, Ipocriti, Timidi, Scrupulosi, Superbi, Presuntuosi, Incostanti, Scandalosi, Voluttuosi, e Lascivi. “ Miserimum Crasset! Plurima scripsit, ut Fideles ad Virginis Pietatem incenderet; & paucis hisce, dum monere existimat, ut veram sectentur, ab eadem avocavit im-

(*a*) Lib. 3. op. imp. n. 193. (*b*) Aggæi c. 1. vers. 6. (*c*) Proverb. c. 16. vers. 2. (*d*) Aug. l. 4. op. imp. n. 103. (*e*) Lib. 3. cont. Jul. c. 26. n. 65. (*f*) Matth. 6. (*g*) Hom. 13. inter 50. (*h*) Sess. 25. de Invocat. &c. (*i*) Ubi sup. tom. 1. Tratt. 2. c. 1.

imprudens. *Quando ista diceres, nisi non habendo, quod diceres?* (a)

226. Aliud adversus me evibras telum (b) quod ego *imaginarium superstitionis incurrendæ periculum objiciens, Fideles saltem videar remorari*. Amabo te: *Cur non addis, quæ ibi legisti* (c) mea, ut id comprobares? Quæ taces, profero; ut audiendo fors resipiscas; aut saltem, *quam nihil dicas, alii certe intelligent, si tu non intelligis*. (d) Post mea sup. laudata (e) prosequor (quam vere! quam sancte!) Potrebbe anche convertirsi in superstizione, qualora il Cristiano si persuadesse, che *stante la protezion* di questo, o di quel Santo, egli avesse a sperar felicità tanto in questa, che nell'altra vita; quando anche a lui mancasse quella *essenzial Divozione e Pietà, che forma il vero Cristiano*, e che fu in modo eccellente praticata da i Santi. Comprobo hæc ab exemplo. Famosa e frequente era una volta la Divozione a S. Cristoforo; perchè si spacciava, che chi mirasse la di lui Immagine, in quel dì non morrebbe di mala morte; onde quel distico:

Christophori Sancti speciem quicumque tuetur,
Ista namque die non morte mala morietur.

Siccome ancora quel verso:

Christophorum videas, postea tutus eas.

227. Et isthæc mea offensioni erunt Fidelibus, qui remorentur a peculiari in Sanctos Pietate? *Sentisne, quid audias? quærisne, quid dicas?* (f) *Si evigilas, intuere*. (g) *An hic tua lumina aciem perdiderunt?* (h) Sed accipe mea sub uno contextu, minima accedente Paraphrasi (ut capias facilius) quæ tibi sed scrupuloso fuerunt offendiculo: (i) Certamente è da lodare, chi elegge per suo particolar Patrono ed Avvocato alcuno de i Santi. Ma ben si avverta, che se questa Divozione non conduce all' altra sostanziale e sugosa che ci fa amar Dio, e servirlo in Santità e giustizia, ed amar il Prossimo nostro, essa divien superficiale (*di poco momento*, (k) *e che si ferma nell' esercizio esterno della Pietà, senza regolar l' interno a tenor della legge di Dio*. (l) Questa stessa Divozione potrebbe anche convertirsi in superstizione, *qualora il Cristiano si persuadesse, che stante la protezion di questo, o di quel Santo, egli avesse a sperar felicità, tanto in questa, che nell' altra vita; quando anche a lui mancasse l' amor di Dio e del Prossimo*. Adversus hæc ne quidem audeas mutire. Modo recitata mea quidem sunt, & pene ad litteram; sed certe quo ad sensum: ni credideris, compara cum meo libello.

228. *Imaginarium*, dicis, quod *objiciam incurrendæ superstitionis periculum*. Verum quod in Pietatem erga Deum, ac Sanctos subrepere queat superstitio, imaginarium ne credas; ne Tridentino contumax habearis, asserenti: (m) *Omnis porro superstitio in Sanctorum invocatione tollatur*. Annon superstitiosa eorum fiducia, qui solo confisi patrocinio cujusdam Sancti, sperano felicità tanto in questa, che nell' altra vita; sebben loro manchi

la

(a) August. lib. 3. oper. imperfect. num. 145. (b) Sup. num. 222. (c) Aug. lib. 4. oper. imperf. num. 86. (d) Ibidem Aug. (e) Num. 223. (f) Aug. l. 1. cont. Julian. cap. 3. num. 9. (g) Ibid. num. 5. (h) Idem lib. 4. oper. imperf. num. 101. (i) Cap. xx. pagina 275. (k) Ut scripsi cap. 1. pagina 9. (l) Ut cap. ultim. pagina 370. (m) Ubi supra.

la Divozion e Pietà, che forma il vero Cristiano? Annon superstitiosa in S. Christophorum Pietas? (*a*) Annon superstitio, non Pietas eorum, de quibus Crasset (*b*): „ Aggiungo a tutto ciò, che coloro, i quali vi- „ vono male sulla speranza, che la Vergine sia per ottener loro il per- „ dono de' peccati, non furono mai nè suoi Divoti, nè suoi Figliuoli, „ ma suoi maggiori nemici, che portano in fronte il carattere della lo- „ ro riprovazione, come dirò ben presto; perchè non vi è cosa più op- „ posta al suo spirito, quanto una confidenza presuntuosa alla sua mise- „ ricordia. " Sed audi tuum P. Nepueu (*c*), quam longe durius præ me loquatur: „ La sodezza di questa Divozione consiste nell' impegnarci „ particolarmente ad imitare la Vergine Santa. L'imitazione delle di lei „ virtù è il culto più gradito, che tributarle possiamo. Ogni culto, che „ a questo non giunge, (adtende) *o è superstizione, o intertenimento*. " Ne sim prolixior, adi infra Caput XIV.

229. Adversus me demum ais: (*d*) Quod peculiarem in Sanctos Pietatem dicam *Superficialem*. Verum *aperi oculos, & lege: & noli tanquam cæcis aliud pro alio velle supponere* (*e*) Pritanius *non hoc dixit: adtende, quod dixit, & corrige, quod dixisti*. (*f*) Se la Divozion verso i Santi non conduce all' altra sostanziale e sugosa... essa divien superficiale. Timeamus, chariss. P. ne nostris affectionibus nimium indulgeamus, ne illud nobis contingat, quod Augustinus, (*g*) scripsit: *Deus solus magnus, lege infatigabili spargens pœnales cæcitates super illicitas cupiditates*. Ex tuo, aliorumve te impellentium stimulis, qui credebatis *obsequium præstare Deo* pro tuenda Pietate adversus me ejus inimicum; & scribere ordiris, & prosequeris. Incalescit zelus, tuisque nimium connives affectionibus piis. Nil mirum, si in meridiano sole cæcutias; ut videns non videas; legens non intelligas. Oh Pater! & non advertis, quod meam propositionem *conditionalem* mutas adversus me in *absolutam*? Scribo: Se la Divozion verso i Santi non conduce alla sostanziale, essa divien superficiale: Tu ex adverso me profers scribentem: La Divozion verso i Santi divien superficiale. Prima quidem propositio verissima est & mihi, & tibi, ut infra cap. XIV. Secunda impia est, at non mea. *Jam tu clama contra apertissimam veritatem*. (*h*) *Nunc vero evigila, atque adspice*. (*i*)

230. Utinam igitur labori tuo pepercisses in corrogandis, in congerendis tot Auctoritatibus, quas vel patientissimus fastidiat. Certe contictum a te Pritanium in nihilum redigent; sed verus ridet, omnesque ridebunt, qui vel cum legerint, vel qui sit, agnoverint. Verum quid adversus me moliturus fuisses, si scripsissem: „ Quanto al precetto di pre- „ gare, ed invocare i Santi, Iddio non ne ha fatto alcuno ... Ma ella „ (Ecclesia) non violenta alcuno ad invocar nostra Signora, nè a vol- „ gersi ad alcun Santo particolare... Così dee dirsi dell' Invocazione de' „ Santi, toltone il comandamento della Chiesa, e lo scandalo de i de- „ boli sta all' elezione di ognuno il ricorrere a Dio solo, o l' aggiugner- „ vi l' invocazione de i Santi. " Uter scribit crudiora, Pritanius,

K an

(*a*) Ut sup. n. 226. (*b*) Ubi sup. Tratt. 1. q. 13. (*c*) Tom. 4. Pens. Cristiani XXIII. Ottobre. (*d*) Vide sup. n. 222. (*e*) Aug. lib. 2. oper. imp. n. 212. (*f*) Ibidem. (*g*) Aug. lib. 1. Conf. cap. 18, num. 29. (*h*) Aug. l. 5. op. imp. n. 30. (*i*) Ibidem.

an Craffet ? (*a*) Uter Calvino fimilior, & Henrico Spoor, quibus tuo modo me comparas? Ipfe dilucide affirmo: Certamente è da lodare, chi elegge per fuo particolar Patrono alcun de' Santi: Craffet affirmat clariffime: „ Sta all' elezione di ognuno il ricorrere a Dio folo ec. " quot tepefcent fimplices Fideles, cum hæc tui Craffet legerint! Pedetentim revocabuntur, nedum ab uno, fed ab omnibus Sanctis invocandis, blandientes fibi ad folum Deum velle cordis dirigere affectus; & quandoque & Deum negligant, & Sanctos invocare non curent. Uter remoratur Fideles; quinimo avocat? (*b*) *Habefne ad ifta, quid dicas?* Utinam femper tacuiffes. Etenim *nihil dicis, & tamen dicis; & dicis quoniam rectum non potes invenire, quod dicas.* (*c*)

CAPUT XI.

Fas effe certam cujufque Hebdomadæ diem, etiam Dominicam eligere, qua S. Tutelari majorem cultum, & honorem privata Pietate deferamus.

PRITANIUS.

231. DUo in hoc cap. adverfus me ftatuis, quorum unum affirmo tecum, de altero nec quidem fomniavi. Ais I. *Fas effe, certam cujufque hebdomadæ diem eligere, qua S. Tutelari majorem cultum privata pietate deferamus.* En mea, a te in latium translata: (*d*) Io non oferei difapprovare l' avere alcuni deputato un giorno particolare d' ogni fettimana per l' onore di qualche Santo. Ais II. Hanc *certam diem* poffe etiam effe Dominicam. De hoc nihil in meo libello, vel affirmando, vel negando.

232. *Sed quid muffites, novi: dic jam, dic; audiamus.* (*e*) Num. 1. fcribis de me: „ Quod tamen huic fpeciali Cultui Sanctorum deftinetur „ *la Domenica iftituita in onore di Dio, non farebbe a mio credere ben re-* „ *golato il pio affetto.* " Quam ad rem! *Redde verba mea, & evanefcet calumnia tua.* (*f*) Ipfe tamen reddo. Poft mea fup. laudata immediate fubtexo: Ma fe la gente fi applicaffe maggiormente alla Divozion di quefti giorni, che alla Domenica iftituita in onore di Dio, non farebbe a mio credere ben regolato il loro pio affetto. Piget, & pudet, mea tibi explicare, ut intelligas, quæ vel de trivio capiunt mulieres. Sed fcrupulis preffo miferendum. Se la gente fi applicaffe ad onorar con divozion maggiore gli giorni da lei deftinati agli Santi Tutelari, ed onoraffe poi con minor pietá la Domenica iftituita in onore di Dio, non farebbe a mio

(*a*) Ubi fup. Tom. 1. Trat. 1. q. 4. & poft Præfatio. Rifpofta alla calunnia di un Proteftante. (*b*) Aug. cont. Jul. l. 2. c. 5. n. 11. (*c*) Idem lib. 2. oper. imperf. num. 183. (*d*) cap. xx. pag. 282. (*e*) Aug. cont. Jul. l. 1. c. 6. n. 21. (*f*) Ibid. lib. 4. cap. 8. n. 47.

mio parere ben regolato il loro pio affetto. Vides, nequaquam me repellere, aut amplecti, num *privata pietate* cuidam S. Patrono destinari queat Dominica dies; sed alio tendo. Moneo nimirum, ut si velit quis Sanctum & colere, & venerari destinata die (quæcumque sit; jam enim indefinite scripseram: Io non oserei disapprovare l'avere alcuni deputato un giorno particolare di ogni settimana per l'onore di qualche Santo) recordetur tamen ferventiori cultu Dominicam diem honorandam, utpote Deo colendo destinatam. Quot e Populo sunt, qui die e. g. S. Antonio dicata in ejus jejunant honorem, opera exercent misericordiæ, ipsum diu precantur &c. contenti dumtaxat die Dominica unius Missæ auditione, & brevissimæ; ut postmodum relaxando animo sese totos effundant, a i Balli, alle Commedie, a i Giuochi, alla Crapola, e ad altri simili, o troppo mondani, o anche viziosi divertimenti. (*a*) Annon verissimum, quod istorum non sarebbe ben regolato il pio affetto, qui tam dispari pietate & Sanctum colerent, & Deum? Iste meorum dilucidus sensus, obviusque. *Quantum erraveris, puto satis me demonstrasse*. (*b*)

233. Prosequeris n. 1. Ut hoc defendat (videlicet, *quod huic speciali cultui Sanctorum non destinetur Dominica dies*) „ Romanam Ecclesiam „ quorumdam Sanctorum festa diebus Dominicis celebrantem; etsi verbo „ tenus probet, reipsa carpere, & sugillare non veretur; adeo ut non „ tam privatam Fidelium Pietatem, quam publicos Catholicæ Ecclesiæ „ Ritus hoc loco reformare velle videatur. "

234. *Debeo sic tuos libros, atque argumenta refellere; ut si possis, intelligas, male tibi fuisse persuasum, quod aliis persuadere moliris; teque salubriter pœniteat incautæ... progressionis, & prolapsionis tuæ, non tantum tibi tuæ correctione, verum etiam pluribus profutura*. (*c*) Non ut defendam, quod dicis; sed mihi oppono ex alterius persona, *haud futurum inordinatum affectum, si ferventiori cultu dies peragerentur Sanctis dicatæ, & remissius Dominica dies*. Post mea (*d*) Io non oserei disapprovare ec. en, inquam, oppositionem: E quando taluno dicesse, essersi trovata sì importante l'Invocazion de' Santi, che quei di Rito doppio escludono, per così dire la Domenica, celebrandosi allora la Messa, e l'Uffizio di essi, e non già quello della Domenica: videtur itaque Dominica dies locum dare majori venerationi Sanctorum.

235. Hæc est oppositio, quam nequis non videre. Hanc dissolvens prosequor: Si potrebbe rispondere ... che negli antichi secoli non si permetteva a i Santi entrare nella giurisdizion di quel giorno, che Dio ha consecrato in onor suo. Cadit igitur efformata oppositio comprobans, quod *inordinatum non sit, si ferventiori &c.* (*e*) Ex quo i Santi di Rito doppio escludano la Domenica, cadit, inquam, quia negli antichi secoli ec.

236. Cæterum si nosse aveas, quid mihi steterit de ea peculiari, ac privata Fidelium Pietate; Num scilicet possent Dominica die cuidam Sancto cultum adhibere? Non est id quidem in quæstione ponendum; dummodo Dominicam diem, ut par est exegerint; quæ Dei sunt, præstite-

K 2

(*a*) Mea sunt cap. XXI. pag. 254. (*b*) Aug. lib. 3. cont. Jul. c. 24. n. 55. (*c*) August. lib. 3. cont. Jul. cap. 1. num. 1. (*d*) Sup. num. 232. (*e*) Ut modo numero superiori.

ſtiterint; quæ naturæ lex jubet, ferventiori corde reddiderint. Profecto enim, ſi in meo libello (*a*) Fidelibus admitto, quod feſtis diebus non già ſi abbiano a vietare gli oneſti divertimenti, terminate che ſiano le divote funzioni della Chieſa: quanto amplius commendabile eis, quod & honeſtæ ſubtrahânt voluptati, ut Cultui Sanctorum ferventius adhæreant.

237. Conſulto igitur oppoſui mihi (*b*) eamve reſponſionem adhibui (*c*) de officio Sanctorum in Dominica die, ut viam mihi aperirem ad diſſerendum aliquid de hac diſciplina; de qua dumtaxat uſque ad Capitis finem, nihil amplius diſſerens de una die Sanctis deſtinanda privata Pietate.

238. Progrediamur itaque ad alia, ob quæ Pritanii famam ad internecionem uſque perſequeris. En mea: (*d*) I Santi di Rito doppio eſcludono, per così dire, la Domenica, celebrandoſi allora la Meſſa, e l'Ufſizio di eſſi, e non già quello della Domenica. Adtende, de hac diſciplina quid ſentiam. Eſſer da venerar queſto Rito e licenza, atteſa l'autorità, che hanno i Sacri Paſtori di regolar ciò, che è di mera diſciplina Eccleſiaſtica, ſecondo che ſembra bene alla loro prudenza. Num hanc diſciplinam *verbo tenus me probare, reipſa carpere, ac ſugillare non vereri* (*e*) qua ſcribis facilitate, eadem tibi ego: *Hæc vero nimia eſt, & aperta calumnia*. (*f*) Proſequamur noſtra: Che per altro negli antichi ſecoli non ſi permetteva a i Santi di entrare nella giuriſdizione di quel giorno, che Iddio ha conſecrato al ſolo onor ſuo: ed è per ciò appellato *Dies Domini &c.* Vin autem ſcire, quid hiſce, aliiſque meis infra producendis expetam? Nimirum quod ibidem: (*g*) Non ſi potrà negare, che foſſe più conforme alla diſciplina della Chieſa il celebrar la Domenica, tal quale porta l'iſtituzione ſua, che è di rendere a dirittura i noſtri omaggi, e di indrizzar le noſtre lodi e preghiere a Dio. Cordi quippe erat, ut Dominica die, poſtpoſito Sanctorum officio, de ſolo recitaretur Domini, ut fuit in inſtitutione primæva. Nullum hic certe piaculum nullum ſcelus, ſi ſapis: antiquam diſciplinam deſiderare, ac præſentem venerari, quam Sacerdos ad annum uſque LXXVIII. fideliter cuſtodivi.

239. *Sed ut verum tibi conferamus beneficium, falſum tuum non curemus opprobrium*. (*h*) *Audi adhuc, quod te poſſit amplius commovere, atque turbare; & utinam in melius commutare*. (*i*) Ajebat Tertullianus: (*k*) „Regula Fidei una omnino eſt, ſola immobilis, & irreformabilis. Cætera „jam diſciplinæ, & converſationis admittunt novitatem." Fides omnium temporum eſt, omniumque hic peregrinantium, quæ divinæ veracitati innixa, ſicut nequit illa mutationem ſentire, nequit illa pati variationem. Diſciplina vero, quæ ex hominum ſapienti prudentia ſua gaudet origine, omnino nequit præſeferre invariationem; cum ejus origo nequeat (cui omnia ſimul proſpicere non eſt datum) tali privilegio donari. Quot in primitiva Eccleſia diſciplinæ ſanctiſſimæ, quas ipſamet Eccle-

(*a*) Cap. XXI. pag. 310. (*b*) Num. 234. (*c*) Num. 235. (*d*) Cap. XX. pag. 282. (*e*) Sup. num. 233. (*f*) Auguſt. lib. 3. cont. Julian. cap. 23. num. 52. (*g*) Pagin. 283. (*h*) Auguſt. lib. 1. cont. Julian. cap. 6. num. 23. (*i*) Ibidem cap. 3. num. 9. (*k*) Initio lib. de veland. Virginib.

Ecclesia longo temporis tractu vel permisit senescere, vel voluit tumulare. Verum cum id præstiterunt Sum. Ecclesiæ Hierarchæ, gravibus de caussis id perfecerunt. Quandoque morum disciplinam rigidiorem relaxavit; quia nimirum, tepescente Fidelium Pietate, æternæ eorum saluti offendiculum esse poterat, quod institutum erat in adjutorium. Verum continuo in votis habuit, & habet, in usum quantocius revocare, si incalescentem cerneret Pietatem Fidelium.

240. Nimis ad rem Pœnitentialium Canonum disciplina. Sanctissime, sapientissime credimus institutos; ut Peccatores & admissa scelera validius abolerent, & nova facilius non admitterent. Refriguit fervor Fidelium; & ea propter impares se dolent rigidiori disciplinæ, sed salubriori, colla submittere. Connivet pientissima mater Ecclesia: horumce Canonum observantiam non urget; sed gauderet quammaxime, si id fieret. Nimirum eos Canones haud quidem ex suo beneplacito missos fecit; sed pietate prudenti Filiis lac potum dat, quorum stomachus cibum respuit solidiorem.

241. Et quidem quot Sancti, quot Synodi disciplinam revocandam desiderant, morbis animorum medendis salubriorem, utilioremve! S. Raymundus: (*a*) *Satisfactionem pro diversis* criminibus secundum *Pœnitentiales Canones imponendam; nec debere Sacerdotem a forma prædicta recedere, nisi propter caussam; & in hoc consistit ejus arbitrium* ... Et hæc opinio *est tutior, licet difficilior*. S. Carolus Borromæus, (*b*) S. Franciscus Salesius, (*c*) pluresque Synodos lege apud Genettum (*d*).

242. Quorsum hæc, inquies? ut sensim sine sensu revocem te ad sanitatem. Fuit & in primitiva Ecclesia alia sanctissima disciplina; ut multo minora essent ferialibus officiis Festa Sanctorum. Sed id mirabile! Eo tempore, quo redundabat Ecclesia Martyrum sanguine, ut quavis propemodum die, atque hora nova excogitaret supplicia Tyrannis, novas inferret cædes Persecutor; ut nova cumularentur Fidei trophæa, novæ sacrificarentur victimæ Christo. Et rariora tamen horumce Fidei Heroum festa celebrabat Ecclesia, soli martyrum Deo immediati cultus contenta. Numquid non noverat, quod delata martyribus *gloria, tota quanta est, ad ipsum Deum, tanquam ad primam originem, refflueret, atque redundaret*, ut tu num. 16.? Numquid Fideles illi minus pii in martyres erant, quorum intuebantur certamina, & pugnas; quorum mortem, sentiebant, uberiorem Fidei messem parare, & accrescere; quorum exemplo provocabantur ad palmam? quam utilissimam igitur disciplinam, quam Deo acceptam, ut ferialibus officiis soli Deo vacaretur!

243. Quodcumque autem in caussa fuerit, ut hac senescente, nova induceretur (& ipsa quidem & utilis, & sancta) qua pene in toto anno Sanctorum Festa celebrarentur (fors forte Cleri Pietate tepescente, feriarum prolixiora imminuta sunt; ut breviora subintrarent officia Sanctorum) Ecclesia tamen tenacissima semper sanctæ antiquitatis, quæ vel Apostolos habuit Auctores, vel suppares ævo Apostolico, in votis habet primævam. Hinc S. Pius V. Rom. Pont. in sua Bulla: *Quod a nobis postulat*

(*a*) In Summa lib. 3. §. 41. (*b*) In suis Instruct. part. 1. (*c*) In monitis ad Conf. cap.). (*d*) Tract. 5. c. 7. q. 20.

stulat. &c. an. 1568. ait: „ Quæ divini officii formula pie *olim*, ac *Sa-*
„ *pienter* a Summis Pontif. præsertim Gelasio, ac Gregorio in primis
„ constituta; a Gregorio autem VII. reformata; cum diuturnitate tem-
„ poris *ab antiqua institutione deflexisset necessaria visa res est*, *quæ ad pri-*
„ *stinam orandi regulam conformata revocaretur*. "

244. His constitutis, quid est, quod *succenses mihi ... & iratus ... mul-
ta dicis?* (*a*) Dicis, inquam, num. 1. me Rom. Ecclesiam reipsa carpe-
re, & sugillare; ejusdemque publicos Ritus velle, videar, reformare.
Absit autem, ut quemadmodum calumniaris, dicamus. (*b*) Recens Ecclesiæ
disciplina usum non urget Canonum Pœnitentialium, sed Tridentinum
(*c*) Sacerdotum arbitrio committit, *quantum spiritus, & prudentia sugges-
serit*. Num autem *reformare velle videntur* hanc Catholicæ Ecclesiæ disci-
plinam quotquot laudavimus supra? (*d*) Laudant quidem præsentem, &
adhibent; vetustam desiderant. Pari sorte Pritanius præsentem appro-
bat, & exsecutus est, antiquam desiderat, nec solus.

245. Lætabundum te, reor, hic adversus me scripsisse, quod solum
Pritanium impetere videreris. Verum, si penitius rem considerasses, mi-
nimeque exestuantibus in me scrupulis tuis, certe omnia alto tacuisses
silentio. Adtende, quam fortius præ te figat pedem Pritanius senex; &
in uno P. D. Cajetano Merati Sac. Rituum consultissimo accipe plures,
quorum placita exscripsi, necnon rationum momenta solidissima.

Hic itaque *in Thesauro Sac. Rituum Gavanti* in sua nova observatione:
(*e*) „ Hoc loco iterum dicimus, tempore præfati Pontificis (*Nicolai III.*)
„ multa Sanctorum officia, & quidem plena, nempe IX. lectionum in
„ Breviario Rom. inserta fuisse; mandavit enim idem Pontifex, ut ad-
„ hiberentur tantum Breviaria Fratrum Minorum, ut scribit Radulphus
„ Tungrensis (quem Cardin. Bona (*f*) *Virum doctissimum* nominat, *sacro-
rumque Rituum peritissimum. Et qui omnia, quæ spectant ad Roma. Ritus
diligentissime investigavit; eorumque vindex acerrimus fuit*, qui XIV. sæc.
adulto scribebat) „ in suo insigni libro de observantia Canonum prop.
„ 22. Indeque omnes libri Romæ de divinis Officiis fuere novi, & Fran-
„ ciscani; contra quos idem Radulphus propos. 17. & 18. acriter inve-
„ hitur, quod *plures Sanctos in Kalendaria invexerint quam antea cum ta-
„ præjudicio Psalterii*; ut hanc multiplicitatem Festorum etiam *abusum de-
„ testandum* idem Radulphus appellare non dubitet (*actum apud te de
Pritanio, si hunc detestandum abusum unice somniasset scribendum*) „ Guye-
„ tus quoque lib. 1. cap. 1. quæst. 19. approbare nescit *Festorum prurigi-
„ nem*, quæ multorum e Clero tam Sæcularium, quam Regularium ani-
„ mos *ita pervasit*; ut nihil plus optent, nihil vehementius ambiant,
„ quam abactis procul omnium Feriarum Officiis, continuis, ac prope
„ quotidianis Festis indulgere: opinantes sibi, & Religioni magnum au-
„ gumentum, & Ecclesiæ suæ, vel ordini accidisse, si corrogatis undi-
„ que opportune, importune Sanctis, consertum, & coagmentatum, at-
„ que superefluens Kalendarium proprium compegerint. Quod profecto
„ *a pri-*

(*a*) Aug. l. 3. cont. Jul. t. 26. n. 6. (*b*) Ibid. cap. 8. n. 19. (*c*) Sess. 14. cap. 8.
(*d*) N. 241. (*e*) Sect. 7. c. 1. n. 1. de Vigiliis, Festis, & Octavis Sanct. (*f*) Lib.
Rerum Liturgic. c. 7. n. 7.

„ *a prisco*, & *legitimo* Ecclesiæ sensu *alienum est*. Quo ad priscum Eccle-
„ siæ sensum sufficit percurrere antiqua Kalendaria, in quibus profecto
„ raræ inveniuntur Festivitates Sanctorum; Et hinc est, quod citatus
„ Radulphus, præmissa comparatione Feriarum sex pro una Dominica,
„ & Discipulorum 72. pro duodecim Apostolis, sic concludit: *sicut ergo*
„ *pauci sunt dies Dominici, & multæ Feriæ, ac pauci Apostoli, & multi*
„ *Discipuli; ita paucæ debent esse festivitates, & multæ feriæ &c.* & paucis
„ interjectis prosequitur dicens: *Si bene computes, & ordines, non erunt*
„ *tot festivitates in anno, sicut sunt Dominici dies; quia Servi non debent*
„ *esse super eorum Dominum, nec Discipuli supra Magistrum.* " (Quam tui
in me incalescerent scrupuli, si consimilia scripsissem!)

„ Huic Radulphi auctoritati addit Guyetus etiam illam Gersonis Can-
„ cellarii Parisiensis, qui consultus a Canonicis Carnotensibus, qua ra-
„ tione Sancti Joseph possent celebrare Festum; modum hunc illis præ-
„ scribit, ut Homiliam de Evangelio proprio legerent Feria V. post Do-
„ minicam III. Adventus, & Missam eodem die de ipso cantarent, *qui*
„ *modus*, inquit Gerson, *placet admodum, quia facilis, nec turbativus in*
„ *aliquo, vel impeditivus ordinarii servitii de Adventu*. Ita Doctor ille in
„ Epist. ad Cantorem Carnotensem data Constantiæ 7. Septemb. an. 1416.
„ qui & in alia itidem Epist. scripta Parisiis 17. Aug. 1413. ipsam Ho-
„ miliam cum tribus Responsoriis, & Missam integram plene describit.
„ Hinc apparet, quam esset priscis temporibus Officii ferialis reveren-
„ tia, quantaque aversio ab illius decoctione, cui tam multi hodie libe-
„ rali nimis, impensoque studio favent.

„ Quod autem hæc Festorum multiplicatio sit etiam *aliena a legitima*
„ *Ecclesiæ mente*, hoc elucet ex notabili detrimento, quod infertur Offi-
„ cio de Tempore; adeo enim ingens est Festorum coacervatio, quam
„ aliqui promovent, ut vix locus ullus, aut certe exiguus admodum
„ Feriis supersit; quin & Dominicæ plurimæ supprimantur. Ad præca-
„ vendum hoc inconveniens emanarunt tum Sum. Pontificum Constitu-
„ tiones, tum S. C. R. Decreta. Nam Greg. XIII. in Bulla, quæ inci-
„ pit: *Pastoralis Officii*, data an. 1573. ad Ecclesias Hispaniæ, prohibet,
„ ne tantam multitudinem Festorum inducant: *In primis*, ait Pontifex,
„ *illud nobis declarandum se offert, ex quo magna oriri poterat confusio; ut*
„ *scilicet Officium majoris partis Feriarum anni omitterentur, & ordo Breviarii*
„ *subverteretur*. Sac. pariter Rituum Congregatio novis Breviariis aucto-
„ ritate Urbani VIII. recognitis, eodem approbante Pontifice, imo &
„ jubente, apposuit Decretum illud, quo facultatem omnem Ordinariis
„ quibuscumque adimit, Festa ulla Kalendariis etiam propriis addendi,
„ præter ea, quæ Rubricis conceduntur; cujus Decreti interpres noster
„ Gavantus cap. 3. sect. 3. sic ait: *Feriale Officium Domini est, quod a*
„ *quocumque Servo non debet obrui; & ideo videant Episcopi, ne pluralitate*
„ *Festorum fiat injuria Officio Feriali Domini Dei nostri*. Verba tamen in-
„ signis hujus magistri non sic accipienda sunt, quasi aliquod sit Offi-
„ cium, quod non sit Domini; cum ipse Deus Opt. Max. & Dominus
„ noster finis sit, ad quem omne Officium etiam Sanctorum dirigitur:
„ sed cum ratione materiæ aliud sit Officium de Sanctis, in quo videli-

„ cet

„ cet eorum laudes, & gratiæ a Deo ipsis datæ prædicantur, & ipsimet
„ Sancti invocantur; aliud vero, in quo ipsemet Deus, seu ipsius attri-
„ buta ex professo laudantur; aut Christi Domini Mysteria, aut ipsius
„ dicta, factave revolvuntur: Sensus Gavanti est, utrumque sic ordinari
„ debere, ut pluries de Domino fiat Officium, quam de Sanctis. Quo
„ sane ordine *nihil æquius*, *nihil decentius* excogitari potest, ait doctissi-
„ mus Guyetus loc. cit. ex quo placuit hæc exscribere. " Vide etiam
Gavantum. (*a*)

246. *Hoc age, hic insiste, huic firmamento, si potes, aliquid unde concu-
tiatur impinge.* (*b*) Num omnes modo laudati cum Pritanio, ut ais n. 2.
*Non tam privatam Fidelium Pietatem, quam publicos Ecclesiæ Catholicæ Ri-
tus reformare velle videntur?* Si hanc autem istis notam non vereris impo-
nere; Pritanium, scito, nolle ab eorum consortio divelli, sed peculiari
sibi gloriæ deputare. Qui tamen longe amplius quid exigunt; videlicet,
ut pene ab omnibus anni diebus relegentur officia Sanctorum. *Quod te-
nent, teneo... Quis te non videat, in me apertum jactare convicium; de il-
lis occultum quidem, sed tamen simile habere judicium.* (*c*)

247. Totum hujusce tui Capitis adversus me ædificium, sicut in aere
fundatum, ita evanuit in auras. Quædam cursim vellicabo; quibus, sem-
per tui similis, in invidiam me trahere satagis. Verum hic prius unum
accipias, necesse est. Qui aliquot mea tibi opponis, ut dissolvas, illud
recordare Melchioris Cani ex Aristotele (Aureum sane monitum!)
*Stultum esse, æqualem in omnibus certitudinem, & evidentiam exigere. In
naturalibus quippe disciplinis minor est, quam in mathematicis: in moralibus
minor est etiam, quam in naturalibus;* (*d*) & in hac, qua versamur, ma-
teria longe minor. Res enim est ex mera hominum voluntate descen-
dens; ut proinde quod produco, ut persuadeam, puræ *congruentiæ* appel-
landæ sint. Et proferuntur unice, ut persuadeant, ni protervo, & repu-
gnanti, saltem docili homini, a tuisque scrupulis minime præoc-
cupato.

248. Scripseram: (*e*) Negli antichi secoli non si permetteva a i Santi
di entrare nella giurisdizion di quel giorno, che Dio ha consecrato al
solo onor suo, ed è per ciò appellato *dies Domini*. Num. 8. ais, id non
esse verum; cum in Canone 51. antiquissimæ Synodi Laodicenæ admitta-
tur in Dominica die Martyrum commemoratio. Incassum niteris. Non
ibi mihi sermo de Commemoratione Sanctorum, sed de toto Officio.
Num. 9. inquis: „ Subsequentibus sæculis nequaquam fuit tam rigida
„ Officii Dominicalis observatio; ut nulla Sanctorum Festa diebus Do-
„ minicis celebrarentur. " Et quidem nec ipse id inficias ivi, qui sæ-
cula intellexi hisce tuis vetustiora; præsens enim Ecclesiæ Disciplina non
tota statim, sed sensim sine sensu subintravit.

249. Scribo: (*f*) La Chiesa Romana conserva questo riguardo (*San-
ctorum Officia non admittendi*) per le Domeniche dell' Avvento, e della

Qua-

(*a*) Sect. 3. cap. 5. num. 3. (*b*) August. lib. 3. oper. imperfect. num. 144. (*c*) Au-
gust. lib. 1. contr. Julian. cap. 7. num. 34. (*d*) Lib. 12. de loc. Theolog. c. 14. §. *Non
barbare*. (*e*) Pag. 282. (*f*) Pag. 283

Quaresima, e l'Ambrosiana anche più guardinga la pratica in tutte le Domeniche dell'anno.

250. *Quid est autem, quod loqueris... homo contentiose?* (a) Irruis in me num. 13. & a me *temere dictum*, ais, *Ecclesiam Ambrosianam cautiorem esse Romana*. Verum *frustra te versas, & reversas:* (b) nec ego *temerarius; sed nec tu, quid loquaris, intelligis*. (c) Quod scripseram *Più guardinga*, tu reddis *cautiorem*. *Sic ignoras, vel ignorare te fingis*, (d) *quod comparativum* illud *più guardinga* explicandum sit per *Positivum*, ad quod necessario refertur? Profecto, si id advertisses, non reddidisses *cautiorem*, sed veteri disciplinæ (de qua loquor) *conformiorem*, aut *tenaciorem*; sive quæ ejusdem disciplinæ *majorem haberet rationem*. *Audi ergo, & intellige*, (e) quo referatur τω *più guardinga*. La Chiesa Romana (non admittendo Sanctorum officia) conserva (en Positivum) questo *riguardo* per le Domeniche dell'Avvento e della Quaresima; e l'Ambrosiana anche più guardinga; videlicet, che ha *maggior riguardo* antiquæ disciplinæ; quod idem ac *conformior* est, & *tenacior &c.* Hæc scrupulis pressus non vidisti; & hoc pacto potueris Pritanium pro tua humanitate *temeritatis* nota insignire. Sed scrupuli tui *convicia sunt nec urbana, sed vana*. (f)

251. Prosequeris eodem num. 13. „ E dignitate Rom. Ecclesiæ, omnium Ecclesiarum matris, & magistræ non esse leges accipere a particularibus Ecclesiis; sed illis potius leges dare. "

252. Plerumque somniantibus similes sunt scrupulosi. Ubinam aut expresse scribo, aut subindico vel levissime, quod Romana Ecclesia a particulari leges accipiat? Profer mea, profer: secus aut somnias, aut calumniaris, aut saltem nescis, quid loquaris. Verum non advertisti, quod etsi Rom. Ecclesia cujusdam particularis ducta exemplo aliquem sibi Ritum adsisceret, haudquaquam certe & in hoc casu legem ipsa acciperet, sed daret, Ecclesiæ universali præcipiendo, ut servarent. Audi B. Eugippium Abbatem, alio quidem divertentem, sed nimis ad præsentem rem. (g) „ Nec immerito Vicarii illius, cui pascendas oves Dominus „ ore proprio commendavit, compastoralis officii socium (*S. Augustinum*) copiosa gregi Dominico de pratis Scripturarum pabula procurantem, peramplius dilexerunt; suum verissime putantes bonum, quod „ per fraternam scientiam gratulabantur inventum. " Cum itaque, Sum. Ecclesiæ Hierarchæ peculiarem Ritum toti edicant Ecclesiæ, exemplo præeunte particularis, haud quidem ab hac leges accipiunt; sed suum reputant bonum, quod per fraternam, aut filialem scientiam, sive Pietatem gratulantur inventum. Reapse autem Completorium sibi universim adscivit Ecclesia ex S. Benedicto, ut Card. Bona, (h) sicut & Versiculum *Deus in adjutorium meum intende* initio horarum divini officii. Et, ut brevior sim, quot sunt in anno Officia, ac Festa, de quibus antea in particularibus agebatur Ecclesiis, quæque harum exemplo sua fecit Ecclesia universa?

L 253.

(a) Aug. lib. 4. cont. Jul. c. 8. n, 48. (b) Aug. l. 2. op. imp. n. 196. (c) Ibidem l. 3. n. 185. (d) Aug. l. 4. cont. Jul. c. 14. n. 65. (e) Ibid. cap. 2. num. 6. (f) Aug. lib. 3. oper. imperf. num. 165. (g) In Epist. ad Probam. (h) De Divin. Psalmodia cap. 11. §. 1. num. 2.

253. *Venis etiam ad verba libri mei, ubi dixi:* (*a*) Poterfi ben dire, che la gloria de' Santi va a terminare in Dio ec. Ma non perciò fi potrà negare, che foffe più conforme alla difciplina della Chiefa il celebrar la Domenica, tal quale porta l'iftituzione fua, che è di rendere a dirittura i noftri omaggi, e d' indirizzar le noftre lodi e preghiere a Dio. (*b*) „ Refpondemus, ais num. 15. illud effe difciplinæ Ecclefiafti„ cæ confentaneum, quod fuerit ab Ecclefia Catholica Rom. rite infti„ tutum. " Et ea propter, carifs. P. fcripfi: (*c*) Effere da venerare quefto Rito e licenza, attefa l'autorità, che hanno i Sac. Paftori di regolar ciò, che è di mera difciplina Ecclefiaftica, fecondochè fembra bene alla loro Prudenza. Sed & antiquam profiteor difciplinam defiderare cum eis omnibus fup. laud. (*d*) quemadmodum eam Canonum Pœnitentialium tot fup. numerati (*e*) & venerantur recentem, & amant primævam.

254. Profequeris: „ Inftitutio autem diei Dominicæ id quidem poftu„ lat, ut divinis obfequiis hanc diem confecremus, ea omnia fancte „ obfervando, quæ in Dei laudem, & honorem facienda, vel omitten„ da præfcribit, vel monet Ecclefia: non tamen poftulat, ut hac eadem „ die ab omni prorfus Sanctorum cultu abftineamus. Quis enim unquam „ iftud fomniavit? Et quis non videt abfurda inde fecutura? Ifta nam„ que ratione diebus Dominicis ab omni veneratione, & invocatione „ Sanctorum feriandum effet perinde ac ab operibus fervilibus; itaut his „ diebus, nec Litanias Sanctorum canere, nec Rofarium B. Virginis re„ citare &c. "

255. Papæ quam fubtiliter, quam nervofe! Agite mufæ omnes: *Dicite io Pæan, & bis io dicite Pæan* Plazzæ: & vos mæftæ Camænæ querulis deflate Pritanium lacrumifque irremediabilibus. Quid de eo, quid, fi fpargatur in vulgus, ex ejus libello colligi (fcrupulofo Plazza fubinferente) Dominica die nec Litanias poffe cantari Sanctorum, nec Rofarium B. Virginis recitari &c? Nec quidem fecuri erunt tumulati cineres ejus. O bone, *laboras inaniter, non ut refpondere nobis, fed ut libros poffis implere.* (*f*) Annon vides, nullo pacto inibi differere me de privata Pietate Fidelium, fed dumtaxat de publica ratione, quæ eft recitatio divini Officii, Ecclefiafticis folum præcepta? Adtende iterum mea. *Jam non femel dixi; & fæpius me dicere non pigebit; quamdiu te veris contradicere non pudebit.* (*g*) I. E quando taluno diceffe, efferfi trovata sì importante l'invocazione de' Santi, *che quei di Rito doppio efcludono la Domenica celebrandofi allora la Meffa e l'Uffizio di effi, e non già quello della Domenica.* (*h*) II. Che per altro negli altri antichi Secoli non fi permetteva *a' Santi di entrar nella giurifdizion di quel giorno*, che Dio ha confecrato al folo onor fuo, ed è perciò appellato *dies Domini*. Quod videlicet eadem die haud quidem recitaretur de officio Sanctorum; & propterea profequor: III. La Chiefa Rom. conferva quefto riguardo per le Domeniche dell' Avvento e della Quarefima, e l' Ambrofiana la pratica tutto l'anno. Poft hæc mea leguntur, quæ rodis, fup. laudata (*i*) fubinde profequor:

(*a*) Aug. l. 4. cont. Jul. cap. 9. n. 54. (*b*) Pag. 283. (*c*) Pag. 286. (*d*) Num. 245. (*e*) Num. 241. (*f*) Aug. l. 3. cont. Jul. c. 10. n. 29. (*g*) Idem l. 5. op. imp. n. 8. (*h*) Pag. 282. & feq. (*i*) Num. 253.

quor: IV. Oltre di che con tanti Uffizj e Messe di Santi vengono a restar inutili per noi tante belle lezioni, e sì utili Salmi, e divoti versetti, che la Chiesa ha raunato per nostra consolazione ed istruzione non solo nelle Ore Canoniche della Domenica, ma eziandio negli Uffizj delle Ferie. V. Considerate per tanto queste verità, negli anni addietro fu progettato in Roma di abellir gli Uffizj de' Santi, col ritener gli antichi delle Domeniche e Ferie, e far solamente in essi commemorazion di que' Santi, le cui Feste s' incontrassero in que' giorni. VI. Ben so, che il venerabile Cardinal Tommasi, celebre personaggio non meno per la sua Pietà, che pel suo sapere, a tempi nostri impetrò dal Som. Pontefice la facoltà di recitar sempre gli Uffizj delle Ferie: cotanto era egli persuaso, che ivi si trovasse un dolce e sugoso alimento della Pietà; e che i Santi, de' quali senza dubbio era anch' egli veneratore e divoto, approverebbono questa sua elezione, e l' ottenuta licenza. Vides? Sentis, de sola me agere divini officii recitatione, haudquaquam de privata Pietate Fidelium; ut valeant proinde Rosarium recitare, & canere Litanias &c. Relege sup. num. 236. Idcirco autem in hæc ridenda impingis, quod credas, vetare Dominica die Pritanium omnem venerationem, & invocationem Sanctorum. Quid sentiam, habes. *Cave igitur antecedentia, si vis cavere sequentia.*

256. Mea hæc tibi corrodenda opponis num. 14. (a) Ancorchè nell' onorare i Cortegiani de' Principi terreni si onori anche il Principe; pure allorchè il Principe ordina una festa solenne, per ricevere i tributi e gli ossequj de' sudditi, non par già proprio, che questi si rivolgano co i loro incensi a i Ministri suoi. Reponis num. 16. humanos Principes suis affectionibus obnoxios esse: *Verum non est Deus noster invidus, sed potius cupidus gloriæ Sanctorum suorum.*

257. Profecto nequaquam invidus, sed *& rectus Dominus.* (b) Propterea *universa propter semetipsum operatus est Dominus.* (c) Qui est *Alpha, & Omega, Principium, & Finis.* (d) Numquid invidus, quia omnia propter se operetur; nec queat oppositum? Supra creaturam omnem imperat, se diligendum a nobis: Numquid quia invidus? Absit: sed quia *rectus*: sed quia naturæ lex exigit, ut qui fons est omnium bonorum, ad ipsum quoque, oportet, refluant universa. Cæterum terreni Principis exemplum purissima congruentia est, haudquaquam Mathematica demonstratio. Sed adtende, quam fluat sapienter. Allorchè il Principe ordina una festa solenne, per ricevere tributi ed ossequj da' Sudditi, haud certe in votis habet, ut totam ipsi diem viginti quatuor horarum sibi assistendo, ac obsequendo impendant. Sed postquam præstiterint, quod jure, aut consuetudine cautum est, liberum ipsis sit, regios ministros honorare, ad propria redire &c. Ratione consimili, persoluto ab Ecclesiasticis Domini officio, ea quoque præstiterint, quæ juris sunt diei Dominicæ; liberum subinde ipsis maneat, Sanctos venerari, & invocare, ad propria redire, animo relaxando incumbere &c. vides, quam apte ad metam collineet productum exemplum! *Igitur quid est, quod loqueris homo contentiose?* (e)

(a) Pag. 283. (b) Psalm. 24. (c) Proverb. cap. 16. vers. 4. (d) Apocal. cap. 1.
(e) Aug. lib. 4. cont. Jul. c. 8. n. 48.

258. Num. 20. prosequeris: „ Præterea, quænam, oro, sunt Fidelium
„ exercitia pia, quæ in honorem suorum Tutelarium Cælitum diebus
„ Dominicis præstare solent? Ad Pœnitentiæ Sacramentum accedere, sa-
„ crosanctum Christi Corpus accipere, non uni tantum Missæ Sacrificio
„ adesse, verbum Dei audire, aliquod misericordiæ opus exercere, piis
„ meditationibus, ac precibus diutius vacare &c. Et nonne hæc, & his
„ similia in Dei gloriam, & honorem maxime cedunt? Nonne hoc pa-
„ cto dies Dominica religiosius transigitur, & sacratius sanctificatur? "

259. Et quidem, & optime: hæc autem ex meo exscribis libello. (a) De Festis loquens: Dovrebbono allora cessare, per quanto è possibile, i pensieri delle cose terrene, e i lavorieri, per presentarsi davanti a Dio, specialmente nel sacro Tempio, a riconoscere la sua Padronanza sopra di noi, ad adorare la sua Maestà, a ringraziarlo di tanti benefizj a noi compartiti, a pregarlo finalmente di nuovi. Altro obbligo non c' impone la Chiesa, se non di desistere nelle Feste di precetto dalle opere servili, e di ascoltar la S. Messa. Tuttavia abbiamo noi da contentarci di quel solo, che ci vien comandato, se ci sta veramente a cuore la vita dello spirito nostro? Allora è tempo di accostarci con fervore a i Santi Sacramenti, di assistere divotamente alla predica, a i divini Officii, accompagnando col cuore le piissime funzioni della Chiesa, col portar poi seco a Casa la consolazione di esser stati benedetti dal sempre benedetto nostro Redentore. Mea in tuis agnosce, vel potius in meis tua. Verum eadem semper aberras via; ut me velis dicentem, quod nequeant Fideles Dominica die uni Sancto Tutelari venerando, & invocando vacare.

260. Denique num. 26. in hæc mea offendis: Però se a noi non verrà fatto di ottenere, sia almen lecito di desiderare la moderazione nell' onore de' Santi; & num. 27. ais: „ Sincerius loqueretur, si diceret *diminu-*
„ *tionem*. " Morem tibi gero, & *sincerius dico*: *Diminutionem*. Sed accipe, qualem ibi desiderem (b). Perciocchè quantunque sia vero che nel celebrar le Feste de' Santi si dà gloria a Dio mirabile in sestesso, e ne' suoi Santi; pure è anche vero, che la *Domenica* festa del Signore *cessa in qualche maniera di esser tale*, *allorchè cede il luogo alla festa de' Santi*. *Moderatio*, sive, ut libet, *Diminutio* in votis est Psalmodiæ Sanctorum, quo ad divinum Officium dumtaxat, ac tali determinata die Dominica, ut isti suum stet Domini Officium. Præsentem venerari disciplinam, & amplecti; desiderare antiquam, & tranquille cum tot sup. laud. soli scrupuloso Plazzæ poterit displicere, sed in solo Pritanio. Amice, *noli meas litteras ex tua opinione, vel contentione, sed ex divina lectione, vel inconcussa ratione corrigere*. (c) Jam enim certe in omnibus *verbis* meis *in aliam sententiam detorquendis quanta loquacitate inaniter laboraveris, vident, qui tua & nostra intelligenter legunt*. (d)

(a) Cap. xxi. pag. 286. (b) Cap. xx. pag. 285. (c) Aug. in Proem. l. 3. de Trin. 22. (d) Idem l. 5. op. imp. n. 21.

Caput XII.

Par esse Sanctorum merita, & miracula præconiis amplissimis celebrare ; & non absurde dici, eorum aliquos majora, quam Christum, fecisse miracula.

Pritanius.

261. Dum in vivis agerem, secretissima quæque Probabilismi tui contendi introspicere penetralia, rimulas omnes pervestigare ; nunquam tamen, nusquam offendi unum, de quo hoc tuo scribendi more non levem ansam mihi præbes suspicandi. Numquid per vorticosum Probabilismi oceanum naviganti tibi novum Regnum invisere datum est ; nempe, ad quod cum appulerit quivis moriendo, quemadmodum vivere cunctis desierit, desierit quoque esse Proximus omnium ; proindeque impune licuerit, eum crudeliori calumnia appetere, graviorique nota infamare ? De tuo Probabilismo tam male nec sensi, nec sentio, perosum licet mihi semper fuerit, æternumque futurum. At in hoc tuo Opere adversus me tantam congeris calumniarum struem ; ut nisi dilucida veritas me validius suffulciret, in nihilum jam redegisses Pritanium, tuis hisce conatibus expetitissimum votum. Ea propter cogitavi, num Plazza scrupuloso suo genio, & ingenio novam hanc indicatam opinionem in Probabilismi regione adinvenerit ; velitque me primum in hoc Regnum transmittere, de cujus Incolis liceat, quod libuerit, effutire. A me nil metuas : cave tamen, ne alios eo contendas transferre ; pallida enim mors tuæ jam seni cervici pene incumbens, cum ferierit, credent alii sibi quoque licere in idem tuum Regnum transmittere te.

262. Num. 3. hanc statuis Thesim : „ Generatim asserimus, Sanctorum „ *merita*, & *miracula* amplissimis celebrare præconiis, æquissimum esse ; „ idque Sanctissimorum, & antiquorum Patrum exemplo demonstra„ mus. “ Siste, cariss. in Christo Pater, siste : *Noli laborare : ego te ista cura liberabo*. (*a*) Aliam tibi aperio viam faciliorem, brevioremque, per quam ea produces argumenta, & validissima pro hac tua Thesi monstranda, quæ tibi, omnique vero, ac pio Sanctorum Cultori grata, acceptaque erunt. Vis nosse, quænam hæc via sit ? monstra tuum Assertum ab auctoritate Pritanii.

263. Aperi libellum meum (*b*) : en Argum. I. L'altra mira della Chiesa, anche più importante della prima, in celebrar le Feste de' Santi, si è quella di metterci sotto gli occhi que' vivi esemplari di tutte le virtù ; acciocchè mirando quello, ch' essi han fatto nella presente vita, e considerando l'ineffabil guiderdone, che nell' altra han riportato da Dio, c' innamoriamo ancor noi imitarli, con istaccarci dall' amore de' lievi e caduchi

(*a*) Aug. l. 3. cont. Jul. c. 21. n. 48. (*b*) Cap. xx. pag. 264.

duchi beni della terra, per conseguire i sommi ed eterni del Cielo. *Ciò appunto sopra tutto inculcavano i SS. Padri ne' lor Panegirici de' Santi*. Sanctorum Patrum exemplo Panegyres laudo, quibus Sanctorum recitando Virtutes (en merita) nos ad easdem adipiscendas impellunt. II. Per questo ancora è da dire *sodo alimento* della Pietà Cristiana *la lettura delle vite* de' Santi, scritte da saggj e veritieri Autori, servendo esse per eccitamento a seguir le loro pedate. Laudo Sanctorum historias. Igitur Scriptores earum. Hæ nimirum Panegyres sunt non recitatæ sed scriptæ. Subinde Pritanio quammaxime sapiunt sapientes Oratores, qui merita proferunt Sanctorum, necnon miracula. III. Se il *leggere* le vite de' Santi, se *udire* da i *pulpiti* le loro *sante virtù* ed *azioni*, commuove il nostro affetto ad onorar essi, e nel medesimo tempo alla stima ed amore della Virtù...... rallegriamoci di questa Divozione, perchè veramente salutevole alle anime nostre. Inspicis, quam invicte ex Pritanio Thesim tuam demonstres, quod videlicet *æquissimum sit, Sanctorum merita, & miracula amplissimis celebrare præconiis?* IV. Abbiamo da amare, da venerare, e da *commendare* i Santi (*a*) ma non mai con iperboli scandalose e con adulazioni. V. demum (*b*): A proposito nondimeno de' miracoli *sarebbe da desiderare*, che ne' *Panegirici* de' Santi non si formasse di essi tutto l'apparato; ma si *descrivessero* ancora, anzi *più accuratamente l' eminenti virtù* de' medesimi Santi, acciocchè su quei nobili esemplari s'invogliassero gli Uditori di regolar la loro vita. Oratores desidero, qui miracula quidem referant Sanctorum; ma non si formi di essi *tutto* l'apparato. Displicet solum *tutto* l'apparáto, non autem quod aliqua proferantur. Jam novi, & scripsi, quod prædicatis miraculis quammaxime commendetur apud nos gloria Sanctorum, ac mirabilis Dei in Sanctis suis. Non mancano, anzi abbondano veri miracoli: bastano ben questi per far onore a i Santi, o per meglio dire, a Dio mirabile ne' suoi Santi. (*c*) Sed quod magnopere, quod vehementer cordi est, che si descrivessero più accuratamente l'eminenti virtù de' Santi.

264. Quid ergo est, quid? Pritanio appingis, (*d*) ab eo *reprehendi Sacros Oratores, quod Sanctorum merita, virtutes, & miracula summis laudibus extollant?* Et tamen sentis quam dilucide, quam invicte comprobetur meis verbis, quod num. 3. expetis: *Sanctorum merita, & miracula amplissimis celebrare præconiis, æquissimum esse*. Quid hoc, inquam? Tua pace dixerim: *Absit autem, ut quemadmodum calumniaris, dicamus*. (*e*) Annon erubescis? Annon pudet, talia, tamque dilucide falsa cogitare de me, scribere, publici juris facere? *Sed mirum, (condona) si in facie hominis tantum intervallum est inter frontem, & linguam; ut in hac caussa frons non comprimat linguam!* (*f*) Quam libuerit, profer modo SS. Patres, quos & ipse confusim indicavi (*g*) illis: Ciò appunto sopratutto inculcavano i *SS. Padri* ne' loro Panegirici de' Santi; nec enim mei libelli erat eos singillatim proferre.

265. *Sed quid disputationi aggrediare videamus*. (*h*) Ordiris Caput: „ Ad

(*a*) Pag. 278. (*b*) Pag. 280. (*c*) Ibidem. (*d*) Par. 1. tuæ Ideæ c. x. (*e*) Aug. lib. 3. contr. Julian. cap. 8. num. 19. (*f*) Ibid. lib. 1. cap. 5. num. 20. (*g*) Pag. 265. (*h*) Aug. lib. 5. cont. Jul. cap. 1. n. 5.

„ Ad Sacros Oratores reformationem ſuam extendens Pritanius, inquit
„ (*a*) Sarebbe in terzo luogo da deſiderare, che i Panegiriſti de' Santi
„ miſuraſſero con più riguardo le lor lodi, e per non cadere in eccessi,
„ con attribuire a i Servi di Dio quello, che appartiene al ſolo Sovra-
„ no. (*Annon ſanctiſſime moneo?*) Cujuſmodi errorum ſpecimen daturus
„ ſubjungit: Dee far orrore udire alle volte ſomiglianti ſtrabocchevoli en-
„ comj; eſſendo taluno giunto fino ad eſaltar *le azioni e i miracoli* d' un
„ Santo ſopra di quei del Signor noſtro Gesù Criſto. " (*Haud tibi ſunt iſthæc horrori, qui imperterritum habes ſcrupulis pectus: Sed timor, & tremor venient ſuper te.*) „ Pergit deinde ſermones de Sanctis Panegyricos, im-
„ preſſos, & non impreſſos, univerſim ſugillare, & *ſcandalizantium hyper-*
„ *bolarum, atque adulantium* ſignanter arguere. "

266. En mea, quæ taces: Se metteſſimo a coppella tanti e tanti de' Panegirici ſtampati, e più i non ſtampati, vi troveremmo *talvolta* coſe atte a cagionar ribrezzo in chiunque ama il decoro e la vera dottrina della Chieſa Cattolica. *Nunc vero evigila, atque adſpice.* (*b*) Non ſugillat Pritanius *univerſim* ſermones impreſſos, & non impreſſos; Sed ſerio expendantur, monet; & ita vi troveremmo *talvolta*, videlicet *aliquando*, non *univerſim*; ſicut & ſupra ſcripſeram: Dee far orrore udire *alle volte*, non ſemper, non in omnibus ſermonibus, ſed *in quibuſdam*. Verum iſthæc mea quid aliud indicant, niſi quæ tu num. 2? Ais: „ Haud equi-
„ dem tueri, aut excuſare intendimus quæcumque in Sanctorum laude a
„ quibuſvis, & quovis tempore dicta ſunt. *In multis enim offendimus om-*
„ *nes: & qui non offendit in verbo, hic perfectus eſt vir.* " (*c*) Quinimo tu hiſce videris, tu *univerſim* ſugillare ſermones; adhibes enim univerſales voces abſque ulla limitatione: Non intendis excuſare *quæcumque, a quibuſvis, & quovis tempore:* ipſe autem ſcribo: *Talvolta*. Pudeat te tam craſſis ſcrupulis cruciari.

267. Proſequor mea: Abbiamo da amare, da venerare, da commendare i Santi, ma non mai con iperboli ſcandaloſe e con adulazioni. Quid ſibi ea volunt: *Commendare i Santi?* De eorum meritis, virtutibus, ac miraculis Panegyres texere. An autem Sanctis placebunt, cordatis viris, ſapientibuſve le iperboli ſcandaloſe, le adulazioni? Has quidem fugiendas monent Rethoricæ periti. *Deinde tractanda laus ſic eſt, ut non ementitis hyperbolibus, ſed rationibus ſolidis, rariſque amplificationibus innitatur oratio.* (*d*) Nec quidem *ſignanter arguo ſcandalizantium hyperbolarum, atque adulantium ſermones impreſſos, & non impreſſos*, ut ais. *Sentiſne, quid audias? quæriſne, quid dicas?* (*e*) Saltem nunc audi. Supra hæc mea: Abbiamo da amare ec. dixeram: Se metteſſimo a coppella ec. ut num. ſuperiori. Unde le iperboli ſcandaloſe e le adulazioni quoſdam reſpiciunt ex Oratoribus, quoſdam ex ſermonibus degli ſtampati, e molto più degli non ſtampati. Hinc *Talvolta* ſcripſi: aperi aures: *Talvolta, Talvolta*.

268. Proſequeris adverſus me num. 1. „ Numeroſitatem miraculorum, quæ

(*a*) Cap. xx. pag. 278. (*b*) Auguſt. lib. 5. oper. imperf. num. 39. (*c*) Jacob. cap. 3. verſ. 2. (*d*) Laurent. Vigevi in Rudim. Rethor. lib. 3. par. 1. Rudim. 1. (*e*) Auguſt. lib. 1. cont. Jul. cap. 3. num. 9.

„ quæ passim de Sanctis prædicantur, in dubitationem saltem, ac suspicionem vocat. I. quod non raro incredibilia narrentur: II. quod Sanctis in vita sua tribuantur miracula, de quibus contemporanei, aut vicini Scriptores silent: III. quod barbaricis sæculis sint licenter conficta miracula; nec desint hodie, qui hanc licentiam sibi arrogent. “

259. *Si id, quod est nihil, aliquid esset, apud te diceretur sortitum magnam dominationem; quandoquidem vanitas, sive falsitas ita tibi dominatur, ut tamdiu te ista inania garrire compellat.* (*a*) Ad quæstionem, mi Pat. durissime cruciandus, quousque saltem testes protuleris asserentes, quod ego *numerositatem miraculorum &c.* ut num. superiori. Testes hi nonnisi mea esse poterunt; sed nulla producis ex meo libello. Itaque *frustra ad tenebras voluisti confugere. Non latebis; lumen quippe te persequitur veritatis.* (*b*) Ipse profero mea, & cuncta quidem de miraculis, quo ad præsens attinet; ut erubescendo saneris. (*c*) De i veri miracoli operati da Dio ad intercessione de' Santi non è giusto il dubitare; e tali son quelli, che vengono riconosciuti con legittimi processi da i sacri nostri Pastori. Vera miracula veneror. At qui rudibus scribebam omnia ceu vera admittentibus; ut ab imprudenti facilitate retraherem, unam eos certam regulam edoceo, qua certa ab incertis discernere queant. Et huc refertur, quod Urbanus VIII. Sum. Pontifex præcepit historias scribentibus piorum hominum, virtutes, miracula, ut profiterentur aperte, non aliam sibi, nisi humanam fidem adhibendam.

270. Prosequamur. Gran conto renderanno a Dio coloro, che ne spacciano degli insussistenti e finti. Idipsum fateris & tu num. 30. ex tuo Canisio: „ Veris miraculis, quæ per Sanctos fiunt, non propterea est derogandum, quod *quidam* sive *Prædicatores*, sive *Scriptores falsa pro veris, & dubia*, vel *commentitia miracula pro certis evulgent, & Populo venditent.* “ Quot fabricatur mulierum nimis credula pietas, quot Visionarii phantasia ebulliente, quot dæmones ipsi; ut merito Augustinus, (*d*) *Facile est enim spiritibus nequissimis per aerea corpora facere multa, quæ mirentur animæ terrenis corporibus aggravatæ, etiam melioris affectus.*

271. A miei giorni si dava credito ad un Santo, perchè la notte facea qualche rumore, se si era per ottener la grazia richiesta; e tal maraviglia si leggeva anche in un inno dato alle stampe. Etiamnum Neapoli Reliquiarium circumfertur, edens tinnitum, ut horologium viatorium, sive recipiatur beneficium, sive non. In hisce, ac similibus oppositis prodigiis solertissima adhibenda prudentia est, ut saltem suspendamus assensum. Hinc merito Cardinalis de Lambertinis, nunc felic. regnans BENEDICTUS XIV. (*e*) ex Calmet hoc approbet monitum: *Concludit, quod inter varia, & opposita prodigia recurrendum est ad Ecclesiæ auctoritatem, quod ipsum late traditur ab Arauxo &c.*

272. Talvolta si odono ancora strepitosi miracoli, che si dicono operati da

(*a*) Aug. lib. 5. oper. imperfect. num. 33. (*b*) Ibidem num. 49. (*c*) Pag. 179. cap. xx. (*d*) Lib. 4. de Trin. cap. 11. num. 14. (*e*) De Serv. Dei Beatif. & Beat. Canoniz. lib. 4. part. 1. cap. 4. num. 10.

da qualche Santo in sua vita, quando gli Scrittori contemporanei, o vicini niuna menzione ne fecero. Profero unius exemplum. Stampato parimente si leggeva un gran miracolo, come succeduto in Lima, paese ben lontano da noi, di due fanciulli morti di due e tre anni, e dopo sedici altri anni per virtù di un Santo risuscitati, e cresciuti nel sepolcro alla statura corrispondente. Non vi era l'anno, non il nome de' Genitori, non approvazione alcuna di quello Arcivescovo; il che solo bastava ad indicar la falsità. Eppure ne fu permessa la stampa. Certe, si Dei potentiæ ratio habenda sit, reponetur, *quia non erit impossibile apud Deum omne verbum*. (*a*) Verum cum de factis agitur, profertur imprudenter omnino, quod *potuerit Deus*; sed bene, *quid factum sit*, inquiritur: secus in Beatificatione Sanctorum, & Canonizatione incassum tantus labor, quantus Romæ adhibetur in comprobandis miraculis. Numne, P. Plazza, memoratum prodigium vere patratum admitteres? Audi Canum (*b*) ,, Cujusmodi ante hos paucos dies quædam fabulæ prodiere, quarum ,, & Auctores, & loca adeo longo intervallo distant; ut an mentiantur ,, illi, non possit inveniri; an hæc sint, addubitari etiam possit. Sed ,, bene habet, quod totum narrationis corpus commentitium apparet, ut ,, quod Hispanorum sermone teritur, id quoque in hac re facile probes: *De luengas vias luengas mentiras*.

273. Aliud habe exemplum de' strepitosi miracoli. In historia vetustiori Sancti N. N. prodigiorum fama sat celebris, urbs legebatur in Galliis in duas divisa semiurbes ab eo vivente, ne videlicet Catholica pars ab acatholica pravo exemplo inficeretur. Item oppidum in hispano littore consistens, ne a plurimis Turcarum navibus mali quidpiam pateretur, longius noctu alio transtulit, statuitque. Hui! Et si isthæc inter aniles fabulas non sunt computanda, quænam erant? Omnes certe & profani Scriptores contemporanei, & suppares retulissent. Qui minora producunt, mirabiliora tacuissent? Horumce autem altum silentium sat est dilucida nota falsitatis. Cæterum si vel in profana historia maxime adhibenda monetur lex illa de Auctoribus consulendis vel Syncronis, vel saltem supparibus, quam laudo: quando gli Scrittori contemporanei, o vicini ec. quid mali, si in librandis miraculis eamdem proposuerim? Numquid segnius in sacra historia Sanctorum inquirenda certitudo erit, quam in profana? Cum Cano scripsi (*c*) *Prima lex ex hominum probitate, integritateque sumetur. Quæ omnino res locum habet, cum quæ narrant historici, ea vel ipsi se vidisse, testantur; vel ab his, qui viderunt, accepisse*. Lege hoc cap. 6. in quo multa ad rem prudenter omnino, sapienterve digesta. Eadem scribis (*d*) comprobaturus a miraculis, quod Pietas erga Virginem sit Prædestinationis indicium ,, miracula in confirmationem adjungimus... ,, miracula similiter non *vulgo* jactata, sed a *Synchronis*, & *probatis* Au-,, ctoribus Posteritati commendata. "

274. Hic advertas, velim, scripsisse me, ad Auctores syncronos recurrendum, & suppares, haud quidem pro omni comprobando miraculo, sed pro *Strepitosis*. De aliis omnino tacui. Pronum quippe est, ut ea

M præ-

(*a*) Luc. c. 1. vers. 37. (*b*) Lib. 11. de Loc. Theol. cap. 6. (*c*) Loc. sup. laud. lib. 11. cap. 6. (*d*) Part. 2. cap. 7. num. 46.

præteream Scriptores illi, quæ pene vulgaria sunt, ut miraculosa quarumdam infirmitatum sanatio &c. At difficillimum quoque reor, ut taceam *Strepitosa*, sicut sup. memorata, ac similia. Si otium suppetat, Auctores evolve de historiæ, Criticesque regulis differentes, & hæc te scripsisse pudebit, & sapienter me scripsisse fateberis.

275. Però con tutti gli divieti de' Rom. Pontefici, e de' Concilj e con tutti i lamenti de' saggj Teologi, e le precauzioni della Chiesa, affinchè non si spaccino miracoli falsi, il vile interesse rompe il freno, e vorrebbe pur tornare alla licenza de' Secoli barbarici, tanto detestata da chi tiene il governo de' Fedeli. Cavillosissime homo, quid hìc corrodas, invenies? Accipe iterum laud. Canum: „ Certum est autem, qui ficte, „ & fallaciter historiam Ecclesiasticam scribunt, eos viros bonos, atque „ sinceros esse non posse; totamque eorum narrationem inventam esse „ aut ad questum, aut ad errorem, quorum alterum fœdum est, alte- „ rum perniciosum. " Sed & considera sup. laud. de Lambertinis n. XI. „ Ex variis Capitibus, & caussis dubitationem oriri posse de miraculo- „ rum falsitate. Primum in testibus, qui miraculum referunt, quibus fi- „ des præstari nequeat, aut quia suspicio sit simulationis, fictionis, aut „ mendacii... Secundum caput dubitandi desumi potest ex ipsa facti sub- „ stantia, de cujus veritate licet quæstio moveri non possit, controversia „ tamen rationabilis excitatur, an ea excedat vires naturæ, seu quo ad „ factum, seu quo ad modum faciendi. Tertium ex eo, quod suppositis „ tum facti veritate, tum ejus excessu supra vires, & facultatem natu- „ ræ, non deest rationabilis suspicio, quod ad dæmonum præstigia, & „ illusiones referendum sit. Ultimum ex hoc tantum, quod licet factum „ excedat vires naturæ creatæ visibilis, & corporeæ; non videtur tamen „ quod excedat vires naturæ invisibilis, hoc est Angeli boni. " Quot præcautiones! & sapientissimi Sum. Pontificis! Tu igitur, & quidam ex tuis minus faciles sitis, admoneo; ne, dum mulier, simplex idiota, aut pius Visionarius certo fateantur miraculosam gratiam recepisse, statim a publico suggestu sinatis e carta recitari.

276. Non mancano, come dissi, anzi abbondano veri miracoli: bastano ben questi per fare onore a i Santi, o per dir meglio, a Dio mirabile ne i suoi Santi. Hæc omnia sunt, quæ de miraculis scripsi, quo ad præsens attinet. Veneror certa; & quænam hujusmodi sint, moneo cum Sapientibus universis. Amo numerositatem: Non mancano, anzi abbondano i veri miracoli. Ex quibus itaque meis subinfers: „ Numerositatem „ miraculorum, quæ passim de Sanctis prædicantur, in dubitationem fal- „ tem, ac suspicionem vocat? " *Unde ergo? dic audiamus, discamus*. (a) *Videsne, quam multum loquaris, nesciens quid loquaris?* (b)

277. Animum non despondes. Ut id comprobes, tria producis: I. qui dixerim, *quod non raro incredibilia narrentur*. At ubinam hanc vocem *Incredibile* usurpavi, subindicavi saltem, aut æquipollentem? Nec quidem poteram *incredibilia miracula* nominare: jam enim nosti, quod mihi i miracoli gli fa il solo Onnipotente Iddio, ed i Santi ne sono come strumenti, o cagioni morali. Itaque cum *non sit impossibile apud Deum omne*

(a) Aug. lib. 5. oper. imperf. num. 56. (b) Ibid. n. 53.

omne verbum, nullum jure dicitur miraculum incredibile, inusitatum quamtumvis sit.

278. Unum quidem profero (*a*) falsum mihi, quodve nomino *Un gran miracolo*, cujus tamen falsitatem haudquaquam metior, quod sit *gran miracolo*; sed quia non vi era l'anno, non il nome de' Genitori, non approvazione alcuna di quel Arcivescovo, il che solo bastava ad indicar la falsità. Ibidem pariter scribo: Talvolta si odono *strepitosi miracoli* (non dico: *Incredibili*) Sed isthæc minime aversor, quia *strepitosi*, sed quia gli Scrittori contemporanei, o vicini niuna menzione ne fecero. (*b*) Ut idem monstres, nempe *numerositatem miraculorum saltem in suspicionem a me vocari*, ais II. quod asseruerim, *Sanctis in vita sua tribui miracula, de quibus contemporanei, aut vicini Scriptores silent*. *III. quod barbaricis sæculis sint licenter conficta miracula; nec desint hodie, qui hanc licentiam sibi arrogent*. Carifs. Pat. *quando ista diceres, nisi non habendo, quod diceres?* (*c*) quid hoc? Ubinam sumus? De *strepitosis* dumtaxat miraculis dissero, & de quibusvis me differentem inducis: *Numerositatem miraculorum in suspicionem a me vocari* ais? Æquissimam profero legem, ac sapientissimam cum universis vere Sapientibus, qua veritatem dimetiamur miraculorum, quæ insolita sunt, extraordinaria, *strepitosa*; nimirum si proferantur ab Auctoribus Syncronis, aut supparibus; & ex hisce colligis: *Numerositatem miraculorum &c.* Colligis quidem, *sed videlicet ut egregius dialecticus*. *d*) Etenim *Conclusio, quam velut meam inferre voluisti, non est mea*. (*e*) Qui cavendos lupos monet Dominus sub ovina pelle latentes, haud quidem vere Pios in suspicionem vocat; sed cautos reddit, ne cuivis credatur Pietatem præseferenti. Moneo cavendos deceptores falsa pro veris vendentes miracula, ne quævis imprudentes admittamus. Num Roma sancte per ignem probans durissimi examinis (lege sup. laud. opus de Lambertinis) miracula in Beatificatione cujusdam, pluraque respuens, num vera ejusdem in suspicionem vocat? Roma falsas indulgentias detegendo proscribens, veris ullum vulnus infligit? Apagesis. Tu, P. Plazza, tu potius videris, vera miracula in dubitationem vocare, dum ais ex tuo Canisio num. 30. „ Veris miraculis, quæ per Sanctos fiunt, non pro„ pterea est derogandum, quod quidam sive *Prædicatores*, sive *Scriptores* „ falsa pro veris & dubia, vel commentitia miracula pro certis evul„ gent, & Populo venditent. " Hac vestra monitione instructus Idiota, mulier, semidoctus, audientes subinde, aut legentes *Prædicatorem*, sive *Scriptorem* miracula referentes, statim animo cogitabunt: „ Num Prædi„ cator hic, aut Scriptor ex illorum grege erit, de quibus Plazza ait: *quod falsa pro veris &c?* Et hoc pacto in dubitationem devenient, saltem de miraculorum veritate, quæ audierunt, sive legerunt. *Ubi est acumen tuum, quo tibi videris & Categorias Aristotelicas assecutus, & aliam dialecticæ artis astutiam*; ut discernere nequeas, quænam sit inferenda conclusio; & quandoque eadem, aut crudiora te scribere, quam Pritanium, quæ tamen in te vera, in eo reputes falsa? Quanti intersit, considera,

M 2 præ-

(*a*) Pag. 279. & vide sup. num. 272. (*b*) Vide sup. num. 271. 273. (*c*) Augustin. lib. 3. oper. imperfect. num. 145. (*d*) Idem lib. 3. contr. Julian. cap. 6. num. 13. (*e*) Idem num. 15.

præconceptas in alios opiniones non exuisse, scrupulisque tuis nimium indulgere.

279. Sed est, quod hic tantillum uno sermone detineam te. Anno 1714. Opus in lucem emisi, *De Ingeniorum moderatione in Religionis negotio*. Quanti autem hoc fecerit litteraria Respublica, certe licet conjicere ex iteratis Editionibus, quæ saltem octo numerantur usque ad anno 1752. intra Italiam, & extra. Evolvisti unquam hoc Opus? Difficillimum reor. Ab adolescentia tua ad usque senectutem detentus intra scholæ cancellos, nunc auditor, nunc magister, nunc Præfectus; occupatus in prægrandibus evolvendis Operibus Vasquii, Suarii, Raynaudi &c. pene exanimis in advocando patrocinio Scientiæ mediæ directæ, Scientiæ mediæ reflexæ, Probabilismo, quæ placita tuæ scholæ sunt nimium cara, nimiumque dilecta; certe tempus non fuit, ut ad utiliora diverteres. Utinam, Pat. cariss. Opus illud prælegisses: fors præfervidum nimis tuum ingenium aliquam hausisset refrigerantem moderationem. Moneo saltem, ut si in alios scribere animus fuerit, illud prius evolvas, & serio, & lente; & hoc *ad Majorem Dei gloriam*, quod, ut est tuæ Societati sancte quasi gentilitium stemma, sit & in corde filii pacifica in Proximum Caritas.

280. Igitur hujusce Operis lib. 3. cap. XI. de ingeniorum moderatione sermo est in materia miraculorum. Pro Catholica Ecclesia decerto viriliter adversus Novatores, nominatim adversus Phereponum (Joannem Clericum acatholicum hominem) quædam ex hoc cap. exscribo: ,, Quæ sit ,, prudentum Catholicorum sententia de miraculis, primo videamus. ,, Fuerunt, ac æternum erunt in vera Ecclesia Dei miracula vera, quæ ,, Deus operatur per Sanctos suos. Si ista cum aliis veræ Religionis, at- ,, que Ecclesiæ Notis conjungantur, Orthodoxæ Fidei sunt fidissimi te- ,, stes ... In hoc autem negotio *duplex animadverti potest excessus*: alter ,, eorum, *qui nimis multa*, alter eorum, *qui nimis pauca edunt*. Judicio ,, illi, temeritate isti peccant. Nam exploratum est, fuisse olim, & ,, adhuc esse; immo eorum sobolem diu duraturam, qui miracula confi- ,, xere, sive pravum, sive bonum in finem; aliosque plures fuisse, qui ,, sine ullo criterio, atque indiscriminatim, tam veris, quam fictis mi- ,, rabilibus adjunxere fidem, eaque ad Posteros bona fide transmiserunt. ,, Tum crimini, tum nimiæ credulitati isti se perpetuo opposuere SS. Pa- ,, tres, Rom. Pontifices, Concilia sacra, & Ecclesia universa Danielis ,, exemplo. Veritas autem falsitate ad sui tutelam non eget; & falsa fa- ,, cere possunt, ut apud suspiciosos homines auctoritatem vera quoque ,, deperdant. *Numquid Deus indiget vestro mendacio, ut pro illo loquamini ,, dolos?* ajebat S. vir Job XIII. 7. Sed & alter *excessus est, ideo veris ne- ,, gare fidem, quia falsis deprehenduntur immixta*, & æque stultum est, ni- ,, mis pauca, imo nulla credere certa. *Si in alterutram partem peccandum ,, est* (adtende Plazza) *pietas, & prudentia poscit, ut potius periculo nos ,, exponamus non facta credendi, quam vera negandi*. Interim judicio criti- ,, co hic opus est, & expendenda sunt omnia, ut quantum fieri potest, ,, miracula germana a spuriis, certa ab incertis, vera a falsis distinguan- ,, tur. Proinde hic quoque præceptum Apostoli valet 1. ad Thess. vers.

,, 21.

„ 21. *Omnia probate : quod bonum est, tenete. Ab omni specie mala absti-
„ nete vos.*

„ Accedat nunc Phereponus, & dicat, suspecta sibi, & conficta vide-
„ ri, quæcumque miracula ex Catholicorum parte narrantur. In alterum
„ sane excessum se ille præcipitem dabit, priore pejorem, qui & facile
„ ad irreligionem agat, & ab ipsis severioris Criticæ legibus improbe-
„ tur. In primis enim quis adeo desipit, ut omnem Religionem suspe-
„ ctam habeat, & ab hominibus excogitatam putet, quod inter tot Re-
„ ligiones pleræque sint hominum commenta; immo præter unam om-
„ nes adulterinæ sint atque corruptæ; & non facile sit multis veram a
„ falsis discernere? Quis omnia antiquitatis monumenta, quis omnia fa-
„ cta, quæ in Historiis tum profanis tum Ecclesiasticis narrantur, pro
„ mendaciis habeat, quod multa iis immixta sint dubia, conficta, & fal-
„ sa? Recta itaque ratio nos docet, non ideo omnes miraculorum nar-
„ rationes explodendas esse, quod quædam immo complures inter ipsas
„ suspicionem falsitatis ingerant." Infra:

„ Quæ vero hactenus dicta, vim quoque habere debent pro tuenda veritate
„ complurium aliorum prodigiorum, quæ SS. Martyrum, & Confessorum ope
„ variis temporibus peracta narrantur a gravissimis Episcopis, & oculatis at-
„ que incorruptis viris, & a prudentibus Historicis, quos neque ab ignorantia
„ neque a nimia credulitate, neque a pravis affectibus ad ea confingen-
„ da, temereve credenda fuisse pertractos appareat. Non enim hic agi-
„ tur de universis miraculis a censura vindicandis, quæ neque Ecclesia
„ probavit, & quæ credere, vel non credere nihil refert, & quorum
„ non modicam partem ab hominibus nullius judicii ac nominis, dubiæ-
„ que ac sublestæ fidei, litteris proditam Catholici ipsi aut abjiciunt,
„ aut sibi tam facile credendam non putant. Miracula tantum defendi-
„ mus testatæ fidei, & ad sanioris Criticæ leges exacta. Ita nemo nisi
„ petulans fidem illis prodigiis negabit, quæ S. Augustinus lib. 22. de
„ Civit. Dei refert, cum ex ipsis pleraque ab omni fraudis ac fabulæ
„ suspicione longe absint. Alia contigisse miracula ad Sanctorum tumu-
„ los atque Reliquias, testantur Basilius, Gregorii duo, Nazianzenus &
„ Nyssenus, Hilarius, Hieronymus, Chrysostomus, Isidorus Pelusiota,
„ Basilius Seleuciensis, Theodoretus, Maximus Taurinensis, Asterius
„ Amasænus, Æneas Gazæus, ut innumeros alios Episcopos, & Patres
„ præteream. Rei seriem non ab incertis rumoribus, sed aut oculis suis
„ ipsimet, aut ab aliis fide dignissimis testibus acceperunt." Et qui tam
docte, tam sapienter in virili ætate scripserat, arbitraberis obscuratam
mentem, depravatum cor Seni, ut tot, tamque falsa effutire potuerit,
quot sunt, quæ adversus me scribis de me, & mihi affingis! Demon-
strandum hoc tibi erat, & operosius; ita quidem tu non magnus, sed
maximus Apollo. Ad Ausonias Kalendas. *Sed perge ad cætera, & vanis
vaniora contexe.* (a)

281. A num. 4. ad 9. producis SS. Patres, celebrantes Sanctos etiam
media hyperbole. Tum num. 9. ais: „ Si in hujuscemodi Patrum ser-
„ monibus Panegyricis de Sanctis inveniet etiam Pritanius, quas dam-
„ net,

(a) August. lib. 3. cont. Julian. cap. 19. num. 36.

„ net, *scandalizantes hyperboles*, & *adulationes*; malumus nos cum gravis-
„ simis, & sanctissimis Patribus errare, quam nimium sapere cum Prita-
„ nio. In ipsis quoque divinis Scripturis locutiones hyperbolicas deprehen-
„ dimus, ut septemdecim productis locis producit Ulloa. Non ergo sem-
„ per locutiones istæ a veritate, & a majestate sermonis remotæ sunt. "

282. Verissimum quoque est, quod scrupuli tui a veritate sermonis remoti semper sunt adversus me. Haud certe impetit Pritanius hyperboles, sed *scandalizantes*, sed *adulatorias*, quas quidem nequis non odisse; cum eas nedum vera sapientia dictet fugiendas, sed & ipsum congenitum lumen naturæ. Vin autem nosse, quas moneam omnino prætereundas hyperboles? Adtende. In inclyta Urbe Neapoli, in splendentissima Ecclesia, coram frequenti Populo, a Theologo præclari nominis viro, æstu abrepto Pietatis in SS. Virginem, hæc recitata sunt: *Esser ultima disposizione alla Giustificazione de' Peccatori la Divozione alla SS. Vergine*. Expetendum sane votum, ut Tridentino adfuisset; edocturus nimirum eos Patres, qui adderent *modo præparationis ad Justificationem* (*a*) ultimam hanc adeo necessariam dispositionem. Scilicet! Ibidem: „ Domandò a
„ S. Pietro Gesù: *Simon Joannis, diligis me plus his?* Rispose: *Domine, tu*
„ *scis, quia amo te*. Allora Cristo: *Pasce agnos meos: pasce oves meas*.
„ Ma i Caproni, i Peccatoracci a chi son dati? Ne' sacri Cantici leggia-
„ mo (*b*) *Si ignoras te, o pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post*
„ *vestigia gregum, & pasce hœdos tuos &c.* Felice sorte de' gran Peccatori!
„ Gli Agnelli, le Pecorelle son commesse a S. Pietro, a Maria i Capro-
„ ni, i Peccatoracci ec. "

283. *O quid perdidit, qui te audire non potuit!* Haud certe sunt hæ Hyperboles, sed scopuli, sed saxa ingentia, in quæ allisa vera Fides, deperditam jure exprobrarent Acatholici nobis, si metienda ea esset a multum, nimiumque excedente pietate quorumdam. Æternum stabit, innixa dumtaxat summæ veracitati revelanti, & infallibili Ecclesiæ proponenti. Igitur cum Petro Christus dixit: *Pasce agnos, pasce oves*, non omnes Fideles ejus commisit regimini, qui Hœdos exclusit, quos Mariæ committeret. Sileat Bellarminus (*c*) qui ex his: *Pasce oves &c.* adversus Etherodoxos nititur evincere, uni Petro, ejusque Successoribus commissum regimen totius Ecclesiæ, quod sana fides credit. Recordor insuper, me legisse in prægrandibus octo Tomis tui Sodalis: *Già so, che voi confidiate più nella Madre* (in Virginem) *che nel Figlio, ed io a più infervorarvi ec.* (ex memoria scribo, cum libri præsto non sint.) Ubinam gentium sumus? Patiuntur aures Fidelium audire, ut ferventiorem ponant fiduciam in Virginem, quam in Jesum? Et ipse ad id nitatur accendere? Et de me conqueri audes, quod scripserim: dee far orrore udire alle volte somiglianti strabocchevoli encomj? Cariss. Pat. desine aliena carpere; & pro virili enitere; & si potis es, isthæc modo recitata dola, attenua, complana; quinimo dedica sub ascia, & sub securi cæde: Sed certo habe, Æthyopem potius a te dealbandum, quam eas Hyperboles ad sanum sensum revocaturum te: vel etiam *quantalibet folia verborum consuas, operire non possis*. (*d*)

284.

(*a*) Ser. 6. c. 6. (*b*) Cap. 1. (*c*) Lib. 1. de Sum. Pont. c. 6. (*d*) Aug. l. 5. cont. Jul. c. 2. n. 5.

284. Dolendo ſcripſeram (*a*) quod in Sermonibus Panegyricis Sanctorum eos quandoque gli rappreſenciamo Arbitri del Cielo e della Terra, diſpenſieri delle felicità, ſe non anche delle infelicità, e quaſi poſta in lor mano l' autorità di eſaudire chiunque ad eſſi ricorre.

285. Irruis in iſta, & num. 13. Nyſſenum profers (*b*) *qui tantos*, ait, *Interceſſores habet, is numquam inanis a precibus, & oratione abibit, LICET PECCATIS ADMODUM ONUSTUS SIT ... Ad omnem enim neceſſitatem, & eventum horum facultas, & potentia ſufficit*. Num. 14. Chryſoſtomum advocas (*c*), Sanctos Martyres, ait, *quocumque voluerint, apud Regem Cælorum impetrare poſſe*. Proſequeris num. 25. „ Et hic conſideret Pritanius, „ annon ſapientiſſimi Patres tam magnificis elogiis ſimiliter Sanctos exhi„ beant, ſicut ipſe de nobis queritur, Cæli, & Terræ Arbitros, ac feli„ citatum diſpenſatores; dicantque in eorum manu poſitam, quemlibet „ ad ipſos accurrentem, exaudiendi auctoritatem. “

286. Si mihi, vellem, præires exemplar, reſponſio in promtu foret: *Hi Patres exaggerarunt*. In tua enim *Idea* (*d*) exaggeraſſe Auguſtinum, ſcribis, nempe inter Doctores maximum: En tua: *Exponitur exaggerata quædam locutio D. Auguſtini, a Pritanio adducta*. Abſit id a me, ut tam crudius loquar.

287. Diſcerne igitur in SS. Patribus, cum de rebus diſſerunt, quæ Fidem concernunt, quæ mores, quæ philoſophiam; in Patribus, inquam, cum erudiunt in concionibus populos, aut aliorum texunt præconia. De eorum quo ad Fidem auctoritate lege Canum (*e*): Quo ad mores maximi momenti eſt; quidquid tuus Cellotius obganniat (*f*), *Doctrina morum a Recentioribus ſumenda*: quo ad Conciones, revocatur ad mores, quos ibi formant populorum: quo ad philoſophiam, *Sanctorum auctoritas... tantum pollet, quantum ratio naturæ conſentanea perſuaſerit*, verba ſunt ejuſdem Cani: (*g*) cum vero Encomiaſtes agunt, tanta valent auctoritate, quanta dicendi peritia; utpote qui Rethoricæ documenta ſervantes, Amplificationes adhibent, hyperboles, figuras &c.

288. Inſuper advertendum tibi fuiſſet perutile diſcrimen, ac neceſſarium inter Hyperboles, quæ continent ſolum quaſdam in generali laudes, & eas, quæ doctrinam exprimunt, vel ad Fidem, vel ad mores reducendam. Priorum exemplum verba ſint S. Hieronymi a te laud. n. 7. (*h*) *Si cuncta corporis mei membra verterentur in linguas, & omnes actus humana voce reſonarent, nihil dignum S. ac Ven. Paulæ virtutibus dicerem*. Hæ quidem, conſimileſque Hyperboles aptæ ſunt, & concinnæ. Aliæ autem ſunt quibus ſimul docetur aliquid; ut in verbis Nyſſeni, & Chryſoſtomi; (*i*) ſicut & illæ ſunt, quæ tuas facis, (*k*) Virginem Matrem nominans cum *SS. Patribus*, ut ais, *Spem unicam Peccatorum: Totam rationem ſpei noſtræ*. Sed haſce hyperbolicas expreſſiones in Sanctis etiam emolliendas, nulli dubium eſt; (*l*) omnino autem fugiendas ab oratoribus

(*a*) Pag. 278. (*b*) Orat. in 40. Martyr. apud Gretſerum tom. 14. (*c*) Serm. in SS. Mart. Juvent. & Maximin. (*d*) Paſt. 1. cap. 8. (*e*) Lib. 7. de Loc. Theol. (*f*) De Hierarch. lib. 8. cap. 16. (*g*) Ibidem cap. 3. (*h*) Epiſtol. 27. ad Euſtochium in Epitaph. Sanct. Paulæ Rom. (*i*) Supra num. 285. (*k*) Part. 2. cap. 6. n. 7. (*l*) Vid. Raynaud. caut. 2.

bus cæteris; ne occasio præbeatur falsam doctrinam inbuendi eos saltem, qui sapiunt minus, easque ad litteram intelligunt.

289. Igitur in sup. laud. Nysseni, & Chrysostomi verbis doctrina involvitur de Invocatione Sanctorum, eorumve verba infallibilem præseferunt ejusmodi efficacitatem: Tridentinum vero *Bonum*, & *utile* dixit Sanctos invocare, haudquaquam *infallibiliter utile*; id est ut semper prorsus exaudiantur. Et Augustinus (*a*): *Ergo hoc commendo caritati vestræ, ut sciatis, quod orationes ejus* (S. Stephani) *multa impetrant, non tamen omnia*. Et: (*b*) *Exaudiuntur quippe omnes Sancti pro seipsis, non autem pro omnibus exaudiuntur vel amicis, vel inimicis suis, vel quibuslibet aliis: quia non utcumque dictum est, dabit, sed dabit vobis*. Item expressiones illæ de SS. Virgine: *Spes unica Peccatorum*: *Tota ratio spei nostræ*, ut jacent, falsam habent doctrinam, quod nempe Christus non sit, ut reapse est, unicus Redemptor noster, mediator &c. Hæ igitur hyperboles ad litteram minime sunt intelligendæ; sed ceu amplificativo Rethoricæ modo prolatæ, revocandæ sunt ad intellectum saniorem; qua moderatione incapaces plurimi sunt fideles Idiotæ saltem, ut eam queant adhibere. Unde eas fugiendas moneo; ne minus Sapientibus occasio præbeatur errandi. Quæ hujusmodi in SS. Patribus leguntur, ob merita eorum, ac sapientiam, necessario se offerunt emolliendæ; at in aliis Oratoribus, longe minoris subsellii, quo ad meritum, merito redarguuntur, easque omnino cavere, digni sunt, qui moneantur. Non est hic prætereundus Melchior Canus (*b*) „ Quo in loco admonendi sunt hi, qui præceptis Theologiæ nullis „ acceptis, post bonas, quas vocant, litteras, statim ad Sanctorum Ve„ terum lectionem appellunt animum. Non enim quæcumque ibi lege„ rint, ea sunt probanda omnia.... Deinde quoniam magnis illi & di„ vinis bonis quamdam *licentiam faciendi dicendique* assecuti sunt, *quæ non* „ *est passim cuilibet permittenda*. " Et infra: „ Legantur itaque a nobis „ Patres veteres, cum reverentia quidem, sed ut homines cum delectu, „ atque judicio. *Quod si quis non aliter sapit, nec sanis consiliis acquiescit,* „ *hic jam non Sanctorum religione, sed sui ipsius amore capitur; & sub ve-* „ *terum nomine novas opinationes invehere conatur*; " quod hic præstas.

290. Et quidem tu ille es, qui æstu abreptus impugnandi Pritanii, veritatem te persequi non advertis. Ea laud. Patribus Nysseno, Chrysostomo absolute appingis, quæ ipsi hyperbolice tantum dicta intelligi voluerunt, quæve tu, exclusa hyperbole, complanare debuisses. Quod præstare negligis, exequor. Si eorum litteram sequamur, cogemur tenere, quod ad eos Sanctos accurrens infallibilem experietur interventionem, sive Justus sit, sive *peccatis admodum onustus*, quodve cuivis nostræ indigentiæ ipsi semper ex arbitrio præsto sint & potentia, & facultate. Num struthionis stomacho polles, ut ista queas digerere? At si tanta Sanctis inest benefaciendi nobis potentia, quænam, amabo te, Deo remanebit, qui tamen cujusvis beneficii caussa est principalis? Heus, mi Pater, adtende, & *disce, quod te non credo nescire*, (*c*) sed gravibus scrupulis turbata mens tua non reminiscitur: solus Deus cæli Arbiter est, ac

(*a*) Tract. 102. in Joan. num. 1. (*b*) Lib. 7. de Loc. Theol. cap. 3. concl. 2. (*c*) Aug. lib. 5. cont. Julian. cap. 2. num. 7.

ac Terræ, quia ipse solus *totius rei habet potestatem* (*a*) A solo *Patre luminum* cum voluerit, & quando omne bonum descendit. Interveniunt quidem Sancti pro nobis; plerumque impetrant, sed cum libuerit Deo exaudire, quandoque non exaudit. Non itaque Sancti Arbitri sunt, qui nequeunt, ni Deus voluerit. Sanctissimi igitur Patres illi, ac sapientissimi, nil aliud sibi voluerunt, quam Sanctos prædicare apud Deum potentissimos suis precibus; quod quidem sana fide tenemus omnes: *suis precibus*, inquam, quæ ut suum sortiantur effectum, a Deo voluntate pendet, qui & Sanctorum supremus Dominus est, & nostrum. Et quidem Nyssenus (*b*) *Intercede pro patria*, ait, *apud communem Regem*. At quoniam noverat, infallibilem haud esse intercessionem Sanctorum, subdit infra: *Quod si majori advocatione, & intercessione opus est, fratrum tuorum Martyrum Chorum congrega, & cum omnibus deprecare*. Chrysostomus quoque (*c*) Sanctorum interventionem pro nobis *utilem* dixit. *Quid ergo te adjuvat*, (*d*) quod eos Patres opposueris? *Proinde omnia, quæ pro hac tua inconsiderata opinione dixisti, quantalibet disputatione in ea fueris immoratus, evanuisse certissimum est*. (*e*)

291. Num. 16. ais: „ Item Augustinus (*f*) ex undecim Sermoni- „ bus, quos habuit in Festo S. Stephani, quinque posteriores aliud ar- „ gumentum non habent, quam miracula hujus S. Protomartyris. Mo- „ rem istum prædicandi ex instituto miracula Sanctorum reprehendit „ Pritanius: *Sarebbe da desiderare, che ne' Panegirici de' Santi non si for-* „ *masse di essi tutto l'apparato*. Sed eum novo miraculo probavit Deus „ in D. Augustino &c. " Alios subinde producis Sanctorum miracula scribentes. Tu num. 19. „ Et jure quidem merito Sanctorum miracula „ ubique prædicant, & magni faciunt Patres. Ut enim sapienter ob- „ servat Ven. Petrus Canisius, sunt miracula.... non obscura testimo- „ nia, quibus Sanctorum suorum Fidem, Justitiam, Virtutem & Glo- „ riam nobis comprobat, & commendat Deus, ut de illis præclare sen- „ tiamus, & loquamur; atque in colendis illis, *simul & imitandis nos*, „ *aliosque magis confirmemus*. "

292. Hominis teneamus confessionem, a cujus invito corde cogitur quandoque veritas ipsa erumpere. Si nos, aliosve, mones, confirmandos, ut Sanctos colamus, simulque imitemur. Nobis igitur, aliisve locus imitationi non erit, si eorum Panegyricæ orationes solis miraculis redundabunt. An volueris, ut in hisce patrandis Sanctos imitemur? II. Si miraculis, ut ais, commendat Deus nobis Sanctorum suorum Fidem, virtutes; annon æquissimum, ut in celebrandis illis nos Deo conformemus, eorum prædicando Fidem, virtutes, & miracula quidem, sed virtutes præcipue, quarum solo merito prodigiorum dono insigniuntur? Idcirco scripsi: A proposito de' miracoli sarebbe da desiderare, che nei Panegirici de' Santi non si facesse di essi tutto l' apparato, ma si descrivessero ancora, anzi più accuratamente, l' eminenti virtù di essi Santi; acciocchè su que' nobili esemplari s' invogliassero gli Uditori di regolar la lor vita. III. Patres veneror encomia texentes Sanctorum (*g*)

N nec-

(*a*) Facciolati verba sunt V. *Arbitro*. (*b*) Orat. in S. Theodor. (*c*) In laudatibn. SS. Martyr. Ægyptiorum. (*e*) Aug. ib. (*f*) ib. c. 3. n. 9. (*g*) Tom. 5. novæ edit. (*h*) Pag. 265.

necnon sapientes Scriptores horum historias concinnantes, in quibus nedum virtutes, sed & referenda miracula sunt. Igitur, *contentiose, quid quæris amplius?* (a)

293. „ Augustinum opponis, qui ex undecim sermonibus, quos habuit „ in Festo S. Stephani, quinque posteriores aliud argumentum non ha„ bent, quam miracula hujus Sancti. “ Quam bene specie tenus, quam nihil ad rem! I. Decem sunt, non undecim; decimus enim, & undecimus idem est, interruptus nimirum a miraculo cujusdam sanatæ Puellæ. II. Quos laudas, duo vel tres sermones quadraginta versus non excedunt. Vide, quanta brevitate donentur; & si queant in rigore dici sermones. III. Occasione recitati sunt miraculorum, quæ operabatur Deus per S. Stephanum; unde potius relationes erant historicæ. Reapse autem libellum pollicetur Augustinus, in quo prolixius proferantur miracula. Perpende vero sex Sermones in Natali die recitatos; nervosius in eis Augustinus promovet imitationem virtutum. IV. Exordia potius erant legendi libelli. V. Continuatis diebus, & subsecutivis recitati sunt; ut proinde nil mirum, si miraculis dumtaxat referti essent. Ais demum: „ Mo„ rem istum prædicandi ex instituto miracula Sanctorum ... novo mira„ culo probavit Deus in Augustino. “ Dum enim decimum recitaret, in eadem Ecclesia puella sanata est. Quem reprehendat Pritanius morem, jam nosti. Verum, cariss. Pat. ex quo colligis, *miraculo novo comprobasse Deum morem prædicandi ex instituto miracula?* Eja, profer Auctoritatis momentum, Revelationem, aut si quid habeas. Nil certissime poteris, nisi tuas phantasias, & scrupulos. At hujusmodi hominibus nulla adhibenda fides est.

294. Scripseras jam num. 19. „ Ut de Sanctis præclare sentiamus, & „ loquamur “ (b) Num. 20. subdis: „ Ast inquit Pritanius: *Erano essi* „ *pieni di Umiltà; nè questa virtù l'hanno lasciata alla porta del Paradi-* „ *so*. O bene! O belle! Non igitur Sanctos ullo modo laudemus, & ho„ noremus; quandoquidem dum in terris agerent, ut vere humiles nec „ laudari, nec honorari animo ferebant... Apagesis. “

295. *Tu potius maledicendi studio furere videris.* (c) Excellens Figulus es: in tuis manibus creta est Pritanius: ut tuæ placuerit phantasiæ, vas ex ea formas, semper quidem in contumeliam, sed nunc uno, nunc altero modo: hoc certe pacto contemtui me expones aliorum. *Redde verba mea, & nihil valebunt tua.* (d) Ea quidem scripsi, sed minime prorsus in eo sensu, quem mihi affingis; quasi ipse indicare voluerim, Sanctos ex humilitate nostras laudes horrere. *O homo, qui nihil potes dicere, posses saltem tacere?* (e) Quotiens in meo libello Sanctos posui laudandos? di qui ebbe origine il *festeggiar* la loro beata morte, o il *celebrar altre Feste in lor onore*. Il che facendo la Chiesa, oltre all'intenzion di magnificar Dio glorioso ne i suoi Santi, e di *onorar* la memoria di chi ha sì ben profittato de i doni di Dio. (f) Item scripsi: (g) Potendo eglino gradire i nostri lumi e le pompe terrene (in eorum honorem adhibita) qualora ne

(a) Aug. lib. 5. oper. imperf. num. 25. (b) Vide sup. n. 291. (c) Aug. l. 5. oper. imperf. num. 32. (d) Ibid. lib. 3. n. 108. (e) Ibid. l. 2. n. 197. (f) Pag. 273. Vid. pag. 269. & supra n. 263. (g) Pag. 277.

ne venga vera gloria a Dio ec. Igitur audi mea, ut jacent cum antecedentibus, ac ſequentibus, & æternum tace. Abbiamo da amare, da venerare, e da *commendare* i Santi (hic quoque eos doceo laudandos) *ma non mai con Iperboli ſcandaloſe e con adulazioni*. Erano eſſi pieni di umiltà; nè queſta virtù l' hanno laſciata alla porta del Paradiſo; e noi gli rappreſentiamo Arbitri del Cielo, e della Terra, diſpenſieri delle felicità, ſe non anche delle infelicità, e quaſi poſta in lor mano l' autorità di eſaudire chiunque ad eſſi ricorre. Hæc & in cælo humillimos Sanctos odiſſe fateor; nempe le Iperboli ſcandaloſe, l' adulazioni, vocar Arbitri del Cielo e della Terra ec. ut merito Canus ſcripſerit: (*a*) „ Sed dum „ quidam affectui ſuo nimium indulgentes, ea ſcribunt, quæ animus ſcri- „ bentis dictat, non veritas; tales Divos quandoque nobis exhibent, qua- „ les Divi ipſi, & ſi poſſent, eſſe tamen noluiſſent. " Profecto autem ſupra poſita *verba mea tibi propoſuiſſes, ſi mihi quoquo modo reſpondere voluiſſes: quibus prætermiſſis, dicis tibi ipſe, quod vis, ut mihi non ea, quæ a me dicta ſunt refellendo, ſed non tacendo reſpondere videaris*. (*b*)

§. UNICUS.

Inquiritur intellectus eorum S. Joannis (*c*): Amen amen dico vobis: qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipſe faciet; & majora horum faciet.

196. SCripſeram: (*d*) Dee far orrore udire alle volte ſomiglianti ſtrabocchevoli encomj; eſſendo talun giunto fino ad eſaltare le azioni e i miracoli di un Santo ſopra quei del Signor noſtro Gesù Criſto. En tu num. 22. „ Quod vero delicatas Pritanii aures ſpeciatim feriebat: „ *Quoſdam Sanctorum majora, quam Chriſtum, feciſſe miracula*, tantum di- „ ſtat ab abſurditate, quantum longe abeſt a falſitate illa Chriſti Domini „ promiſſio, & aſſeveratio: *Amen amen dico vobis: qui credit in me, ope-* „ *ra, quæ ego facio, & ipſe faciet; & majora horum faciet*. Hinc enim „ nemo dubitat, majora, quam Chriſtum, Apoſtolos patraſſe mira- „ cula. "

197. Cum meum libellum inceſſere tibi animus ſtetit, legiſti eum, aut ſaltem legentem alium audiſti? Neutrum certe hic feciſſe, præfefers. Saltem *nunc conſidera, rogo te, nunc, inquam, ut te ſalubriter vincat veritas, depoſita vincendi cupiditate conſidera, utrum noſtræ, an tuæ ſententiæ debeas adquieſcere*. (*e*) Adtende meæ ſententiæ, cui non ſubſcribere certe nequis: Dee far orrore l' udire alle volte ſomiglianti ſtrabocchevoli encomj; eſſendo taluno giunto fino ad eſaltare (adtende) *le azioni e i mi-*

(*a*) Lib. XI. cap. 6. (*b*) Auguſtin. lib. 5. oper. imperfect. num. 25. (*c*) Cap. 14. verſ. 12. (*d*) Pagina 278. cap. 20. (*e*) Auguſtin. libro 3. contra Julianum cap. 21. num. 42.

racoli di un Santo sopra quei del nostro Signor Gesù Cristo. *Copulative* loquor: *Le azioni e i miracoli*. An habueris adeo durissimas aures, qui ferre valeas, quosdam Sanctorum & majora, quam Christum, patrasse miracula, & *perfectiora* præ Christo *opera* perfecisse? Blasphemiam horribilem! Horrorem incussit tuo de Colonia (*a*) „ ille, qui novitatis illecebra male captus hoc proposuit: *S. Josephum toti Trinitati supparem esse*? " Et quod est intolerabilius, non horrueris: *Sancti perfectiora, quam Christus, perfecerunt*? Igitur omnino abs re adversus me opponis ea Joannis: *Amen amen &c.* in quibus de miraculis dumtaxat, te judice, sermo est. Non itaque ullatenus peccavi scribens: Dee far orrore ec. Profecto autem quot sunt Encomiastes, qui nescientes, quid loquantur, æstu etiam abrepti Sanctos celebrandi, in ea quandoque erumpunt, quæ Fidei adversantur? Et hic quidem major est errandi occasio, cum legant: *Majora horum faciet*, più perfette azioni.

298. Sed liberalis do, unice a me scriptum: Essendo taluno giunto fino ad esaltar i miracoli di un Santo sopra quei di Gesù Cristo. Quid proinde? Num subruendum me credis laudata auctoritate Joannis? Rideo tuos conatus; & an jure riserim, experieris. Existimas isthæc Joannis verba dilucidius efferre, majora præ Christo Apostolos patrasse miracula; & idcirco me niteris supplantare, quod Christo adverser hæc proferenti. Haudquaquam adversor, Rev. Par. si tuo a Lapide subscripserim, qui, non ut tu, ea Joannis interpretatur, sed cum Augustino, ut falso credit, *De conversione omnium gentium totius mundi facta per duodecim Apostolos; Christus enim longe pauciores convertit*. Excutiamus tamen laud. verba cum Augustino, quo nemo sapientior, & quem pro te laudas num. 23.

299. Tract. 72. in Joan. ait: „ Quid sibi velit, & quomodo accipiendum sit, quod Dominus ait: *Qui credit in me*, *opera*, *quæ ego facio*, *& ipse faciet*, non est facile comprehendere; & cum hoc *difficillimum* sit, adjecit aliud *difficilius: Et majora horum faciet*. Quid est hoc? qui faceret Opera, quæ Christus fecit, non inveniebamus; qui etiam majora faciet, inventuri sumus? " (Tibi apertissima isthæc sunt, difficillima Augustino. Sed accipe ex eo difficultatis momenta, quæ scrupulis nisi prohibearis, utroque pollice eidem subscribes.) „ Sed dixeramus sermone pristino, quia majus fuit umbræ suæ transitu, quod Discipuli fecerunt, quam fimbriæ suæ tactu, quod ipse Dominus fecit, sanare languentes; (*en tuam opinionem traditam, ut ais num. 23. ab Augustino*) & quia plures Apostolis, quam ipso per os proprium prædicante Domino, crediderunt; (en opinionem tui a Lapide) ut hæc viderentur opera intelligenda esse majora. "

300. Utramque autem expositionem hanc rejicit Augustinus num. 2. „ Verum hoc adhuc movet, quod hæc majora per Apostolos fecit: non „ autem ipsos tantum significans ait, Opera quæ ego facio, & vos facietis, & majora horum facietis: sed omnes ad suam familiam pertinentes intelligi volens: *Qui credit in me*, inquit, *opera quæ ego facio, & ipse faciet, & majora horum faciet*. Si ergo qui credit, faciet, non credit

(*a*) Lib. 3. de Art. Rethor. cap. 1. §. 6.

„ dit utique, qui non faciet: ficuti eſt, qui diligit me, mandata mea cu-
„ ſtodit; unde profecto qui non cuſtodit, non diligit. Tale etiam hoc
„ eſt, *Qui credit in me, faciet*: non utique credit, qui non faciet. Quid
„ eſt hoc, Fratres? Numquid inter credentes in Chriſtum non eſt compu-
„ tandus, qui non fecerit opera majora, quam Chriſtus? Durum eſt,
„ abſurdum eſt, ferri non poteſt: non toleratur, niſi intelligatur. "

361. Accipe modo ingenioſam Auguſtini expoſitionem. Id egit Chriſtus Redemptione ſua, ut ex captivitate diaboli homines ad Dei venirent filiationem. Verum fidelis omnis Peccator, ut ad juſtitiam uſque adſurgat, credere prius in eum debet, ſperare, ceu *omnis juſtitiæ fontem diligere &c.* Iſthæc autem opera non noſtra dumtaxat ſunt, ſed & Chriſti: *Non ego autem, ſed gratia Dei mecum*, (*a*) inquiebat Apoſtolus. Igitur *qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipſe faciet*: ipſe credet, ipſe ſperabit &c. ſed eadem Chriſtus facit; facit enim, ut credamus, ut ſperemus. Audiatur modo Auguſtinus: „ Apoſtolum igitur audiamus: *Creden-*
„ *ti*, inquit, *in eum, qui juſtificat impium, deputatur fides ejus ad juſti-*
„ *tiam*. (*b*) In hoc opere facimus opera Chriſti; quia & ipſum credere
„ in Chriſtum, opus eſt Chriſti. Hoc operatur in nobis, non utique ſi-
„ ne nobis. Audi ergo jam, & intellige: *Qui credit in me, opera quæ*
„ *ego facio, & ipſe faciet*: Prius ego facio, deinde & ipſe faciet; quia
„ facio, ut faciat. Quæ opera, niſi ut ex impio juſtus fiat? "

362. Num. 3. „ *Et majora horum faciet*. Quorum obſecro? Numquid-
„ nam omnium operum Chriſti majora facit, qui cum timore, & tre-
„ more ſuam ipſius ſalutem operatur? quod utique in illo, ſed non ſine
„ illo Chriſtus operatur. Prorſus majus hoc eſſe dixerim, quam eſt cæ-
„ lum & terra, & quæcumque cernuntur in cælo & in terra. Et cæ-
„ lum enim & terra tranſibit: prædeſtinatorum autem, ideſt, eorum
„ quos præſcit, ſalus & juſtificatio permanebit. In illis tantum opera
„ Dei, in his autem etiam eſt imago Dei. " Opponit ſibi Auguſtinus:
„ Sed & in cælis Sedes, Dominationes, Principatus, Poteſtates, Archan-
„ geli, Angeli opera ſunt Chriſti: numquid etiam his operibus majora
„ facit, qui operante in ſe Chriſto cooperatur æternam ſalutem ac juſti-
„ ficationem ſuam? Non hic audeo præcipitare ſententiam: intelligat,
„ qui poteſt, judicet qui poteſt, utrum majus ſit, juſtos creare, quam
„ impios juſtificare. Certe enim ſi æqualis eſt utrumque potentiæ, hoc
„ majoris eſt miſericordiæ. " Aliam hic ſubdit reſponſionem, necnon ex-
„ plicationem. „ Sed omnia opera Chriſti intelligere, ubi ait: *Majora*
„ *horum faciet*, nulla nos neceſſitas cogit. *Horum* enim forſitan dixit,
„ quæ in illa hora faciebat: tunc autem verba fidei faciebat; & de his
„ operibus fuerat prælocutus dicens: *Verba quæ ego loquor vobis, a me*
„ *ipſo non loquor*: *Pater autem in me manens ipſe fecit opera*. Tunc igi-
„ tur verba ejus erant opera ejus. Et utique minus eſt verba juſtitiæ
„ prædicare, quod fecit præter nos, quam impios juſtificare, quod ita
„ facit in nobis, ut faciamus & nos. " Videſis, quo fuit volandum ſublimiori Auguſtini ingenio, ut ea complanaret, quæ tibi facillima apparent. Auguſtino ſubſcribit S. Thomas; (*c*) & contermina videtur Origenis

(*a*) 1. Cor. 15. 10. (*b*) Rom. 4. 5. (*c*) 3. part. q. 43. art. 4. ad 2.

nis expositio Augustinianæ apud tuum a Lapide in hunc locum. Hoc autem pacto evanescit tua adversus me oppositio ex laud. Joannis auctoritate, cui minime adversor, eam haud quidem de miraculis intelligens cum Augustino.

303. Sed qui tui misereor, liberalissime transmitto iterum, me de miraculis dumtaxat prælocutum, cum scripsi: Dee far orrore udire ec. (*a*) do pariter, laud. Joannis verba de miraculis intelligenda. Recordare verum doctrinam tibi pernecessariam, quam certe nosti, sed scrupulis oppressus non advertisti adhibendam. Sunt quædam Scripturæ loca, quæ absolute, ut jacent, prædicare vetamur, præsertim vulgari sermone, & imperito Populo. Hinc nos monet Apostolus: (*b*) *Littera occidit*; & Augustinus: (*c*) *In principio cavendum est, ne figuratam locutionem ad litteram accipias. Et ad hoc enim pertinet, quod ait Apostolus: Littera occidit, spiritus autem vivificat*. Plerumque enim Scripturæ locus eum præsefert sensum in littera, ut nedum falsus sit, sed & Acatholicus, nisi ex antecedentibus, & consequentibus, vel ex aliis, ut par est, complanetur. Christus apud Matthæum (*d*) *Iterum dico vobis: Facilius est camelum per foramen acus transire quam divitem intrare in Regnum Cælorum*. Horum littera Novatianam hæresim præsefert; nimirum impossibilem divitibus æternam salutem; proindeque irremissibilia eorum peccata. Verum si antecedentia ibidem perpendas, ac sequentia, sensus est omnino catholicus. Versu 23. *Dives difficile intrabit in Regnum cælorum*: Versu 26. *Apud homines hoc impossibile est: apud Deum autem omnia possibilia sunt*. Verum quid, si prædicantem audires? „ E' più facile (Cristo lo dice) che un „ Cammello, animale sì grande, passi pel foro di un ago, che un ric„ co si salvi: E' certamente impossibile. " Quo tuus zelus excederet? Certe aut conclamares hæreticum, aut mitissime omnino insipientem.

304. Supra laud. Joannis locus ex illis est, qui nequeat juxta litteram absolute prædicari; sensum enim ingeret apertissime falsum. Christus quippe Apostolos alloquens non dixit: *Opera quæ ego facio, & vos facietis:* forte possemus hoc modo in Apostolis alios Sanctos subintelligere. Sed dixit: *qui credit in me &c.* Omnem Fidelem notat littera. *Sed hoc durum est, absurdum est*. Quod ut videas expressius, audi declamantem: „ Cristo, sì egli medesimo, e colla sua santissima bocca ci dice: Chiun„ que crede in me, farà i miracoli, che io faccio: anzi più: opererà più „ maravigliosi prodigj de' miei. Singolarissimo privilegio di nostra S. Fe„ de! basta sol solo credere, per esser un Taumaturgo. " Quo modo hunc exciperes? Ira & rabie, aut risu & cachinnis? An potius cum Eliphaz Temanite (*e*) experireris: *In horrore pavor tenuit me, & tremor, & omnia ossa mea perterrita sunt. Et inhorruerunt pili carnis meæ*. Hoc enim pacto & perditissimi Peccatores, sed Fideles, in miracula erumpent & mirabiliora, quam Christus. Horret manus scribendo!

305. Quemadmodum igitur sup. laudata (*f*) Matthæi sententia de Divitibus est ex aliis locis complananda; ita & hæc Joannis restringenda est duplici nexu. I. Intelligendum τὸ *qui credit* de Fidelibus solis per Fidem

(*a*) Vid. sup. num. 296. (*b*) 2. Corinth. 3. 6. (*c*) Lib. 3. de Doct. Christ. cap. 5.
(*d*) Cap. 19. 24. (*e*) Job c. 4. 13. (*f*) Num. 303.

Fidem operantibus caritate perfectam, ac in gradu heroico; & ut a Lapide hìc, *De Apostolis, ac viris Apostolicis*. II. Quod eà patrent prodigia virtute superna a Christo accepta, & ceu caussæ ministeriales. Unde hic sensus verborum Joannis: „ qui credit in me excellentissima caritate sus„ fultus, *operabor* per eum prodigia meis consimilia, & majora. Majora inquam, quo ad apparentiam; majora quo ad mirabiliores effectus, quos progignent &c. Sed una, eademve virtus erit divina, miraculorum operativa, & in Christo solo, & per Sanctos. Hinc merito Augustinus (*a*) *Non se extollat servus supra Dominum, nec discipulus supra Magistrum. Majora, quam ipse fecit, dicit eos esse facturos; sed in eis, vel per eos se faciente, non ipsis tanquam ex se ipsis; ei quippe cantatur in Psalmo: Diligam te, Domine, virtus mea. Sed quæ sunt tandem ista majora? An forte, quod ægros, ipsis transeuntibus, etiam eorum umbra sanabat? Majus est enim, ut sanet umbra, quam fimbria. Illud per se fecit, hoc per ipsos, sed tamen utrumque ipse*. Idipsum alii Patres præstiterunt, ut num. 28. ex Maldonato observas.

306. Hisce perpensis, sanum tibi apparet, *absolute & simpliciter* institui comparationem (quæ suapte natura exigit esse inter similia) inter Deum hominem & puram creaturam, extrema prorsus dissimilia & improportionata? Et sanum videtur, nedum comparare, sed & præferre homini Deo puram creaturam; ut de hac *absolute* exprimatur, quod mirabiliora præ illo patraverit? Annon recordaris, caussam principalem ex toto genere suo (Scholæ tecum voces adhibeo, qui Scholasticus es) caussa instrumentali esse perfectiorem? Quod si Sancti caussæ ministeriales sunt miraculorum, unice Deus caussa principalis; qui fieri potuit, ut unam alteri compares, quinimo & principalem ministeriali postponas? Si *majora*, quæ Sancti operari videntur, nonnisi Christus operatur per eos; qua ratione absolute proferri valet, quod majora operentur præ Christo? *Cui assimilatis me*, per Isaiam Deus, (*b*) *& adæquastis, & comparastis me, & effecistis similem*? Quid dicturus, cum postpositum audierit se?

307. Si puerum ignarum omnino scribendi, qui tamen optimos caracteres formaret, manum manu sua dirigente Magistro, vellet quis celebrare, quod similem hanc haberet cum Magistro peritiam, rideres ridiculum hunc Encomiastem? Ad rem nostram. Majorem influxum habet in caracteres puer, quam Sancti in sanandis ægrotis, in suscitandis mortuis &c. præsertim si unice sint moralia instrumenta miraculorum, quod verius credo. Si igitur puer ille comparandus Magistro non est, multo minus præferendus; vide, quam procul a veritate aberraveris, dum carpis mea: Dee far errore l'udir alle volte somiglianti strabocchevoli encomj, essendo talun giunto fino ad esaltar le azioni e i miracoli di un Santo sopra quei del Signor nostro Gesù Cristo?

308. Quid plura? Ipsemet nolens Pritanio subscribis num. 26. „ Quo„ modo autem hæc præstantia operum Discipulorum Christi summæ ipsius „ Christi excellentiæ nihil detrahat, optime declarat Augustinus loco ci„ tato (*c*)... Quia & illa majora, quæ illi facturi erant, non per se „ ipsi,

(*a*) Tract. 71. in Joann. (*b*) Cap. 46. vers. 5. (*c*) Tract. 71. in Joann. quem vide sup. num. 305.

, ipsi, sed ipse per eos facturus erat. " Igitur, & te judice, si hoc pacto ex Augustino, aliisve Patribus limitanda, & explicanda ducis ea: *Majora horum faciet*, ne detrahatur excellentiæ Christi; jam aperte fateris, non esse ad litteram prædicanda, præsertim vulgari sermone; sed necessario adhibenda explicatio sit hoc modo: Majora horum faciet, Christo faciente, ut faciat. Reapse autem Orator ille minus prudens certe detraheret summæ excellentiæ Christi, qui crude prædicaret, S. Petrum e. g. mirabiliora præ Christo perfecisse. Quid hoc enim encomio sibi vellet, nisi huic illum præponere, & anteferre? Si hæc sustineas audire, durissimæ sunt tibi aures, sicut & in scribendo manus. Profecto in hoc tuo Capite *ea, quæ præter ordinem, ut tibi libitum est, interponis, non tota & integra fideliter ponis; sed concidis ubi vis; tollis quod vis; jungis quomodo vis: sed fac quidquid vis; convictus & victus apparebis, ut non vis*. (a)

CAPUT XIII.

Decentissime, atque utiliter venerari Sanctos spissis luminibus, pretiosis donariis, aliisque ornamentis.

PRITANIUS.

309. ORdiris num. 1. „ Non crediderim, Pritanium Orthodoxum, & „ eruditum virum simpliciter improbare. " Siste, Pater, siste: *Cohibete vos, quæso, cum falsis & noxiis laudibus vestris*. (b) Usquenum facilius fors judicasti, Augiæ stabulum purgare a sordibus, quam Pritanii ab erroribus mentem, & nominas me Orthodoxum & eruditum? Apagesis. Timeo laudes, non calumnias tuas. Optabilius mihi, ut inceptum morem prosequaris. Crasse scrupulosum desidero te, ut scrupulos tuos facilius extirpem, ac perdam. Age.

310. Num. 6. scribis de me: „ Etenim (c) de iis queritur, qui sem„ per suadent Novene, Feste, ornamenti in onore di quel tale Santo. " Bene, mi Pat. bene: inceptum iter prosequeris. Numquid mea *verba garrire te sinerent, quæ non ob aliud* (apparet) *præteriisti, atque tacuisti, nisi ut tibi in istis latiora* (calumniandi) *spatia præpares?* (d) Relege omnia mea, & evanescet calumnia tua. Secondariamente si trovano persone talvolta, che fanno in certa maniera consistere nelle Divozioni verso i Santi *il principal impiego del Cristiano*, istradando per questa via chi pende dalle loro istruzioni, e *consigliando sempre Novene, Feste, Ornamenti in onore di quel tale Santo*, che più lor preme; mentre altri fanno lo stesso per guadagnar seguaci ad altri loro Santi, esaltando ciascuno

(a) Aug. lib. 3. oper. imp. num. 142. (b) Ibid. lib. 2. n. 236. (c) Cap. 20. pag. 275. (d) Aug. lib. 5. oper. imp. num. 15.

ſcuno ſopra gli altri la poſſanza e virtù del proprio. Si oculos habeas, certiſſime hìc me conqueri vides „ de iis, qui ſemper ſuadent Novendia-„ lia, Feſta, & ornamenta in honorem alicujus Sancti; " ſed de illis (da dociles aures) *che ſanno in certa maniera conſiſtere nelle Divozioni verſo i Santi*, nelle Novene, nelle Feſte, negli ornamenti *il principal impiego del Criſtiano*. Et quidem, te neutiquam repugnante, non conſiſte il principal impiego del Criſtiano nelle Divozioni verſo i Santi, ſed in eo: *Si vis ad vitam ingredi, ſerva mandata: diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo: Diligite alterutrum &c.* Profecto *Bonum* quid, & *utile* ſunt Sanctorum Invocatio & cultus: *Porro unum eſt neceſſarium.*

311. Sed iterum lege: (*a*) Ma ſe non è a noi permeſſo interrogar ſu queſto punto i Santi, che ſoggiornano nel Cielo, poſſiamo ben conſultar i loro libri, e farci iſtruire da i Santi viventi, che mai non mancano, e da tanti pii e dotti Direttori delle coſcienze. Queſti loderan la Divozione a i Santi (proinde Novendialia, Feſta, Ornamenta; impoſſibile enim eſt, ut ex tot tantiſque nemo hæc conſuluerit, aut conſulat) e ci eſorteranno alla loro invocazione; ma ſopra tutto v' intoneranno eſſervi neceſſario l' applicarſi a quella ſoſtanzial Divozione, che ſola può guidare al Cielo, e ſenza di cui la nave noſtra non arriverà al porto.

312. Quid eſt, quod num. 8. comprobandum aggrederis: „ Decentiſſi-„ me & non inutiliter honorari Sanctos Luminaribus, Splendoribus, Do-„ nariis aliiſque ornamentis? " Quorſum hæc tanto apparatu? Ridens, bone Pat. fors in corde reponis: *Adverſus redivivum in Vigilantio Pritanium*. Etenim „ de cultu iſto exteriore Sanctis honorandis exhibito, pa-„ rum commode loquitur Lamindus Pritanius in libro *della Regolata Di-„ vozione*, Reformatoris perſonam aſſumens. " (*b*) Et oh ſcrupulos deteſtabiles! Nonne tu ille es, qui numero eodem de me ſcribis: „ At „ vero quamvis Ludovicus Ant. Muratorius in quadam Diſſertatione olim „ edita (*c*) & ornatum Templorum, & diurnum in eis Luminarium „ uſum contra Ottium Calviniſtam defendat " *Nonne his verbis tuis te ipſe redarguis?* (*d*) Si hæc contra Calviniſtam defendo, qua ratione ſenex in Vigilantio renaſcor? Si quid obſcuri videretur in libello *Della Regolata Divozione*, omnis exigebat lex æquitatis, ut ex laud. Diſſertatione mea impræſentiarum dijudicaretur opinio. Annon recordaris 45. Regulæ juris in 6. *Inſpicimus in obſcuris, quod eſt veroſimilius?* Annon veroſimilius, ut eadem hìc obſcure traderet Pritanius, quod nimis dilucide olim coram Catholico orbe & Acatholico profeſſus eſt? Verum quid, ſi in libello eodem clariſſime liqueret ſana Fides Pritanii? Profecto ſubintraret lex naturæ: *Quod tibi fieri non vis, ne feceris alteri*. At cum ſcrupuloſo, qualis es, ſecus agendum.

313. Agedum: ad quæſtionem, mi Pat.: Profer mea, ex quibus colligi putas num. 5. quod „ de cultu iſto exteriore, Sanctis honorandis „ exhibito, parum commode loquar. " Num. 6. hæc producis: (*e*) Che ſolo ad una apparenza ſi ridurrà il far ardere doppieri e candele ſugli Altari, ſe ne' cuori non ſi troverà fiamma alcuna di amor di Dio.

O (*a*)

(*a*) Ibidem pag. 277. (*b*) Ais n. 5. (*c*) Diſſertat. 16. tom. 1. Anecdot. (*d*) Aug. lib. 4. cont. Jul. c. 16. n. 79. (*e*) Ex pag. 276.

(*a*) Hæc quidem mea. Verum si scripsissem solummodo", che solo ad una apparenza si ridurrà il far ardere doppieri e candele su gli Altari, juremerito paterer sociari Vigilantio. At subdidi: Se ne i cuori non si troverà fiamma alcuna di amor di Dio. Itaque persuasum me præfero, si interiori in Sanctos Pietate cereis Altaria resplenduerint; tunc quidem mihi non si ridurrà ad una apparenza ec. Cernis, quantum distet a Vigilantio Pritanius, qui omnem ejusmodi pompam exosam habuit? Sed expressiora accipe, ut sentias, quam gravibus præjudiciis occupatum te mea impetere, aut quæ non legis, aut non intelligis. Ibidem & immediate scribo: Pieni essi (*Santi*) di gloria nel Regno celeste non han bisogno alcuno de' nostri lumi, nè delle nostre pompe terrene, quando queste sien fatte per vanità e per altri fini mondani: POTENDO EGLINO (adtende) SOLAMENTE GRADIRLE, qualora ne venga vera gloria a Dio colla riforma de' nostri costumi ec. Audes hic mussitare? Perspicis, quam aperte, quam clare Luminaria & Pompas Sanctis fateor accepta, si ex vera Pietate oriantur; eisque dumtaxat fateor perosa, quando queste siano fatte per vanità e per altri fini mondani? Eja, dic Vigilantio: *vale*; & te saltem *Dormitantium* fatearis, quando me impugnare animus fuit. *Non, quomodo vis, judicant, qui legunt*. (*b*)

314. Et quidem scripsi: Se ne i cuori non si troverà fiamma alcuna di amor di Dio: &: quando queste siano fatte per vanità ed altri fini mondani. Hæc certe scriptura me docuit. De Judæis querebatur Deus: *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me*. (*c*) Aversabatur Deus, quas præceperat, orationes labiorum? Oderat solum cor vacuum omni Pietate, ac proinde etiam labiorum orationem, quæ ab interiori Pietate pretium sumit. Ut merito Augustinus: (*d*) *Quam multi sonant voce, & corde muti sunt: & quam multi tacent labiis, & clamant affectu; quia ad cor hominis aures Dei*. Isaias item (*e*) ex persona Dei: *Incensum abominatio est mihi. Neomeniam & Sabbatum & Festivitates alias non feram... Solemnitates vestras odivit anima mea*. Annon Deus ipse hæc servanda præceperat? Et quidem. Ex quo igitur adversus eadem odium tam amarum? *Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt*. Audiatur a Lapide in eumdem locum ex persona Dei: „ Quia licet in se bonæ sint, & a „ me præceptæ; tamen quod a vobis offerantur, mihi displicent. I. Quia „ vos impuro corde, plenoque peccatis eas offertis: Manus enim vestræ „ sanguine plenæ sunt, ut sequitur: nam *victimæ impiorum abominabiles* „ *Domino, vota Justorum placabilia*. (*f*) II. Quia in externis illis sacrifi- „ ciis omnem sanctitatem ponitis, atque internam, quæ vera est, negli- „ gitis. Immo putatis vobis impune licere rapere, inebriari, fornicari „ &c. eo quod peccata hæc victimis vestris expiare cogitetis. " Sanctissime igitur a me scriptum: Che ad una apparenza si ridurrà il far ardere candele su gli Altari, se ne' cuori non si troverà fiamma alcuna di amor di Dio: Non han bisogno delle nostre pompe terrene, quando queste siano fatte per vanità e per altri fini mondani.

315.

(*a*) Profer etiam mea ex cap. 23. pag. 336. 339. sed de his 3. part. cap. 3. & 9.
(*b*) Aug. lib. 1. oper. imperf. num. 8. (*c*) Matth. 15. ex 29. Isaiæ. (*d*) In Ps. 119.
(*e*) Cap. 1. (*f*) Proverb. 5. 8.

315. Scribis num. 29. „ Sed quid reponemus Pritanio dicenti : Pieni „ essi di gloria nel Regno celeste non han bisogno alcuno de' nostri lumi, nè delle nostre pompe terrene, quando queste siano fatte per va- „ nità e per altri fini mondani? " Ne graveris, quid reponas, perpendere : adtende, ut mea percipias. I Santi non han bisogno de i nostri lumi &c. hæc nihil aliud significant, quam *nolunt*, *aversantur*, *non delectantur*. Quæ num. superiori Isaias expressit : *Abominatio* : *Odivit* : *Non feram*, in occasione pari : *Non han bisogno* scripsi. Reapse autem & in familiari sermone præsertim cum iratus dicit : *Tuis non indigeo*, eadem dicit ac : *Aversor tua*. Profecto irascerentur, si possent, Sancti in illos, qui *ex vanitate* & ob *carnales fines* eorum Festa peragerent; & Dei voces adhiberent ex Isaia : *Solemnitates vestras odivit anima nostra*; *manus enim vestræ vanitate plenæ sunt* &c.

316. Cæterum quovis sensu me scribentem velis, Hieronymum accipe, Bernardum, & Plazzam. Primus adversus Vigilantium libro ait : *Neque enim Christus indigebat unguento, nec Martyres lumine cereorum. Et tamen illa mulier in honore Christi hoc fecit, devotioque mentis ejus recipitur. Et quicumque accendunt Cereos, secundum fidem suam habent mercedem*. Laudatur mulier, haud quidem præcise quia Christi unxerit pedes, sed *Devotio mentis ejus recipitur* : laudantur Cereos accendentes; sed quia interior ardet Pietas cordis : *Secundum fidem suam habent mercedem*. Bernardus : (*a*) „ Quo eis præconia nostra? *Pleni sunt*. Prorsus ita est dilectissimi : *bono-* „ *rum nostrorum Sancti non indigent*; nec quicquam eis nostra Devotione „ præstatur. Plane quod eorum memoriam veneramur, nostra interest „ non ipsorum. " Num. 34. prosequeris : „ Nostra igitur interesse dici- „ mus cum D. Bernardo & istum splendidum & ornatissimum Cultum, „ qui Sanctis in Catholica Ecclesia passim exhibetur. Nostra, inquam, „ tum scilicet eorum, qui cultum istum *pio & sincero corde* procurant; „ tum etiam qui eumdem cultum *Fidei oculis* contemplantur &c. " Sapienter quidem Pietatem desideras cordis & Fidem, quæ facem præferat venerationi. Sed hæc quid aliud sunt, nisi mea : Potendo eglino solamente gradirle, qualora ne venga gloria a Dio ec. En Pietas cordis, quod dicis : *Corde pio & sincero* : & ea propter scripsi, Sanctos aversari nostra lumina ac pompas, quando queste siano fatte per vanità ed altri fini mondani? Ista certe hoc modo exhibita, nec *a pio & sincero corde* prodeunt, nec *Fidei oculis contemplantur*, sed vano corde ac mundano, & oculis Carnis. *Vide jam, quod videre nolebas, istam quam movisti, solutam esse quæstionem*, & a te, cariss. Plazza, & pro Pritanio, quem a tuis scrupulis vindicas copiose. (*b*)

317. Sed videamus, quid meis reponas : Pieni essi ec. (*c*) Ais n. 29. „ I. Nullum omnino esse opus externum, ex genere tuo Pium, quod „ præpostero fine vitiari non possit. " Mecum loqueris. Idcirco scripsi : Non han bisogno ec. quando siano fatte per vanità. En pravum finem, quo vitiantur. Idcirco scripsi : Potendo eglino gradirle, qualora ne venga vera gloria a Dio. En optimum finem. „ II. Nec etiam Sanctos in-

(*a*) Sermone 5. in Festo omnium Sanctorum. (*b*) Augustin. lib. 5. cont. Jul. cap. 3. n. 8. (*c*) Vid. sup. n. 315.

„ digere his aliisque nostris officiis, etiam si rectissimo exhibeantur fi-
„ ne. " Neque hæc scribere somniavi, uti nec Hieronymus, Bernardus,
& Plazza modo laudati: „ III. Et præcipue (*intenti ora teneamus*) pes-
„ simam fore consequentiam, quam pro sua Reformatione inde deduce-
„ ret Pritanius: *Non ergo hæc obsequia Sanctis placent: non eis præstanda*
„ *sunt a nobis.* " Vide, quam liberaliter tecum agam. Hanc tibi *pessi-*
mam consequentiam lubentissime amplector ceu optimam, ceu verissimam.
Hisce auditis, *triumphas tamquam de hoste victo* (a) *Sed adtende aliud,*
adtende quod non vis. (b) Efformetur ratiocinium, & iterum mea ponan-
tur *pro Antecedenti*, ut *pessima* tibi *consequentia* videatur: „ Non han
„ bisogno alcuno de' nostri lumi, nè delle nostre pompe terrene, quan-
„ do queste siano fatte per vanità e per altri fini mondani. Non er-
„ go hæc obsequia Sanctis placent: non eis præstanda sunt a nobis. "
Cariss. Plazza: *Ita non intelligis, quid loquaris, ut non videas,* (c) hanc,
quam nominas *pessimam consequentiam*, sanctissimam esse? quænam, ama-
bo te, sunt *hæc obsequia* in consequenti? Nempe ea, de quibus in An-
tecedenti: Che son fatti per vanità e per altri fini mondani. Et ista
absque ulla Pietate exhibita, sed ex corde vano, Sanctis non displice-
bunt? Placebunt igitur? Erunt eis exhibenda? Et quidem erit hoc tibi
affirmandum, si *pessima* sit ea *consequentia*, ut ais. *Hæccine monstra cogita-*
tionum ascendunt in cor vestrum? (d)

318. Scribis num. 36. „ Quamobrem, etsi qui ejusmodi pompas & ap-
„ paratus Sanctis accurant, interdum peccent, & exorbitent; non ideir-
„ co reprehendenda ista sunt in Ecclesia. " Num reprehenderim, nosti.
Imposterum, *Quod dixi, mihi objice, ut purgem; nam si & quod non di-*
xi, mihi objicis, quando finimus? (e)

CAPUT XIV.

Et si oporteat Sanctos imitari, cultum tamen Sanctorum, per se spectatum, honestum & utile esse posse etiam Peccatoribus.

PRITANIUS.

319. TUum hoc caput legens subrisi. At ille, qui mecum erat: quid caussæ, ut rideas? Quid caussæ est, ego? P. Plazza in suo hoc Opere, ut infamaret libellum *della Regolata Divozione*, Vigilantium advocavit, Lutherum, Calvinum, ipsos quoque Judæos &c. Sed horum minime

(a) Augustin. lib. 4. contra Julian. cap. 3. num. 6. (b) Ibidem lib. 2. cap. 5. n. 14.
(c) Ibidem lib. 3. cap. 19. num. 41. (d) August. lib. 2. cont. Jul. cap. 8. (e) Ibid.
lib. 4. cap. 1. num. 4.

me contentus, condimentum apponere festinavit, quo & ipse plurimique ex suis magnopere delectantur; & adeo, ut insipida eis appareat lucubratio omnis, nisi hoc sale condiatur. Ille: Gordium nodum mihi præteferre videris: quid sibi *Condimentum?* quid *Sal?* O bone, ego. Oblitus es, quot quantosve ex Sociis Plazzæ, dum in suos irruunt adversarios, subito incunctanter, saltem obtorto collo, trahere nituntur, ac festinant ad Baii Scholam, Jansenii, Quesnelli? Jam in hoc capite Plazza nimis aperte Bajum introduxit, & Quesnellum: brevi & subintrabit Jansenius. At quod mirabilius, nullum est genus Scriptorum, qui ipsis sint in doctrina adversi, Sapientissimi sint, Catholici, & prope suprema dignitate excellentes; hi, inquam, effugere neutiquam valent, quin saltem Bajanismi fuligine tincti prædicentur, Jansenismi &c. Tum ille: Et ego pluries mecum solus eadem cogitavi. Sed percepistine unquam (tantillum digrediamur) intolerandam temeritatem *Auctoris Bibliothecæ Jansenianæ*, qui & sodalis est tui scrupulosi Adversarii? Arrogat sibi, & usurpat, alios violatæ Fidei damnare, quos nec subditos unquam novit, nec valebit. Crescit temeritas! Quam Roma post rigidam inquisitionem sanam doctrinam crediderat, ipse nullo delegante, judicium retractans, ex tripode noxiam vulgavit. Supercrescit temeritas adamantinæ frontis! Jam noverat idem Auctor doctrinam eam, quin nigro Romæ albo signatam lapillo; & eousque ut Scriptor ille Purpura donaretur & gloria: noverat & hujus celebratam toto Orbe Sapientiam, quam Catholicis in hoc fœderati Acatholici mirabundi suspiciunt. Et omnia isthæc minime deterrere potuerunt Bibliothecæ Auctorem, quin Cardinalem Norisium inter Jansenianos Scriptores in sua Bibliotheca adnumeraret. Apage incredibilem temeritatem! Verum id gratius accidit, quod Bibliotheca isthæc Romano Cælo fulgurita gemat in tenebris sub tanto Pontifice Sum. Motore, BENEDICTO XIV. feliciter regnante, veri & æqui scientissimo, necnon tenacissimo. Justissimam pœnam talionis! ut hoc ipse patiatur, quod fors optabat inferre. Quem merito pro sapientissimo Filio moneat Augustinus: (a) *Usque adeone surdus es, ut ista non audias? usque adeo cæcus, ut ista non videas?* Nil autem mirum, ab eo hoc modo exceptum Norisium; Etenim ex ejus Sodalibus plures nec Parenti illius Sanctissimo, Doctori maximo, Augustino pepercerunt. Nimirum dicteria, convicia & si quid pejus tot in hunc plena manu congesserunt, ut omnem prorsus superet humanam fidem. Legisti jam Norisii Augustini vindicias. Macte igitur animo: Habes, in quo gaudeas, & læteris. Quod Bajum induxerit Plazza, & Quesnellum, pauci facias: quinimo & exsulta. Apud Cordatos, Sapientesque omnes ineluctabile est, eritque hoc ratiocinium: „ Ex Societate quidam „ Bajanismi &c. insimulant Auctorem N. N. Hic igitur largissime distat „ ab Erroribus Baii &c. " quod tumet supra scripsisti.

320. Grates tibi non modicas. Verum qua ratione irruperint Bajus, ac Quesnellus plene non video, mea considerans ad amussim omnia veritatis efformata. O millies bone, ille: ut a labore te relevem, brevius dicam. Eos in scœnam vocavit Metaphysica Plazzæ, & Scrupuli. Homo hic, ut reor, ab adolescentia sua incola est Metaphysici Regni, in quo Scho-

(a) Lib. 2. Oper. imp. num. 222.

Schola tua tenet Principatum. Jam autem nosti hujusce Regni habitatores duobus potissimum vivere, videlicet *Abstractionibus objectivis*, & *formalibus*, sive *Præcisionibus*. Vis experiri, quam Metaphysicus sit Plazza? Num. 8. ait: „ Verum tamen & illud vicissim pronuntiamus, Sanctorum Cultum *per se spectatum* (*en Abstractio formalis*, *quæ formam* „ *considerat a Subjecto sejunctam*, *sive cultum separat a Cultore*) & ab eo„ rum imitatione sejunctum. " En objectiva abstractio, qua reapse statuit cultum aliquem absque reali imitatione. Certe igitur in tuo libello evolvendo Metaphysicum egit P. Plazza *objectivas abstractiones* adhibendo; *quædam enim legit*, *quædam legere omisit*, quæ quidem necessaria erant integro sensui percipiendo. Dilucidius admisisti vel in Peccatoribus ipsis veram Pietatem: hæc autem, quæ te apud ipsum immunem præstitisset ab omni nota Bajanismi, & Quesnellianismi, Plazza ex objectiva abstractione legere prætermisit. Hoc autem modo, inquio, & quivis valeret & ex sacra Scriptura Atheismum prædicando docere, nempe: In Psalmo legitur (*a*) *Non est Deus*. En Atheismum; sed omisso: *dixit insipiens in corde suo*. Ille: Ita prorsus. At hoc pacto Auctores legere, quis erit innocens, sanæque doctrinæ? Plazzæ etiam scrupuli, ut Bajus subintraret, effecerunt. Scrupulosi nimirum (& ii potissimum, qui culicem excolantes deglutiunt camelum) pene semper, ni velis semper, in objectis rimantur malum, quod vel nullum est, vel levissimum. Quem enim latet, scrupulosos lethalem credere culpam, quæ venialis dumtaxat est, vel nulla? Suis igitur scrupulis vidit in tuo libello nescio quam in Sanctos Pietatem *vitiosam*. Hoc verbulum e sipario vocavit in scœnam Bajum, ac Quesnellum. Iterum macte animo: cœptum opus prosequere; fors ejus scrupulos dissipabis. Tum ego: Libens tua jussa exequar, qui magno me labore levasti.

321. Ad te volui istud perferre colloquium. Fors resipueris ab hoc tuo more scribendi. Sed ad tuos extirpandos scrupulos regrediamur. Quam exigis in Pritanio fidem, ut a nota absolvas Baii, & Quesnelli? Annon tibi sufficit, si & in Peccatoribus Pietatem veram admiserim? Et quidem. Igitur *adtende, quid dicam. Hoc si tu intellexeris, & veritati repugnare nolueris, ab hac contentione in hac quæstione cessabis*. (*b*) I. Hæc scribo: (*c*) Allora la Divozione nostra si scorge di *ottimo metallo*, che serve a renderci di *cattivi* buoni. II. (*d*) Se specchiandoci ne' Santi siamo incitati ad abjurar la vita nostra troppo diversa da quella de' Santi, affin di camminare per la via stretta e sicura da essi eletta, che infallibilmente mena al Paradiso, e non già per la larga e pericolosa del mondo, che guida alla perdizione: rallegriamoci di questa Divozione, perchè veramente salutevole alle anime nostre. Peccatores ii sunt, qui arctam monentur ingredi viam, latamve perditionis delerere: Justi eam calcant, hanc calcare desierunt. III. Se invochiamo l'ajuto de' Santi, affinchè c' impetrino da Dio un verace pentimento de' nostri falli: Il superar le tentazioni: Lo spogliarci di un' abito vizioso: L'acquistar una virtù, che ci manca, e così discorrendo: soda e ben im-

(*a*) 13. vers. 1. (*b*) Augustin. lib. 5. oper. imp. num. 39. (*c*) Cap. 20. pag. 268. (*d*) Pag. 269.

impiegata sarà allora la nostra Divozione: Se le Feste de' Santi sveglieranno ardore in noi, per accostarci con vera disposizione a i Sacramenti, e riportarne a casa maggior amor di Dio e del Prossimo: sarà fruttuoso per noi l'ossequio prestato alla memoria de' buoni Servi del Signore. Cuncta isthæc enumerata in Peccatoribus esse queunt. Fateor itaque in eis veram in Sanctos pietatem. Hanc autem nomino *di ottimo metallo: Soda e ben impiegata: Salutevole alle anime nostre. Contentiose, quid quæris amplius?* (a)

322. Num. 13. ut comprobes & in peccatoribus posse inveniri verum Cultum Sanctorum, ais: „ Nec Tridentinum (b) definiens, *Bonum atque „ utile esse suppliciter eos invocare*, distinguit inter Justos & Peccatores. " Tibi igitur licet, ex quo Tridentinum non distinguat Justos inter & Peccatores, tuto colligere, Peccatores etiam posse ex vero cultu Sanctos invocare. Cum itaque non distinguat Pritanius inter eosdem, in hisce omnibus veram profitetur posse inveniri Pietatem. Quam satis in tuto Pritanius a tuis scrupulis! Sed & peccatores expresse nominavi, in quibus esse queat vera pietas: Allora la nostra Divozione si scorge di ottimo metallo, che serve a renderci di *cattivi* buoni. Annon erunt tibi idem *cattivi* e *Peccatori*? Sed aliud accipe argumentum decretorium, quo ad nihilum redigatur doctrina Baii, & Quesnelli in Pritanio. Meum non est: tibi rependo grates, qui subministras.

323. Num. 12. hoc ratiocinio impetis me, & irruis, ut evincas etiam a peccatoribus ex vera pietate Sanctos posse invocari: „ Præterea certo certius est, peccatores ad beneficia tum corporalia, tum maxime spiritua- „ lia obtinenda laudabiliter, & utiliter Deum orare nedum posse, verum „ etiam debere... Certum igitur esse debet, a peccatoribus ad eadem be- „ neficia facilius obtinenda, laudabiliter, & utiliter invocari Sanctos, seu „ implorari auxilium Sanctorum. Hoc enim idem est, ac Deum orare me- „ dia intercessione Sanctorum... Invocatio autem Sanctorum, qua nos eo- „ rum ope indigere profitemur, ad ipsorum cultum maxime spectat. " Optime prorsus, mi Pater. Sed modo *restat, quod non vis, sed cogeris confiteri*. (c)

324. Si in peccatoribus itaque veram erga Deum pietatem admiserim, sincerumve cultum, qui queant, ac debeant Deum precari pro obtinendis beneficiis præsertim spiritualibus; consequens tibi erit infallibile, in eisdem veram me admisisse pietatem erga Sanctos. Aperi libellum meum (d) leges: Utile eziandio è, ed in oltre di obbligo per le Feste di precetto, che intervenga alla Messa ancora chi si sente reo *di grave peccato*.... Con tutto ciò anche il peccatore assistendovi *con buon cuore*, e benchè indegno *offerendo a Dio l'immacolata vittima del Redentore*, può sperare ajuti ed ispirazioni, per pentirsi daddovero, e per disporsi col pentimento a ricevere l'assoluzione da i Sacri Ministri nel tribunale della Confessione. Allora anche *il Peccatore ha da alzar la mente a Dio*, benchè sdegnato contro di lui, *per pregarlo de' suoi efficaci lumi ed ajuti*, che il muovano a ravvedersi, e a rimettersi nella via della giustizia e della salute. *Iddio supplicato di cuo-* re

(a) Aug. lib. 5. oper. imperf. num. 25. (b) Sess. 25. de Invoc. Sanct. (c) Aug. l. 4. contr. Jul. cap. 16. n. 83. (d) Cap. 15. pag. 188.

re dagl' indegni, non lascerà cadere in terra le lor preghiere. Fateor igitur clarissime veram in Deum pietatem etiam in ipsis peccatoribus expresse nominatis; & adeo veram, ut de illa significanter scribam: Iddio supplicato di cuore dagl' indegni *non lascerà cadere in terra le lor preghiere*. Igitur in peccatoribus iisdem veram pietatem professus sum. Te enim judice, ex quo possit peccator, debeatque Deum exorare, colligis: „ Certum igitur esse debet, peccatoribus ad eadem beneficia facilius obtinenda laudabiliter & utiliter invocari Sanctos. Hoc enim idem est ac „ Deum orare media intercessione Sanctorum. "

325. Num. 8. has exigis in Cultu Sanctorum conditiones: „ Ut sit ex „ recta Fide, & sincero pietatis affectu emanet. " Et ita, ais: „ Honestum & laudabile opus esse adhuc in peccatoribus; iisdemque prodesse „ quadantenus ad salutem corporis, & animæ. " Profecto *ex recta in Deum Fide* est, & *ex sincero pietatis affectu*. Assistere alla Messa *con buon cuore*: l' offerire a Dio l' immacolata vittima del Redentore: alzare la mente a Dio, per pregarlo de' suoi efficaci lumi ed ajuti: poter sperare ajuti ed ispirazioni per pentirsi daddovero: per disporsi col pentimento a ricevere l' assoluzione da i sacri Ministri nel tribunale della Confessione ec. Annon hæc sunt opera laudabilia, quæ exigis? E se Iddio supplicato di cuore dagli indegni non lascerà cadere in terra le lor preghiere; *jam quadantenus*, ut ais, *eis prodest ad salutem animæ, & corporis* pietas hujusmodi & cultus. Admisi igitur in peccatoribus veram erga Deum pietatem. Proinde, ut tumet colligis, & in Sanctos. Ex his: Si lethalis culpæ status, quod fateor, nequaquam Fideles prohibet, ut Deum vera pietate quærant, quærantve ab eo beneficia salutaria. Multo amplius fatebor, neutiquam prohiberi, ut Sanctos vera pietate venerentur, quosve pro se Intercessores adhibeant apud Deum. *Vanum est ergo, quod dixisti. Itane nondum respicis, nondum expergisceris?* (a) *Habesne, ad ista quid dicas?* (b) Quæso tamen, ne dixeris, quod supra laud. meum Caput XV. eaque ex Cap. XX. jam memorata, aut non legeris, aut non adverteris sensum verborum. Cave, inquam, ne dixeris. Qui Catholicum Sacerdotem, doctrina celebratum, & pietate, publica hac tua censura acri, & crudeli impetere cogitabas, prius Christiana caritate libellum meum volvere, revolvere, & iterum; sensus meos, alioqui planos, introspicere, si possent ad sanam mentem revocari. Cum id evenire non posse cognosceres; tunc quidem, veritate cogente, zelum tuum armando adversus me, plurimum apud Deum promeruisses, & apud homines. E contrario impetis in me, irruis, irrumpis, & si quid pejus (nec adversus pestilentissimum hæreticum vehementius potuisses) clarissimos mei libelli sensus non percipis, ac si numquam legisses, calumnias nimium apertas effuse congeris. Quid hoc? Præjudiciis obrutus & plurimis, zelo excedente, exæstuante & nimium; nil mirum, si ex Andabatis unus credis Pritanium ferire, & tumet ruis in præceps.

326. Facessant itaque, facessant, quas comminisceris, oppositiones saltem inconsideratæ ex Tridentino, (c) ex Baii Thesibus (d) & Quesnelli.

(a) August. lib. 1. contr. Julian. cap. 8. num. 41. (b) Ibid. lib. 2. cap. 5. num. 14.
(c) Sess. 6. can. 7. (d) 35. 40.

nelli. (*a*) In peccatoribus bona opera admitto & plurima, & supernaturalia. Tridentinum vero in eos agit impie asserentes, *omnia peccatorum opera vera peccata* esse, *vel odium Dei mereri:* effutiebant Bajus, Quesnellus: *Omne, quod agit peccator, peccatum est*. Minus a terra cælum, quam ab hisce erroribus doctrina Pritanii. Igitur *non quomodo vis, judicant qui legunt*. (*b*) *Sed falleris, sive calumniando, sive non intelligendo, vel potius non legendo ea, quæ dixi*. (*c*)

327. Potius tua isthæc censura videtur ferire P. Segneri, qui a peccatoribus omnibus veram pietatem erga Virginem Matrem ablegavit. An conclamabis eum Baii sectatorem, & Quesnelli, necnon impegisse in Tridentinum? Audi loquentem: (*d*) „ Alcuni son peccatori, e peccatori „ vogliono seguire anche ad essere, aggiungendo su 'l male delle loro „ piaghe l'ostinazione a non curar di guarirne. Altri son peccatori, ma „ vorrebbono però divenir giusti, e però sospirano a trovar qualche pietoso Samaritano, che versi balsamo sulle ferite divenute già lor aspre. „ (en omnis generis peccatores) Questa seconda sorta di peccatori stian „ di buon animo; perchè quantunque sia vero, che ancor *non hanno la* „ *vera Divozione della Madonna*, mentre non hanno ancora la volontà „ pronta a lasciar il peccato per amor suo; con tutto ciò sono in via „ per averla, perchè almeno hanno qualche volontà di lasciarlo .... Ma „ quell'altra schiera di peccatori ostinati, che non ammettono in loro „ cuore un pensiero di rendersi a penitenza, *non dant cogitationes suas*, „ *ut revertantur ad Dominum*, entrerà fra Divoti ancor ella della Madonna? *Non vi entra, nè ancor sta sulla via di entrarvi: tien anzi la via* „ *contraria; e però non è tra divoti di Maria Vergine, è tra nemici*. " Uter Bajo addictior *videtur*, *apparet*? Num. 15. ais: „ Nobis satis esse debet, „ ut nullos peccatores, *quamtumvis pessimos*, a Cultu Sanctorum avocemus. " Obsecro te, uter a Cultu Sanctorum avocat peccatores, quantumvis pessimos, Segneri de eis scribens: „ Non vi entrano tra Divoti „ di Maria, nè stanno sulla via di entrarvi, tengono anzi la via contraria ec. " an Pritanius, qui minime distinguens inter peccatores, sive pessimos, sive non contumaces, indistincte in omnibus posse veram pietatem inveniri professus est? Imposterum *noli præcipitare sententiam*; *diligenter considera, quid te respondere conveniat*. (*e*) Et quidem nec Segneri Baii sectator, nec Pritanius.

328. Plusquam satis evulsi, extirpati, eradicati scrupuli tui, & vindicatus Pritanius. At cum te videam in quibusdam meis cæcutientem, & ex more, dabo opera, ut intelligas, velis, nolis.

329. Num. 1. scribis: Multis in locis insinuat Pritanius, *vanum futilemque* esse Cultum absque Dei amore & gratia Sanctis exhibitum a „ peccatoribus eos non imitantibus. " Profers subinde mea (*f*) se la Divozion verso i Santi non conduce all' altra sostanzial e sugosa, che già accennammo, cioè a quella, che ci fa amar Dio, e servirlo in santità e giustizia, ed amare il Prossimo nostro: essa divien *superficiale*. Et:

P (*a*)

(*a*) ... r. 45. (*b*) August. lib. 1. oper. imperf. num. 9. (*c*) Idem lib. 6. contr. Jul. cap. 12. num. 39. (*d*) Introduz. al Divoto di Maria §. III. (*e*) Aug. lib. 4. cont. Jul. cap. 3. n. 30. (*f*) Ex cap. 20. pag. 275.

(*a*) Solo ad una *apparenza* si ridurrà il far ardere doppieri e candele sugli Altari, se ne' cuori non si troverà fiamma alcuna di amor di Dio. Per transennam: Græca fide vertis hæc meâ: Il far ardere doppieri e candele sugli Altari, hoc pacto: *Splendidum Sanctorum Cultum*. Pessime omnino vertis. Nosti, quid significet *splendidus Sanctorum Cultus*? Nempe *sincerum*, *eximium*, *singularem*; ut proinde videaris fateri, a me scriptum: *Ad meram apparentiam reducetur sincerus*, *eximius*, *singularis Cultus Sanctorum*; quo quid sceleratius, & insiplentius dici queat, nemo non videt.

330. Colligis ex hisce meis num. 2. „ Videtur ergo Pritanius sentire, „ nostram erga Sanctos, quamtumvis splendidam pietatem, *evanidam* esse, „ ac Sanctis minime gratam, immo & *vitiosam*, nisi sit cum gratia & „ amore Dei, ac Sanctorum imitatione conjuncta. " Cariss. Pat. *sic intelligunt*, *qui non intelligunt*. (*b*) Locis a te indicatis haud quidem loquor de *quamtumvis splendida pietate*; nec, de qua loquor, *evanidam* dico ac *vitiosam*, sed solum *superficiale e di apparenza*. Ut intelligas, adtende.

§. I.

Quid sit Pritanio superficialis devotio.

331. PLuries irruis in me occasione Devotionis, quam nomino *Superficialem*. Ut aliquando, si possibile sit, obmutescas, accipe, quid mihi sit isthæc Devotio. Similmente si è potuto discernere quella esser *Divozione superficiale*, che non corregge i nostri vizj, che si ferma nell' esercizio esterno della pietà, senza regolar l' interno a tenor della legge di Dio. (*c*) Non istiam dunque a cercare nelle *apparenze* la vera e soda Divozione. (*d*) Saranno Divozioni di sola *apparenza*, quod mihi idem, ac *superficiale*. (*e*) Et de pietate in Sanctos scribens: (*f*) Secondariamente può la medesima divenir *superficiale*, ed aver la *scorza*, ma non l' interno della vera Pietà. Hanc autem *superficialem pietatem* nomino (*g*) *di poco momento*, & (*h*) *di poco peso*. Nulla hic certe superest controversia. Quotiens enim ipsemet circumscribo significatum hujusce vocis: *Divozione superficiale*, si animus est recte impugnare Pritanium, & expugnare, tenendum tibi est ejusdem vocis idem significatum. Qua igitur fronte mihi appingis (*i*) num. 2. *evanidam* me fateri, necnon *vitiosam*, quam etiam te referente num. 1. nomino *superficiale*, ac proinde *di poco momento: di poco peso*? Quod enim *vanum* est, ac *vitiosum*, haudquaquam *parvi momenti* est, sed *nullius*, & insuper *mali momenti*, si ita loqui fas sit.

332. Hanc, quæso, doctrinam ne obliviscaris. Sed & aliud tibi aperiendum duco, quod ex ea necessariam habet originem: fors scrupulis implicatus ex te percipere non valebis. Nimirum superficialis isthæc Devotio

(*a*) Pag. 276. (*b*) August. lib. 2. oper. imp. num. 158. (*c*) Cap. ultim. pag. 370. (*d*) Ibid. pag. 372. (*e*) Pag. 374. (*f*) Cap. xx. pag. 268. (*g*) Cap. 1. pag. 9. (*h*) Cap. ult. pag. 378. (*i*) Vid. sup. n. 329. 330.

votio nullum progignit interius spiritui emolumentum ; si enim vel minimum daret, jam amplius non esset Devotio, che si ferma nell' esercizio esterno della pietà, e di sola apparenza ; cum interiora penetraret. Et tamen eam dico : *di poco momento* : *di poco peso*. Perpende, quam castigate, quam leniter loquar : non ita tu, non ita alii.

333. De exteriori pietate differens (quæ mihi si ferma *nell' esterno*, & superficialis est) num. 10. ais : „ Quamquam sicut de eleemosyna verum „ est, quod scripsit D. Augustinus : (*a*) *Si manus porrigat*, *nec in corde* „ *miserearis*, *nihil fecisti*. Ita & de Cultu Sanctorum verum est, quod si „ *exterius* colas, & *intus* non venereris, nihil fecisti. " Tibi igitur sola exterior in Sanctos pietas *nihil facit* : lenius nominavi *di poco momento*. Ibidem num. 27. scribis : „ Honor ergo, qui a peccatore Sanctis præstatur „ *exterius*, si pia & sincera mente exhibetur, in ipso etiam speciosus, „ seu commendabilis est. " Quotiens itaque nulla interiori exhibeatur pia, ac sincera mente, nec speciosus est, nec commendabilis. Item (*b*) de pietate in Virginem loqueris : „ quæ enim *exterior* tantum est, *simu-* „ *lata* censeri merito potest. " Si tibi *simulata* sit *exterior* pietas, hypocrisi conterminam facis. Uter nostrum crudius?

334. Eodem hoc loco quatuor producis conditiones, seu dotes, quibus prædita sit singularis in Virginem pietas, quæ signum sit prædestinationis in ejus Cultoribus. „ I. quæ sit ex animo, seu ex corde ... Quæ enim „ *exterior* tantum est, simulata censeri merito potest...... II. Quæ deses „ non sit, aut remissa. III. Quæ sit constans, & perpetua. IV. Quæ po- „ tissimum tendat ad emendationem vitæ, vel spiritualem animæ pro- „ fectum. "

335. Verum te arbitror nosse, pietati, cui desit prima conditio, reliquas tres necessario deesse. Nimirum, quæ dumtaxat *exterior* est, deses erit ac remissa, nec constans, nec tendet prorsus ad spiritualem animæ profectum ; etenim si hoc unum præstaret, interior omnino esset & vera. Unde quidquid dicturus es, soli *exteriori* pietati bene congruunt. Audiamus tua.

336. Num. 64. loco laud. ais : „ Si autem (*Pietas in Virginem*) iis „ conditionibus deficiat, *futilis* erit, *& vana* Devotio ; non ex aliquo „ affectu pietatis erga virginem profecta, sed *ex affectu peccandi sub spe* „ *veniæ impetrandæ per Virginem*. "

337. In hoc Cap. XIV. num. 2. imponis mihi, quod sentiam, pietatem *superficialem*, tantumve *exteriorem*, esse *evanidam*, immo & *vitiosam*, quod a me assertum nunquam certe monstraveris. Tu, Tu inquam, eam nominas verbis tuis modo indicatis *futilem*, *vanam*, & *impiam*. Annon impia pietas (si ita loqui fas sit) quæ *profecta* dicatur *ex affectu peccandi sub spe veniæ impetrandæ per Virginem*? Nonne isthæc perosa semper erit Deo, Virgini, Sanctis? Nullibi autem Pritanius tam cruda protulit de pietate dumtaxat exteriori. Uter nostrum Tridentino magis adversus, magisve amicus Bajo, & Quesnello? Neuter sane. Sed adversus me qui

 scri-

(*a*) Enar. in Psal. 125. (*b*) Part. 2. c. 7. n. 58.

ſcribis, *ſi ſentis, ſententiam mutare ne differas*. (*a*) Etenim *quam nihil dicas, alii certe intelligunt, ſi tu non intelligis*. (*b*)

338. Videamus, quid alii de ſuperficiali pietate ſenſerint. Chriſtus (*c*) *videns fici arborem unam ſecus viam, venit ad eam, & nihil invenit in ea niſi folia tantum*. Hæc certe arbor expreſſam præſefert imaginem ſuperficialis pietatis; in qua præter exteriora virtutum officia nihil prorſus pietatis in corde reperiatur; ut merito in hunc locum Hieronymus: *Venit ad eam, nihilque invenit in ea niſi folia tantum, promiſſionum ſtrepitum, traditiones Phariſaicas, jactationem legis, & ornamenta verborum abſque ullis fructibus veritatis*. Sed præſtat audire a Lapide: „ Tropologice ficus foliata, ſed carens ficubus, notat *Fideles*, qui habent folia profeſſionis „ Fidei, ſed carent ſolidis virtutum fructibus, ideoque a Chriſto maledicentur. " Ego *di poco momento*, iſte divinæ ſubjicit maledictioni Fideles: iſte, ne ſuperficialis ſit, ſolidas virtutes exigit; ego multo minora. S. Franciſcus Saleſius (*c*): „ Così molte perſone ſi cuoprono di „ certe *azioni eſteriori* appartenenti alla ſanta Divozione, e il mondo crede, che queſte ſiano gente veramente divota e ſpirituale; ma in verità non ſono altro, che *Statue* e *fantaſmi* di Divozione. " Accipe demum tuum P. Segneri: (*d*) „ I lunghi digiuni, i quali a ſorte ſi oſſervano in onore della Vergine, i lunghi prieghi, i lunghi pellegrinaggi, *non ſaranno propriamente la Divozione* alla gran Madre di Dio, „ ma o ſaranno effetti, s' eſſi procedano da pronta volontà di ſervirla, „ o ſaranno mezzi, ſe a queſta conducano: qualora ſiano nè mezzi tali „ nè effetti, rimarrà, che ſiano una *larva* di Divozione; perchè nè preſuppongono quella prontezza di volontà, nè la procurano; e però non „ ſono altrimente moneta vera, che trovi credito là, dove ella è conoſciuta: ſono una moneta, che ſimula della vera l'impronta ſteſſa, ma „ non ne contiene il valore; e come tale ſarà dal banco del Paradiſo „ gettata in un lettamajo, non poſta in caſſa: *Aurum eorum in ſterquilinium*. " Vide, quibus quantiſve innixus *ſuperficialis* pietatis notionem circumſcribam, ſed minus aſpere, ſed lenius.

§. II.

Quænam mihi ſit vera Pietas in Sanctos.

339. SEpone ſcrupulos, & ſerena mente te hic mihi præbe dociliorem, ut æternum ſcrupulos exuas. Tres in meo libello nomino Pietates, *Superficialem*, de qua ſat ſuperque, *Superſtitioſam*, quam utpote notio-

(*a*) Auguſtin. lib. 4. oper. imperfect. num. 49. (*b*) Ibidem numero 86. (*c*) Matth. 21. 19. (*d*) Introduzione alla Vita Divota cap. 1. (*e*) Divoto di Maria, introduzione.

tiorem prætereo, & *veram*, ad quam dirigendam omnes libelli sensus collineant.

340. Hæc igitur mihi est: (*a*) *La Divozion vera ha da avere per fine il bene e profitto dello Spirito*. Adtende. Non scripsi: Il bene e profitto *perfetto* dello spirito; sed absolute: *Il bene e profitto*. Ut hinc adverteres, eam mihi veram esse pietatem in Sanctos, quæ aliquod confert spiritui emolumentum, sit minimum, sit maximum: quodcumque enim præbeat, hoc certe internum erit; proinde nequaquam erit pietas illa superficialis sive exterior, sed vera & interior, cum aliquod progignat animo alimentum. Advertere enim potuisti, superficiali a me veram opponi, & veræ superficialem. Ad veram hanc pietatem pertinent omnia ea, quæ supra (*b*) posita sunt, quæve relegas precor. Et idcirco ea dixi: *Divozione di ottimo metallo: Salutevole alle anime nostre ec.*

341. Verum enim vero pietas isthæc sive erga Deum, sive erga Sanctos, suos habet perfectionis gradus juxta omnem creaturarum conditionem, quæ haudquaquam perfectæ nascuntur, sed perficiendæ, & paullatim. *Numquid mox ut nascitur* (caritas) *jam prorsus perfecta est? Ut perficiatur, nascitur: cum fuerit nata, nutritur: cum fuerit nutrita, roboratur: cum fuerit roborata, perficitur: cum ad perfectionem pervenerit, quid dicit? Mihi vivere Christus est*. Et si hæc Augustinus scripsit (*c*) de excellentissima caritatis virtute, quid de reliquis erit spiritualibus bonis? Itaque ratione consimili pietas in Sanctos incipiens nascitur: si foveatur, proficiet: roborata demum altas ponet radices, ut ad culmen usque perfectæ proceritatis adsurgat, videlicet ad usque perfectam erga Deum caritatem, & Proximum, quæ mihi est *sostanziale e sugosa*. Etenim, ut in Sanctos vera fit pietas, ad id ducere debet, ordinare, disponere, quod dixit Redemptor noster: (*d*) *Porro unum est necessarium*. Nempe: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & Proximum sicut te ipsum*. (*e*) *Hoc enim est omnis homo: Deum time, & mandata ejus observa*. (*f*) Hanc certe doctrinam de vario perfectionis statu non semel subindicavi. I. Allora la Divozion nostra si scorge di ottimo metallo, che serve a renderci *di cattivi buoni, e di buoni migliori*. (*g*) Gradatim ascendo. II. La soda e vera Divozion verso Maria piucchè in altro dee consistere nell' imitazione delle sue insigni virtù, *per quanto è permesso a noi Poverelli*. Quid hæc sibi volunt: *Per quanto è permesso ec?* Ut quemadmodum in naturalibus ab imperfecto ad perfectum assurgitur, ita & in spiritualibus non a culmine, sed ab imo incipiatur.

342. Videamus modo, quonam pacto veram pietatem designent alii. Primus veniat Plazza (*h*) „ Ne quis fortasse, ais, sola Sanctorum vene„ ratione & invocatione contentus, *corrigendæ vitæ* curam abjiciat; & „ contra morem & exemplum Sanctorum *a præscripta divinæ legis norma* „ sese subducat. “ Tibi Sanctorum Cultor nequit sola contentus esse veneratione & invocatione; sed ultro gradiendum erit, ut *vitam corrigat*, & *a præscripta divinæ legis norma non sese subducat*. I. Duas hic pietates admit-

(*a*) Cap. 20. pag. 271. (*b*) Num. 321. (*c*) Tract. 9. in Epist. S. Joann. (*d*) Luc. 10. 42. (*e*) Matth. 22. (*f*) Cap. 20. pag. 268. (*g*) Cap. 22. pag. 313. (*h*) In hoc cap. num. 5.

admittis, unam, quæ erga Sanctos sit, scilicet *veneratio*, & *invocatio eorum*; altera erga Deum est, quod nempe verus Cultor Sanctorum *corrigat vitam*, & *juxta divinæ legis normam gradiatur*: (Adtende Pritanium tibi per omnia subscribentem.) Et ipse easdem statuo pietates: *se la Divozion verso i Santi non conduce* (en primam) *all' altra sostanzial e sugosa che ci fa amar Dio e il Prossimo nostro*. En alteram erga Deum, ad quam illa Sanctorum viam parat. II. *Corrigat vitam*, ais. Ego: se specchiandoci in loro siamo incitati *ad abjurar la vita nostra* troppo diversa da quella de' Santi. III. *Juxta divinæ legis normam gradiatur*. At quænam est divina lex? Quam intonat Evangelium: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & Proximum sicut teipsum. In his duobus tota lex pendet*. Eadem & ego: *Se la Divozion verso i Santi non conduce all' altra sostanziale, e sugosa, che ci fa amar Dio e il Prossimo nostro*. IV. De vera in Virginem Matrem pietate scribis: (*a*) *Quæ potissimum tendat ad spiritualem animæ profectum*. Ego: (*b*) *La Divozion vera ha da avere per fine il bene, e il profitto dello Spirito. Te potius utar judice pro mea sententia contra tuam... Rogo, cede aliquando etiam per os tuum tibi loquenti veritati*. (*c*)

343. Tandem in medium prodeat Segneri ubi supra. „ Che sarà divo„ zione della Madonna? Sarà una pronta volontà di eseguir tutto ciò, „ che torni in sua gloria, in suo gradimento... Però secondo la defini„ zione addotta di sopra è manifesto, che *non può esservi vera Divozione* „ *della Madonna, dove non vi è volontà di piacere ad essa, e volontà pronta*." Adtende: Nedum exigit voluntatem, sed *promtam* di eseguir tutto ciò, che torni in suo gradimento. Et quo SS. Virgo magis delectatur quam Dei amore & Proximi, qui amoris legem constituunt Filii sui? Ipse ibidem: „ Come si possono riputar mai Divoti di Maria, che soddisfatti „ di alcuni ossequj esteriori, che le professano, negano frattanto a lei „ quello appunto, che a lei più piace, che è di abbandonar il pecca„ to? " Quid hoc: *Abbondonar il peccato*? Ad caritatis statum venire. Succinit Pritanius, sed lenius: (*d*) La soda e vera Divozion verso Maria più che in altro dee consistere nella imitazione delle sue insigni virtù, per quanto è permesso a noi poverelli. Come piacere a lei, se il nostro cuore è in guerra con Dio, se dormiam ne' peccati, se non pensiamo mai seriamente ad emendar i nostri vizj, e ad abbandonar il cammino della perdizione? (*e*) L' essenzial Divozione ricercata nel Cristiano dalla sua professione, consiste principalmente nell' amor di Dio e del Prossimo; e questo amore ha da essere più di fatti, che di parole, e però palesarsi col sfuggire il male, che tanto dispiace a Dio, e con eleggere il Bene comandato e consigliato da esso Dio. Vide P. Crasset. (*f*) At prætereundus minime est tuus alter Concellita P. Franciscus Nepueu (*g*): „ In che ci occupiamo noi dunque, se non ci occupiamo in meditare, „ in conoscere, in onorare, in amare, in imitare Gesù Cristo? Questa „ ha da essere la principale occupazione, la principale, anzi l' unica Divo-

(*a*) Part. 2. cap. 7. num. 58. (*b*) Cap. 20. pag. 271. (*c*) August. lib. 3. cont. Jul. cap. 21. num. 42. (*d*) Cap. XXII. pag. 313. (*e*) Cap. ult. pag. 369. (*f*) Tom. 2. Divoz. alla SS. Verg. Discorso fondamentale. (*g*) Dell' amor di Gesù, e de i mezzi per acquistarlo. In Præfatione.

„ vozione del Cristiano. Le altre Divozioni sono buone, lo confesso;
„ ma finalmente non sono buone, *se non in quanto si riferiscono a questa*,
„ *che è la sorgente di tutto il loro merito*, *e di tutta la loro virtù*. Questa è
„ la *Divozione soda*, *ed essenziale* del Cristianesimo. Questa è quella, che
„ ci fa veri e perfetti Cristiani... Le altre Divozioni sono mezzi, que-
„ sta è il fine. Le altre ci ajutano a tendere alla perfezione; questa è
„ il termine ed il complimento della nostra Perfezione. Eppure convien
„ dirlo colle lagrime agli occhi, si vede oggidì nel Cristianesimo un' in-
„ finità di Anime, che per un abuso insoffribile, e che non si può de-
„ plorare abbastanza, antepongono l'accessorio al principale, i mezzi al
„ fine; o intrigandosi in mille esercizj divoti, trascurano la Divozione
„ delle Divozioni, quella, che noi dobbiamo avere alla sacrosanta Perso-
„ na di Gesù Cristo. Tutti coloro, che hanno qualche zelo di Gesù Cri-
„ sto, dovrebbono collegarsi, per estirpare un disordine così grande... i
„ Predicatori... i Maestri di Spirito... e coloro, che fanno professione
„ di amar Gesù. "

§. III.

Quid mihi sit imitari virtutes Sanctorum?

344. ET quidem scripsi: (*a*) L'altra mira della Chiesa più importante della prima in celebrar le Feste de' Santi si è quella di metterci sotto gli occhi quei vivi esemplari di tutte le virtù; acciò che mirando quello, ch'essi han fatto nella presente vita, e considerando il guiderdone, che nell'altra han riportato da Dio, c'innamoriamo ancor noi d'imitarli, con istaccarci dall'amore de' lievi e caduchi beni della terra, per conseguire i sommi ed eterni del Cielo. Et: (*b*) Potendo i Santi solamente gradire i nostri lumi e le pompe terrene, qualora ne venga vera gloria a Dio colla riforma de' nostri costumi, e col muovere noi all'imitazione delle loro virtù. Hæc quidem dixi: *Dixi sane*, *nec pœnitet*. (*c*) *Jam tu clama contra apertissimam veritatem*. (*d*) Sed oro te, *vincat te potius veritas*, (*e*) quam universi SS. Patres nedum expresserunt, sed inculcarunt vehementissime, quam Tridentinum, (*f*) quam in suis precibus commendat Ecclesia. Quodnam igitur hic Pritanio scelus est? Ais num. 3. „ Fuit etiam
„ inter Novatores tempore Ven. Petri Canisii, qui dicere auderet: Ma-
„ riam (idem de cæteris Sanctis) imitatione morum, & vitæ dumtaxat
„ honorandam esse. " Si idem de me subindicare volueris, responsio in promtu est: *Calumniaris me dicere hoc*. (*g*) Num SS. Patribus hunc errorem affinxeris, qui de Imitatione virtutum, præ me, vehementius scripserunt?

(*a*) Cap. xx. pag. 264. (*b*) Pag. 277. (*c*) Aug. l. 4. cont. Jul. c. 2. n. 13. (*d*) Idem l. 5. oper. imp. n. 41. (*e*) Lib. 3. cont. Jul. c. 21. n. 44. (*f*) Sess. 25. de Invocat. &c. (*g*) Aug. l. 4. cont. Jul. c. 8. n. 41.

runt? Singillatim non refero, ne in ſylvam ligna feram: Cæterum pluries in me inſilis ob hanc Imitationem.

345. *Sed operæ pretium eſt conſiderare, quomodo eo veneris, ut hæc diceres.* (*a*) Profecto quia mea non legiſti, vel lecta oblitus es. Unde, ut intelligas, quam vera ſcripſerim, *tibi tanquam de ſomno excitato, eadem verba mea repetam, quæ tuæ memoriæ fortaſſis, ut hæc diceres, exciderunt.* (*b*) Prius itaque tibi in memoriam revocandum moneo, Imitationem virtutum ex eorum genere eſſe, quæ haudquaquam a ſumma perfectione incipiunt, ſed adſurgunt gradatim ab imo ad ſummum. (*c*) Audiatur iterum Auguſtinus: (*d*) *Hoc ergo cogitantes impigre Martyres imitemur, ſi volumus nobis prodeſſe ſolemnitates, quas celebramus. Semper hæc admonuimus, Fratres; numquam ceſſavimus, nunquam tacuimus.* (En, quæ ſequitur, gradationem) *Mutandus eſt, qui malus erat; mutatus, inſtruendus eſt; inſtructus debet perſeverare.* SS. Patribus, qui indiſcriminatim impellunt omnes ad imitationem virtutum, affingendum erit commentum hoc inſulſiſſimum, quod intelligi velint ſolum de perfecta imitatione virtutum? *quis hæc ſapiat, niſi deſipiat?* (*e*) Cum SS. Patribus ipſe ſcripſi, & dulcius; quod, ut videas, adtende.

346. Quænam mihi eſt imitatio virtutum? Quidnam deſideravi, cum Sanctorum Cultores virtutes imitari monuerim? Nempe id præſtare, quod pertinet ad veram pietatem. Se il leggere le vite de' Santi, ſe l' udire da' pulpiti le lor ſante virtù ed azioni, *commuove il noſtro affetto* ad onorar eſſi, e nel medeſimo tempo alla ſtima ed amore della virtù. Se *ſpecchiandoci* ne i Santi ſiamo incitati ad *abjurar* la vita noſtra troppo diverſa da quella de i Santi, affin di camminar per la via ſtretta e ſicura da eſſi eletta, che infallibilmente mena al Paradiſo, e non già per la larga e pericoloſa del mondo, che guida alla perdizione: rallegriamoci di queſta Divozione, perchè *veramente ſalutevole alle anime noſtre*. Annon hæc vera pietas & imitatio virtutum in peccatoribus eſſe valet? Quinimo & debent ad eam eniti & habere. Se invochiamo l'ajuto de' Santi, affinchè c'impetrino da Dio un verace pentimento de' noſtri falli: Il ſuperar le tentazioni: Lo ſpogliarci di un'abito vizioſo, e così diſcorrendo: *ſoda e ben impiegata* allora ſarà la noſtra Divozione. Se le Feſte de' Santi *ſveglieranno* ardore in noi, per accoſtarci con vera divozione a i Sacramenti, e riportarne a caſa maggior amor di Dio e del Proſſimo: ſarà *fruttuoſo* per noi l' oſſequio preſtato alla memoria de' buoni Servi del Signore. Et hæc ſimiliter eſſe queunt in peccatoribus, ſed & debent.

347. Fors repoſueris, iſthæc omnia enumerata nullo prorſus modo ad imitationem virtutum pertinere. Liberalius tranſmitto. Sed adtende, quo decretorio in te impetam ratiocinio. „ Pritanius itaque admiſit & in pec„ catoribus veram pietatem, & Cultum Sanctorum *ab eorum imitatione ſe*„ *junctum*. Igitur incaſſum & falſo Theſim ſtatuis adverſus eum num. 8. „ *Sanctorum Cultum per ſe ſpectatum, & ab eorum imitatione ſejunctum:* „ *laudabile opus eſſe adhuc in peccatoribus*. Incaſſum, inquam, & falſo, „ cum

(*a*) Ibidem cap. 16. numer. 79. (*b*) Ibidem cap. 3. numer. 27. (*c*) Relege omnino ſupra numer. 341. (*d*) Sermone 302. cap. 10. num. 9. de S. Laurent. 1. alias de diverſis 111. (*e*) Ibidem num. 19.

„ cum in modo meis laudatis & vera sit in Sanctos pietas, & nulla, ut
„ ais, imitatio virtutum. "

348. Hæc certe non proferes; tibi enim exploratum credis, nullam Pritanio veram esse in Sanctos pietatem, nisi sit cum eorum imitatione virtutum. Ita sit. Jam subinde vidisti, quam exigam ejusmodi imitationem, quæ in peccatoribus esse queat, debeatque. Doctrinam ex SS. Patribus haustam exscripsi. Bini sufficiant, Chrysostomus, necnon Augustinus, in eo statuentes Martyrum imitationem, quæ debeat & in peccatoribus esse. Primus ait: (a) „ Persecutionis quidem tempus non est, & Martyrii est
„ tempus. Luctarum ejusmodi tempus non est, & coronarum est tempus.
„ Non persequuntur homines, at *persequuntur Dæmones*. Non vexat Ty-
„ rannus, at *vexat diabolus*, Tyrannorum omnium sævissimus. Non obje-
„ ctas prunas conspicis, at *cupiditatis* conspicis *flammam accensam*. Illi pru-
„ nas calcarunt, tu *naturæ pyram* calca. Illi cum bestiis pugnarunt, tu
„ *iram immitem* & indomitam beluam fræna. Illi adversus intollerabiles do-
„ lores steterunt; tu *absurdas pravasque cogitationes*, quæ in corde tuo pul-
„ lulant, vince. *Ita Martyres imitabere*. " Augustinum audi consimilia scribentem, & primo expresse de peccatoribus: (a) „ Adtende animo tot
„ Martyrum millia. Cur enim te Natalitia eorum conviviis turpibus ce-
„ lebrare delectat, & eorum vitam *sequi honestis moribus non delectat*? "
In peccatoribus imitationem expetit *honeste vivendo*. Item: (c) „ Amate
„ autem, ut vincatis: non enim deest persecutio: *diabolus persecutor est*:
„ numquam desit occasio coronæ ..... Numquid quia te non urget hostis
„ manifestus corporis, non te urget *persecutor occultus illecebris carnis*?
„ Quanta suggerit mala, quanta per *cupiditatem*, quanta *per timorem*?
„ Quibus illecebris persuadet, ut eas ad sortilegos, ad mathematicos,
„ *quando dolet caput*? ... Quare ista diximus, Fratres? Ut quando cele-
„ bratis Natalitia Martyrum, *imitemini Martyres*. " Vides sapientissimos Patres, in quibus statuant Martyrum imitationem, quam & tenentur peccatores habere?

349. Quid falsi itaque scripsi, & quodnam mihi inexpiabile scelus, qui necessariam, ut ais, exigam in Sanctorum Cultoribus imitationem eamdem? Annon vides, quam valide suffulciat SS. Patrum doctrina? Sed & habeo P. Plazzam sententiæ meæ vindicem validissimum. Quod supra pro *superficiali* præstitisti ac *vera pietate*, abunde hic præstas pro *Imitatione virtutum*. Tu vero *non erubuisti sententiam relinquere scriptam*, quod non sit necessaria Imitatio, *contra quam tu ipse perspicua veritate turbatus mox aliam sententiam protulisti* (d) qua necessariam fateris eamdem?

350. Quænam hæc tibi sit, num. 7. exprimis: „ Pulchre D. Chryso-
„ stomus modum exponit, quo unusquisque nostrum pacis tempore SS.
„ Martyres imitari valeat. " Subinde profers Chrysostomum sup. laud.
„ (e) Æque igitur idem de imitatione sentimus. Sed an necessariam re-
„ putes, aperiendum est. I. Postremo cap. tui Operis (f) *Absonum* est,
„ inquis, exterius venerari Crucem, & mores gerere a Cruce alienos. "

Q Tibi

(a) In laudat. S. M. Barlaam. (b) Serm. 351. de Pœnitent. qui olim erat quinquagesimus inter 50. Homil. (c) Serm. 4. de Jacob, & Esau in Festo S. Vincent. Mar. alias de diversis 44. c. 33. n. 36. (d) Aug. l. 5. cont. Jul. c. 5. n. 20. (e) N. 348. (f) Par. 3. n. 4.

Tibi, qui Crucem veneratur, mores gerere *debet* Cruci conformes. Qui igitur Sanctos colit, suos efformare *debet* ad mores eorum; quod est necessario imitari. Eadem ibidem ais num. 45. II. Titulum consideremus præsentis tui Capitis: „ Etsi *oporteat* Sanctos imitari. " *Oporteat* scribis, quod necessitatem indicat Imitationis. III. Scrupulosus homo num. 5. vividius loqueris, & expressius. „ Itaque fatemur cum laud. Canisio, „ (quod & Patres sæpissime monent) Sanctos nobis in exemplum pro„ poni, ut quorum triumphos, & æternam gloriam suspicimus, ac vene„ ramur, præclara etiam gesta pro modulo nostro *imitando* exprimamus: „ eosque duces ad æternam felicitatem præeuntes *eadem* veluti *via* sequa„ mur. " (*videamus, num necessariam fatearis.*) „ Atque hunc Sanctæ „ *Imitationis cultum*, ut Sancti *rite* a mortalibus honorentur, non modo „ semper laudabilem (*adtende*) sed & in primis *necessarium* pronuntia„ mus. " Tibi nedum laudabilis est imitatio, sed *necessaria in primis*, ut Sancti *rite honorentur*. Igitur tibi sine *Cultu Imitationis* non *rite* Sancti honorantur. Igitur *male*: quod si male, non honorantur omnino. Ut enim habet adagium nimis vulgatum, sed verum: *Bonum est ex integra caussa, malum ex quocumque defectu*. Tibi, ut rite Sancti honorentur, necessaria est Imitatio. Itaque hac sola deficiente, ubi est Cultus Sanctorum?

Eodem num. 5. rationem profers, cur necessariam dicas Imitationem, „ Ne quis fortasse sola Sanctorum veneratione & invocatione contentus, „ *corrigendæ vitæ curam abjiciat*; & contra morem & exemplum Sancto„ rum a præscripta divinæ legis norma sese subducat. " Perpende, quam exploratum tibi sit, necessariam prorsus fateri imitationem in Cultore Sanctorum; quam in ea re statuis, ut *corrigendæ vitæ curam non abjiciat*, ac divinam legem nitatur operatione complere. O bone, & non vides, quam dilucide Pritanio subscribas, quam expresse? Utrique necessariam fatemur: utrique in eodem statuimus. Igitur Plazza Pritanio amicus. Relege sup. num. 342.

351. Profecto autem hæc tua doctrina, quæ sufficientissima mihi vindicando erat, vereor, nihil conferat utilitatis. Non enim apparet, qua ratione congruat eis, quæ num. 8. scribis: „ Verumtamen & illud vicissim „ pronuntiamus, Sanctorum cultum per se spectatum, & *ab eorum imita„ tione sejunctum*, si ex recta fide & sincero pietatis affectu emanet, *ho„ nestum & laudabile* opus esse adhuc in peccatoribus, iisdemque prodesse „ quadantenus posse ad salutem, non tantum corporis, sed etiam ani„ mæ. " Hic certe pugnantia tibi scribere videris. Si Sanctorum Cultum *honestum* pronuntias, *laudabilem*, necnon peccatoribus *utilem*, sit licet *sejunctus ab Imitatione eorum*; qua ratione tibi non adversaris, qui num. 5. *necessariam* ais *imitationem eorum, ut Sancti rite honorentur*? *An quid prius* (num. 5.) *dixeris, fortassis oblitus es* (num. 8.)? (*a*)

352. Tribus hisce §§§. prolixius egi de *Superficiali* pietate, de *vera*, & de imitatione virtutum. Etenim, cum sæpius me ad quæstionem voces super ista; idcirco, dum in me impetis, habeas, quo remittendus sis.

353. Ad superabundantiam quædam hic tua castigabo, licet ex antedictis omnia plana sint. Num. 2. ais: „ Videtur ergo Pritanius sentire, „ no-

(*a*) Aug. lib. 2. oper. imp. num. 216.

„ nostram erga Sanctos, quamtumvis splendidam pietatem, *evanidam* esse,
„ ac Sanctis minime gratam, immo & *vitiosam*, nisi sit cum *gratia &*
„ *amore Dei*, ac Sanctorum imitatione conjuncta. “

354. Sat superque de imitatione: *de quamtumvis splendida pietate*, totum Plazzæ est, nil mecum. Relege supra (*a*) At, quæso te, ex quibusnam meis subinfers, *evanidam* mihi esse pietatem eam, ac *vitiosam*; cum, quæ producis mea, aliud certe non indicent nisi *superficiale*, di *apparenza*, ac proinde *di poco momento*, *di poco peso*? Porro diversissima sunt *superficialis* pietas, *& vana*, *ac vitiosa*. En mea, & a te producta n. 1. Se non conduce alla sostanziale, essa divien *superficiale*: Solo ad una *apparenza* si ridurrà, se ne i cuori non si troverà fiamma alcuna di amor di Dio. Indicas quidem alium in meo libello locum (*b*) sed verba consulto taces: quin tibi prodessent, obessent potius. En ea: Se le Feste *solamente* si risolvono *in tripudj* ed ornamenti esteriori, senzacchè ne profitti la vita spirituale de' Fedeli, si converte *in vanità* l' uso Santo delle medesime Feste. Annon ista & sanctissima, & tibi verissima?

355. Progrediamur ad alia. Num displicet tibi, quod veram pietatem non admittam *sine gratia*? Vera pietas & Fidem supponit in Cultore Sanctorum, qua Deus credatur Sanctificator & glorificator eorum, & ad supernum objectum collineat, nempe ad excellentiam Sanctorum &c. Item mihi vera pietas ha da avere per fine il bene e profitto dello spirito, quod & sæpius fateris (*c*). At isthæc peragere impotens natura, sibi soli relicta, succumbit, nisi superno *actuali* suffulciatur auxilio; nec ad spiritualem profectum valebit adsurgere, cum Christus dicat: *Sine me nihil potestis facere*. „ Sive ergo parum, sive multum, sine illo fieri non „ potest, sine quo nihil fieri potest. “ (*d*) Sanctissime igitur, & sana fide exigente, sine omni gratia veram pietatem inficior.

356. Sed & habeo Plazzam, qui pietatem veram sapienter absque ulla gratia diffitetur. Num. 8. scribis: „ Sanctorum Cultum ..... *si ex recta* „ *fide*, & *sincero pietatis affectu* emanet, honestum & laudabile opus esse „ adhuc in peccatoribus, iisdemque prodesse quadantenus posse ad salu„ tem corporis, & animæ. “ Num poterit peccator erumpere absque ullo divinæ gratiæ adjutorio in opus, quod *ex recta Fide emanat*, *& sincero pietatis affectu*; *quodve prodesse queat animæ saluti & corporis*? Absit, ne affirmes: certe inficiaris prudenter & vere; secus a Montaltiis, & Vendrochiis statim in Britanniam amandareris, aut propius in Gallias. Num. 12. „ Certo certius est, peccatores ad beneficia tum corporalia, tum ma„ xime spiritualia obtinenda laudabiliter & utiliter Deum orare nedum „ posse, verum etiam debere: “ Num. 13. ais, qui Sanctos precatur, idem esse, ac Deum orare media intercessione Sanctorum. Cum igitur exorando Deo necessarium omnino sit auxilium gratiæ; etenim, *Etiam ipsa oratio inter gratiæ munera reperitur*; (*e*) fit subinde, ut nequeamus venerari Sanctos, & invocare, nisi superno adjutorio suffulti. Num. 19. Ut monstres, peccatoribus prodesse ad salutem posse animæ & corporis ve-

Q 2 ram

(*a*) Numero 329. 330. (*b*) Cap. XXI. pag. 511. (*c*) Vide sup. n. 342. (*d*) Aug. Tract. 81. in Ioan. (*e*) Aug. Epist. 105. ad Sixt.

ram in Sanctos pietatem, ex communi Theologorum sententia scribis: „ Peccatorem per opera moraliter bona, a se libere facta ex spiritu Fi„ dei & *motione gratiæ auxiliantis*, mereri posse de congruo, mediate & „ remote remissionem peccatorum, nisi ipse desit gratiæ Dei: " Num. 22. „ Pari ratione potest peccator per opera moraliter bona mereri sibi „ de congruo beneficia & subsidia temporalia. " Quæ si spectentur, prout conferre possunt ad vitandum peccatum, vel salutem consequendam, indiget peccator propria *gratia auxiliante*. Colligis demum n. 23. „ Ecce „ quomodo sincerus cultus Sanctorum, præsertim si eximius fuerit & sin„ gularis, utilis esse potest peccatoribus ad Dei beneficia temporalia, „ tum spiritualia obtinenda; & quod caput est, ad suam ipsorum justifi„ cationem impetrandam. " Admittis igitur & sapienter in vera pietate erga Sanctos *gratiæ* auxiliantis necessitatem. Quid mali si eam admiserim?

357. Videris pariter de me conqueri, quod scripserim: (*a*) Superficialem evasuram erga Sanctos pietatem, *se ne i cuori non si ritroverà fiamma alcuna di amor di Dio*. Annon verum, qui, ut par est, Sanctos veneratur, & colit, eos quidem ceu proximos diligere, quinimo ceu Filios Dei præclarissimos, & certe caritate ordinatissima? Istiusmodi autem amor vera Dei caritas est; eos enim diligat, oportet, propter Deum; ut proinde magis ametur Deus, quam illi. *In dilectione enim Proximi includitur etiam Dei dilectio, quando diligitur propter Deum*. (*b*) Subscribit Petavius: (*c*) „ Quemadmodum amor ille, quo propter Deum caros habemus homi„ nes, ac de his benemereri studemus, ad ipsum proprie pertinet, qui „ in his diligitur, Deum. Quo illa Christi sententia spectat: (*d*) *Quam„ diu fecistis uni ex his fratribus meis ministris, mihi fecistis*. " Quod & Augustinus dixerat: (*e*) *Diligendo Deum, diligit seipsum; ut diligere salubriter possit & Proximum sicut seipsum*.

358. Insuper jam nosti, quænam ad pietatem veram pertineant, videlicet che serve a renderci di cattivi buoni, e di buoni migliori: Affin di camminar per la via stretta: Il superar le tentazioni: Lo spogliarci di un abito vizioso: La riforma de' nostri costumi ec. Et quodvis horum poterit pius Sanctorum Cultor interventu eorum peragere omni vacuus vel levi divini amoris actuali scintilla. Absit. Exigitur ista, ut ea in illum referat, qui *Alpha & Omega est* omnium nostrum, scribente Apostolo: *Omnia vestra in caritate fiant*, (*f*) subscribente Augustino (*g*): „ Præcipit „ Apostolus: *Omnia vestra cum caritate fiant*: " Exigitur caritatis flammula, ut ea salubriter præstent. Profecto in quovis pio Cultore Sanctorum principalior meta erit, ut custodire velit divina mandata (quod num. 5. ais: *Corrigat vitam, & a divinæ legis norma non sese subducat*.) Porro in *his duobus mandatis universa lex pendet* divina (*h*) *Diliges Dominum Deum tuum, & Proximum sicut te ipsum. Quidquid ergo Dei lege prohibemur, & quidquid jubemur facere, ad hoc prohibemur, & jubemur, ut duo ista compleamus*. (Aug. de perfect. justit. cap. 5.) Qui autem vult hanc Dei legem amo-

(*a*) Cap. xx. pag. 276. (*b*) S. Thom. 1. 2. q. 99. a. 1. ad 2. (*c*) Lib. 15. de Incarn. c. 1. n. 9. (*d*) Matth. 25. 40. (*e*) In Psal. 118. sup. ea; *Gressus meos dirige*. (*f*) 1. Corinth. 16. 14. (*g*) De corrept. & grat. c. 3. n. 5. (*h*) Matth. 22.

amoris implere, Deum in votis habet, super omnia diligere. At velle Deum amare, ex scintilla venit divini amoris. „ Qui ergo vult facere „ Dei mandatum, & non potest, jam quidem habet *voluntatem bonam*, „ sed adhuc parvam & invalidam. “ (*a*) Exploratissimum autem est, Augustino *Bonam voluntatem* esse caritatem. *Martyres magna utique voluntate, hoc est magna caritate fecerunt*. (*b*) Peccator itaque, si ex vera pietate Sanctos colat, quamdam habet *voluntatem bonam*, sed imperfectam, sed invalidam initio, Dei legem servandi: quæcumque autem sit isthæc *voluntas bona*, caritas actualis est Augustino.

359. Demum haudquam tibi displiceat, quod scripserim: (*c*) Potendo i Santi solamente gradire le nostre pompe terrene, qualora ne venga vera gloria a Dio *colla riforma de' nostri costumi*. Non, inquam, displiceant tibi: *Colla riforma de' nostri costumi*; eadem quippe exigis in vero Cultore Sanctorum num 5. videlicet, *ne corrigendæ vitæ curam abjiciat*. Porro eadem omnino sunt: *Vitam corrigere*, & *la riforma de' nostri costumi*; nisi quod Latina illa, Italica isthæc sint.

360. Verum enim vero non levem mihi infers suspicionem, quod velis intelligi, necessariam a me reputatam esse sanctificantem gratiam, sive habitualem caritatem, ut vera sit in Sanctos pietas. Fortasse hoc pacto jure me accensere credideris Quesnello dicenti: (*d*) „ Quid aliud remanet animæ, *quæ Deum, atque ipsius gratiam amisit*, nisi.. generalis impotentia ad laborem, ad orationem, & ad omne opus bonum? “ Etenim si vera in Sanctos pietas nonnisi in Justis reperitur; signum certe erit, ut *omne, quod agit Peccator, vel servus peccati, peccatum sit*, quod Bajus asseruit. (*e*) Igitur, ut vera sit pietas, status exigitur Gratiæ habitualis & caritatis. Has Baii & Quesnelli Theses n. 18. producis.

261. Cur autem in hanc suspicionem devenerim, si nosse aveas, dico: vulgare fecit adagium: *Cum vulpe commercium habes, dolos cave*; seu Regula 8. fuit in 6. *Semel malus semper præsumitur esse malus*. Hactenus non semel, & bis, sed centies calumniaris Pritanium. Semper igitur in te calumnias timeo. Et quidem percipere omnino nequibam, quod displiceret tibi admissam a me actualis gratiæ necessitatem in vera erga Sanctos pietate; tam enim necessaria hujusmodi gratia, etiam te judice, quam quod maxime. Ex scrupuloso igitur zelo, quo incalescis, quo exæstuas, displicuit in me, quod somniasti de me; quod nempe exigerem gratiam sanctificantem. Si mea sit falsa suspicio, hic sistamus.

362. Sin volueris hunc mihi appingere errorem; condona, ad quæstionem te vel invitum rapio, ut tormentis abs te exigam veritatem. Profer, ubinam scripserim hujusmodi errorem? Indica librum, ex millenis etiam a me editis? designa caput, paginam: profer mea? Tuum saltem ratiocinium expone, quo ex meis id evincas. Nil horum præstitisti, quod erat laboriosius faciendum, nec æternum facies.

363. Sed *longe non eamus; si forte fallor, ad ista responde*. (*f*) Iterum *non est multum, ut ipsa verba mea ponam; unde videant, qui hæc legunt, quemadmo-*

(*a*) August. lib. de grat. & libero arbitr. cap. 17. numero 2. (*b*) Ibidem. (*c*) Cap. xx. pagina 277. (*d*) Thes. 1. (*e*) Propos. 35. (*f*) Augustin. libro 4. contra Julianum cap. 3. num. 14.

admodum scriptis meis insidieris. (*a*) Mei libelli Cap. XV. (*b*) hæc profiteor bona opera in peccatoribus; ut proinde omnino procul recedam a doctrina Baii effutientis: *Omne*, *quod agit Peccator*, *peccatum est*. I. Nè solamente vi han da assistere i Giusti; (Missæ) mà *utile* eziandio è, e in oltre di obbligo per le Feste di precetto, che intervenga alla Messa ancora chi si sente reo *di grave peccato*. En hominem, a cujus animo longe exulat gratia & caritas habitualis. De hoc scribo: *utile eziandio è*, che intervenga alla Messa: effutiret Bajus: *Peccatum est*. II. Anche il Peccatore assistendoci *con buon cuore*; Igitur *non peccat*: III. E benchè indegno, offerendo a Dio l'immaculata Vittima del Redentore, può sperare ajuti ed ispirazioni per pentirsi daddovero, e per disporsi col pentimento a ricevere l'assoluzione da i sacri Ministri nel tribunale della Confessione; IV. Allora anche il Peccatore ha da alzar la mente a Dio .... V. Benchè sdegnato contro di lui, per pregarlo de' suoi efficaci lumi ed ajuti, che il muovano a ravvedersi, e a rimettersi nella via della Giustizia e della salute. VI. Iddio supplicato di cuore dagl' indegni non lascerà cadere in terra le lor preghiere. Igitur Bajus omnino excludatur, & Quesnellus. *Quid ad ista dicturus es?* (*c*) *Quid hoc evidentius*, *quid apertius*, *quid expressius?* (*d*) Si Bajo subscriberem, omnia isthæc, a me præasserta, peccata essent. Qua itaque via Peccator valeret, sibi demereri divinam pietatem, ut ajo: Iddio non lascerà cadere in terra le lor preghiere?

364. Num. 28. „ Explicemus, ais, nunc difficilem illam D. Augustini „ sententiam (*e*): *Sed honorare* (Martyres) *& non imitari*, *nihil aliud* „ *est*, *quam mendaciter adulari*.

365. Cur tanto labore consumeris, ut explicando Augustino duas pene occupes paginas? In tua *Idea* (*f*) viæ te commiseras breviori: *Exponitur*, inquis, *exaggerata quædam locutio D. Augustini a Pritanio adducta*. Reponere hic poteras: *Exaggeravit Augustinus*, *excessit*: pauculis hisce rem confecisses. An puduerit tam crudi verbi, quod minime in *Idea* advertisti? (quodve & pluribus aliis Patribus reponendum erat) macte animo: abjice scrupulos, vel saltem comprime: haud certe est crudum verbum, est coctum, concoctum, recoctum a pluribus Tuis; quos si aveas nosse, consule *Augustinianas vindicias* Norisii, lege & Epistolam P. Serry ex Elysiis datam tuo P. Gener. Gonzalez. Cæterum absolute admittendus erat Augustinus, cum scripseris consimilia. Uno verbo: In eam invehebant pietatem suis vehementibus illis expressionibus Patres, quæ unice exterior esset, ac superficialis, quæque nullam animo pareret utilitatem. Verum recordare, pietatem hanc mere exteriorem, tibi *nullam* esse, ac *simulatam*. Porro *simulata* pietas, & *Adulatrix* ex Augustino idem omnino sunt; Adulator enim ore simulat laudes, & vituperat corde; aut quas laudes saltem non magni facit interius. Relege §. III.

366. Tuis exsibilandis scrupulis plusquam satis. At familiarius nos inter conferamus: si sapis, edisces, quam insulse (bona pace) quam injuste in hoc tuum caput Tridentinum intrudere, ac Bajum, & Quesnellum

(*a*) Ibid. c. 8. n. 47. (*b*) Pag. 188. (*c*) Idem lib. 5. cont. Jul. c. 3. n. 13. (*d*) Ib. n. 15. (*e*) Serm. 325. in Festo 20. Martyrum. (*f*) Part. 1. c. 8.

lum pertentaris. Risu Pritanius excipit tua, & ne pili quidem facit. Canta, recanta, iterumve canta putentem strophem, mucidam, prærancidam, & si quid pejus. Si volueris; Bajanismi notam appinge, Quesnellianismo incrusta. Advoca ex Belgio Jansenium, Calvinum ex Gallia, ex Germania Lutherum: excita ex Oriente Julianum Apostatam, Hagiomachos: Convoca Manichæos ex Africa, Judæos (ut fecisti) omnem demum hæreseon pestem turmatim. Enitere, fac quidquid potes; & cum adversus me magnum fecisse arbitreris, nullum mihi facis negotium, nauci facio tua, rideo conatus tuos, doleo vias tuas. Imperterritus steti, & stabo. Excita, agita tumentes fluctus calumniarum, immobilem prægrandem scopulum expertus es, & experieris, in quem allisi, & collisi scrupuli tui in spumas deficient. Cur plurimos ex tuis sapientissimos quidem, sed una modestissimos, imitatione assequi non contendis? Hisce quod in aliis displicet, quod falsum reputant, pro veritate stantes, aculeos habent in falsas opiniones, sed mel erga Auctores Catholicos: Tu haudquidem ex alveari, sed ex vesparum nido irruis in me, orationis aculeos, & calumniarum figere non desistis, refigere, configere; ut dilacerata fama Pritanii in nihilum tandem evanescat. Immitem animum! Et in defunctum! & in Sacerdotem Catholicum! Mitissimum me experire: teque inter morigeros Religiosos, justosve Sacerdotes sincere reputans, sed præjudiciis occupatissimum, moneo. Cum Augustino: (a) *Habent justi quosdam labores suos ... ne opinio verisimilis fallat .... ne se tenebræ alicujus erroris offundant: ne, quod bonum est, malum, aut, quod malum est, bonum esse credant... ne in ea, quæ agenda non sunt, cupido præcipitet... ne maledicis rumoribus bona conscientia fatigetur: ne temeraria de alio suspicio nostra decipiat.*

CAPUT XV.

Aliquam inesse Fidelibus necessitatem, seu obligationem, omnibus communem, Sanctos Sanctorumque Reginam invocandi.

PRITANIUS.

267. HIc certe, cariss. Pater, mea, quæ impetis, non legisti; si vidisses, alio divertisses iter; cum veritate cogente, me exscripsisse videaris, tanta meam inter ac tuam est similitudo doctrinæ. Comparatione res erit apertissima.

368. I. Num. 39. ais: „ Ad auctoritatem Theologorum, qui necessitatem, seu obligationem universalem invocandi Sanctos negare videntur. Respondeo illos loqui de obligatione *directa*, *absoluta*, & *per se*, „ proveniente ex aliquo præcepto peculiari de tali Invocatione: “ Igitur tibi

(a) Lib. 22. de Civit. Dei cap. 23.

tibi nullum est peculiare præceptum, quo *directe* obligemur, *absolute*, & *per se*, Sanctos invocare, videlicet nullum ejusmodi est præceptum naturale, Divinum, Ecclesiasticum. En eadem scribentem Pritanium: (*a*) II. Finalmente potrebbe essere, che si trovassero persone così interessate nella gloria de' Santi, che spacciassero la Divozion verso di loro per *essenziale e necessaria al Cristiano*; e se un Autore de' nostri tempi ha preteso; che *si dia precetto generale* a tutti d'invocarli, egli a i comandamenti ne ha aggiunto uno, *non conosciuto da tutti i secoli addietro*. Certamente quest' obbligo e necessità non viene a noi imposta dagl' insegnamenti della Chiesa Cattolica, la quale nel Concilio di Trento ha solamente riconosciuta per *utile* e *lodevole* la loro Invocazione; il ché spiega abbastanza i sentimenti ed intenzion sua, comprovata di poi da tanti altri Teologi della credenza Romana.

369. II. Prosequeris: „ Non autem de obligatione *indirecta*, oriunda ex „ hypothesi, & *ratione alterius præcepti*, vel ex præscripto alicujus virtu„ tis, hic, & nunc *per se* obligantis: puta ratione præcepti Ecclesiastici „ de rite celebranda, vel audienda Missa, de recitandis horis Canonicis „ ec. " Prosequitur item Pritanius: II. Obbligato nondimeno si trova ad invocarli, chiunque è tenuto alle *Ore Canoniche*, *e celebra la S. Messa*; perchè così ha prescritto la Chiesa in quelle piissime Orazioni. En *indirectam* obligationem ortam *ratione alterius præcepti* celebrandi Missam, recitandi Horas Canonicas. Addis: *vel ex præscripto alicujus virtutis*. Idem ego: Anzi chi mai non invocasse la Vergine e i Santi, si renderebbe sospetto di credere o illegittima, o inutile l' Invocazion stessa ed Intercessìon de' medesimi. En *indirectam* obligationem ex Caritatis præscripto Fideles omnes adstringentis, ne ullam dent Proximo offensionem; ac proinde teneantur quandoque Sanctos invocare, ac SS. Virginem Matrem.

370. III. Exigis in Titulo Cap. *Fidelibus aliquam inesse necessitatem*: & num. 7. *Omnes tenentur Deiparam*, & *Sanctos invocare*. Pritanius item III. hanc omnibus communem obligationem indirectam agnoscit, ut num. superiori dictum est.

371. IV. Unum ex determinatis temporibus, quo Fideles tenentur invocare Sanctos, & venerari, tibi est, cum diebus festis SS. Missæ Sacrificio intersunt. Siquidem tunc (ait num. 10.) „ unus quisque Adstantium „ debet, saltem *virtualiter* & *implicite* cum Sacerdote offerente offerre, & „ cum eodem orante orare. Sed in omnibus Missis, etiam iis, quæ de „ Sancto non celebrantur, pluries orat Sacerdos, interposita Invocatione „ Dei Genitricis, atque Sanctorum, ut constat. Ergo hoc ipso quod qui„ libet Fidelis tenetur diebus festis interesse Sacro, tenetur Dei Genitri„ cem, & Sanctos invocare, saltem *virtualiter*, & *implicite*. " IV. Audi Pritanium de Fidelibus differentem, qui sacrosancto adsistunt Sacrificio Missæ: (*b*) Non vi ha dubbio, di gran bene spirituale ed anche temporale, può loro provenire da sì eccellente Divozione, purchè vi assistano colla debita disposizione, cioè senza portar seco colpa grave, e senza affezione alla veniale, e sappiano raccogliere il loro spirito *per accompagnar col cuore le Orazioni del Ministro*, e per offerire con lui al nostro Padre Iddio

(*a*) Cap. xx. pag. 281. (*b*) Cap. xv. pag. 190.

Iddio il benedetto ſuo Figlio. Diſcerne, quam congruat Plazzæ Pritanius, dum bene loqueris! Eadem repeto c. XVI. (*a*)

372. V. Scribis num. 15. „ Atque hinc ulterius inferimus, Cultum „ Sanctorum omnibus præcipi ab Eccleſia. Quia..... Eccleſia non ſolum „ inſtituit Miſſas, & Officia ſpecialia in honorem Deiparæ atque Sancto- „ rum, certis diebus a ſuis Miniſtris celebranda, verum etiam in hono- „ rem & cultum B. Virginis & quorumdam ſingularium Sanctorum, cun- „ ctis Fidelibus præcipit, ut eorum feſtos dies inſtar diei Dominicæ au- „ ditione Sacri, & ceſſatione ab operibus ſervilibus ſancte obſervent, vel „ etiam religioſo jejunio eos præveniant. Quæ quidem omnia a bonis „ Fidelibus, niſi incogitantes ſint, eadem mente honorandi & colendi „ Sanctos, præſtari debent. " Succinit Pritanius V. (*b*): La Chieſa Santa ha deſtinato per quel giorno la Domenica, colla giunta di altre Feſte (en etiam Feſta Sanctorum) che occorrono o Mobili o Immobili fra l' anno. L' intenzione di Dio e della Chieſa nell' inſtituzion delle Feſte ſuddette, quanto è nota a i Criſtiani, piaceſſe a Dio che foſſe altrettanto fedelmente eſeguita. Dovrebbono allora ceſſare, per quanto è poſſibile, *i penſieri delle coſe terrene* (Perpende, quam ſanctius præ te excolenda moneam Feſta cum Dei, tum Sanctorum) *e i lavorieri*, per preſentarſi davanti a Dio, ſpezialmente nel Sacro Tempio, a riconoſcere la ſua padronanza ſopra di noi, ad adorare la ſua Maeſtà, a ringraziarlo di tanti benefizj a noi compartiti, a pregarlo finalmente di nuovi. Altro obbligo non c' impone la Chieſa, ſe non di deſiſtere nelle Feſte di precetto dall' opere ſervili, e di aſcoltare la S. Meſſa '. Tuttavia abbiamo noi da contentarci di quel ſolo, che ci vien comandato, ſe ci ſta veramente a cuore la vita dello ſpirito noſtro? Allora è tempo di accoſtarci con fervore a i Sacramenti, di aſſiſtere divotamente alla predica, a i divini Uffizj, *accompagnando col cuore le piiſſime funzioni della Chieſa*, con portar poi ſeco a caſa la conſolazione di eſſer ſtati benedetti dal ſempre benedetto noſtro Redentore. Così ſarà ben impiegato il giorno feſtivo. Ma un grave abuſo delle Feſte ſarà mai ſempre quello di deſtinare que' ſacri giorni a i Balli, alle Commedie, a i Giuochi, alla Crapola, e ad altri ſimili o troppo mondani, o anche vizioſi divertimenti. Poca cura certamente ha dell' Anima ſua, chi nella vita breve dell' uomo nè pur attende nelle poche Feſte dell' anno al profitto della medeſima; e niuna ne ha, chi anche le fa ſervire per offendere Dio. (*c*) Nel loro vigore han ſempre da reſtare le Domeniche tutte dell' anno, e quelle de i Miſterj della Redenzione, e le principali della Madre di Dio, e de' primarj Apoſtoli, e del Patrono. En Feſta Sanctorum religioſius cuſtodienda, cum præviis quidem jejuniis, quando occurrant. (*d*) In eſſe Feſte non mancherà agio alla gente povera di ſoddisfare *a i ſuoi doveri verſo Iddio, e verſo i Santi*. Audis, qui legere noluiſti? Jubet quidem Eccleſia, aliquot invocare Sanctos per annum, & venerari; cum videlicet eorum Feſtos dies ſervandos edicit, jejunia in honorem indicit &c. Nullibi autem invenies, *abſolute* præceptam eſſe, & *per ſe* Invocationem Sanctorum. *Ecce ego, qua voce poſſum, quod me negare aſſeris, clamo*. (*e*)

(*a*) Pag. 198. (*b*) Cap. XXI. p. 286. (*c*) Pag. 307. (*d*) Pag. 309. c. 21. (*e*) Aug. l. 3. c. Jul. c. 26. n. 65.

373. Igitur, si eadem hic utrique scribimus de Invocatione Sanctorum, *contentiose, quid quæris amplius?* (*a*) Non alia suppetit tibi defensio, quam quod mea non legeris. Utrique affirmamus, nullam esse obligationem *directam*, *absolutam*, *& per se*, *provenientem ex aliquo peculiari præcepto:* aliquam fatemur *indirectam*, nedum Ecclesiasticis, sed & omnibus Fidelibus: eadem statuimus quædam tempora hujusce exercendæ obligationis, eademque exempla proferimus. Igitur, *qui verba mea legit, quæ refellere niteris, eisque te insidiantem percipit; sufficit mihi, quia loco illo* (meo libello) *quid dixerim, intelligit*. (*b*)

374. Progrediamur modo ad quædam tua excutienda: certe in pulverem abibunt, & levissimum. Num. 1. ais: „ Omnem necessitatem Sanctos in„ vocandi, seu obligationem *absolute*, & *indistincte* negat Pritanius. " Hoc *invidiosa voce proclamas*. (*c*) *Absit, ut quemadmodum calumniaris dicamus*. (*d*) Relege mea: fors intellexeris: (*e*) Se un' Autore de' nostri tempi ha preteso, che si dia precetto generale a tutti d' invocar i Santi, egli a i comandamenti ne ha aggiunto uno non conosciuto da tutti i secoli addietro. Certamente questo obbligo e necessità non viene a noi imposta dagl' insegnamenti della Chiesa Cattolica. Et quidem præceptum inficior pro Invocatione Sanctorum. At statim subdo: Obbligato nondimeno si trova ad invocarli, chiunque è tenuto alle Ore Canoniche ec. Num *indistincte* scribo, qui inter obligationem, & obligationem discerno apertissime? Fateor *indirectam*, videlicet ratione alterius præcepti, recitandi Horas Canonicas &c. Itaque, quam diffiteor, *directa* dumtaxat est, *absoluta*, *& per se*. Non igitur *indistincte* loquor, neque *absolute* omnem nego obligationem. Profecto autem voces non adhibui, *directa*, *absoluta*, *indirecta &c.* quia, quibus scribo Idiotis, imperviæ prorsus essent: quia *te non loquente, securius loquebar:* quia *ubi res apparet, non est de verbis controversia facienda*. (*f*)

375. Num. 2. „ De obligatione & necessitate invocandi Dei Genitricem, „ signanter loquitur hoc loco Pritanius; sed haud dubium, quin & eam „ constanter rejiciat. Nam in illo etiam libro Italico: *Exercitiorum spiri-* „ *tualium*, in quo proprium suum nomen inscripsit, & ubi Asceticum „ agit, (*g*) nihil abest, quin hæreticum esse dicat, adstruere utramvis „ necessitatem. (*Profero ex tua latina versione; cum ad manus liber non sit*) „ Sic enim loquitur: *Habenda præ oculis est magna quædam veritas, quam* „ *ab Ecclesia Sancta, optima matre nostra, & infallibili magistra docemur:* „ *videlicet utilem quidem, & laudabilem esse Devotionem in Sanctos, & præ-* „ *sertim in Mariam Sanctissimam: hanc tamen Devotionem non esse necessariam* „ *nec obligatoriam. Absque hujusmodi præsidio possumus quoquo modo* (italice „ habet: *tanto e tanto*) *salutem adipisci*.

376. Et quidem rejicio obligationem *directam*, *absolutam*, *& per se*, provenientem ex aliquo peculiari præcepto. Eamdem amplector *indirectam* & in quibusdam circumstantiis. De Sanctis autem loquor, sub quorum nomi-

(*a*) August. lib. 5. oper. imperf. num. 25. (*b*) August. lib. 5. cont. Jul. c. 5. n. 19. (*c*) Ibid. cap. 11. num. 21. (*d*) Ibid. cap. 8. num. 19. (*e*) Cap. xx. pag. 281. (*f*) Augustin. lib. 5. oper. imperf. num. 45. (*g*) Post Meditatio. de SS. Sacram. in examine de S. Amore Dei.

nomine & ipsa venit Regina Sanctorum, SS. Virgo & Mater, (de qua idem ac de eis profiteor in libro meo, a te indicato) quemadmodum Tridentinum fecit, (*a*) quod & approbas: (*b*) „ *Tridentinum*, ais, *generatim definivit*: Bonum, atque utile esse suppliciter Sanctos invocare, *inter quos principem locum obtinet SS. Dei Genitrix*. " Sed qui Fidelis sum, qui Fidelibus scribo, inter eam discerno reliquosve Sanctos, (*c*) dicens: *Utilem & laudabilem Devotionem in Sanctos, & PRÆSERTIM in Mariam Sanctissimam*. Et alibi: (*d*) E quanto all' invocarla ne' nostri bisogni, commune abbiamo il sentimento della Chiesa, che più utilmente ricorreremo a lei, per ottener benefizj da Dio, che al rimanente de' Santi.

377. Num. 3. „ Utrumque documentum a Pritanio, vernacula lingua „ sine ullo temperamento, Doctis & Indoctis, ad veram Pietatem infor„ mandis, tanquam Catholicæ Fidei dogma propinatum; (magna quippe „ veritas, quæ ab Ecclesia, magistra infallibili, doceatur, non minus „ quam Fidei dogma est) quam facile possit simplices Fideles inducere ad „ prætermittendam omnino, ac etiam ad negligendam Invocationem Dei„ paræ atque Sanctorum; nemo cordatus est, qui non perspiciat. "

378. Annon vides, quod per latus Pritanii Patres ferias Tridentinos? *Mandant hi omnibus Episcopis, cæterisque docendi munus, curamque sustinentibus, ut Fideles diligenter instruant* (informandos nedum in pietatem, sed & in Fidem: & quidem vernacula lingua Indoctos) *Sanctos .... bonum atque utile esse suppliciter invocare*. Nullum adhibent *temperamentum*: Jejune prorsus fatentur dumtaxat: *Bonum & utile*, quin exprimant *obligatorium*. Num hi Patres ad prætermittendam omnino inducent simplices Fideles, ac etiam ad negligendam Invocationem Deiparæ, atque Sanctorum? Num idem præstabit doctissimus Bossuet, qui vernacula lingua scribit, absque ullo temperamento, & in erudiendis Acatholicis, quænam sit Catholica Fides? En ejus verba: (*e*) „ Del resto non vi è cosa più ingiusta, che il rinfac„ ciar alla Chiesa, che ella pone tutta la pietà in questa Divozione verso „ i Santi; Poichè come avvertito abbiamo, il Concilio di Trento si *con„ tenta insegnare* a i Fedeli, che loro è *buona ed utile* questa pratica, *senza „ punto dir di vantaggio*. "

379. Sed quid, cariss. Pat. si alium proferam, quem simili modo, cum Pritanio impetas, nec sanctitate, nec sapientia Bossuetio comparandum? Adtende: is est Augustinus, Ecclesiæ maximus Doctor: hic, inquam, *vernacula lingua* (quæ tunc etiam esset latina) *absque ullo temperamento propinat* omnibus, haudquaquam obligatorium esse, Sanctos invocare ad æternam salutem adipiscendam; & si docuisset aperte, Sanctos nostros esse apud Deum Advocatos. Audiatur: (*f*) „ Christus mediator, per quod homo: „ eo ipso ostendens utique ad illud non solum beatum, verum etiam bea„ tificum bonum *non oportere* quæri alios Mediatores, per quos arbitremur „ nobis perventionis gradus esse moliendos; quia beatus & beatificus Deus „ factus particeps humanitatis nostræ, compendium præbuit participandæ „ Divinitatis suæ. " Eja, dic Augustino, quod *simplices Fideles* ad præter-

(*a*) Sess. 25. de Invocat. (*b*) 2. Part. cap. 9. n. 2?. (*c*) In nunc laud. Opere degli Eserciz. Spirit. (*d*) Cap. XXII. pag. 312. (*e*) Esposizione della Dottrina della Chiesa Cattol. cap. 5. (*f*) Lib. 9. de Civit. Dei cap. 15. num. 2.

mittendam inducat, ac negligendam Invocationem Sanctorum: *Dic* illi, quod subdere debuisset, *quæri oportere* Sanctos ceu Mediatores secundarios, non quidem primarios.

380. Cæterum tui misereor, qui mea legere neglexisti. Te judice, scribo, *absque ullo temperamento* non esse obligatoriam Invocationem Sanctorum? Sed adhibui unum & alterum. Statim subdo, quamdam esse eos invocandi necessitatem; I. (*a*) *Obbligato* nondimeno si trova ad invocarli, chiunque è tenuto alle ore Canoniche, e celebra la Santa Messa: perchè così ha prescritto la Chiesa in quelle piissime Orazioni. II. Est ex virtute Caritatis, qua tenetur quisque offensionem vitare sui Proximi. (*b*) Anzi chi mai non invocasse la Vergine e i Santi, si renderebbe sospetto di credere o illegittima, o inutile l'Invocazione stessa ed Intercessione de' medesimi. Minus scripsit, præ me, tuus Crasset infra laudandus; Qua etiam ratione scribis, quod propinem tanquam *Fidei dogma utrumque documentum*, videlicet, ut reor, *utile* & *bonum* esse Sanctos invocare, & *obligatoriam nequaquam* esse hujusmodi Invocationem? *Utrumque hoc documentum* duæ sunt veritates: sed relege mea, (*c*) invenies ceu Fidei dogma expressam *quamdam veritatem*, unam non duas, eaque est Tridentini, *utile*, & *bonum esse &c.* Quod autem id minime obligatorium sit, conclusio mihi est Theologica, quam colligo, nec solus, sed tecum & cum Theologis universim. (*d*)

381. Præstat hic audire tuum Crasset, (*e*) ut percipias, quam consimilia scripserimus; proinde aut utrumque condemnes, aut absolvas. „ Un „ Autore famoso per lo suo talento, per lo suo sapere, per le sue bat- „ taglie, ma molto più per le sue maldicenze, ha pubblicato da „ qualche tempo in qua, che io insegnavo in questo libro, non so- „ lo esser permesso ed utile il pregare la Vergine, ma esser anche ne- „ cessario; e che se non fosse invocata, non era possibile il salvarsi. „ Per convincerlo di falsità, basta il leggere ciò, che ho scritto di que- „ sta obbligazione. (*f*) Quanto al *comandamento* di pregare e d' invocare „ i Santi, Iddio *non ce ne ha fatto alcuno*. Vero è, che ci *comanda ubbidi-* „ *re alla sua Chiesa*, quando non si voglia esser trattati come Infedeli; „ e *la Chiesa* avendo istituite delle *Solennità*, eretti de' monumenti, ed „ *ordinate delle pubbliche orazioni*, che si dirigono a Santi, ci obbliga tut- „ ti a parteciparvi. Ma *non isforza* alcuna persona *ad invocar nostra Signo-* „ *ra*, nè a volgersi *ad alcun Santo particolare*... Bisogna dire dell' Invoca- „ zione de i Santi, che toltone il *comandamento della Chiesa*, *e lo scanda-* „ *lo de' Deboli*, sta ad elezione di ognuno il ricorrere a Dio solo, o l'ag- „ giugnervi l'Invocazione de i Santi; l'invocare un Santo piuttosto, che „ un' altro; purchè ciò si faccia senza tacciare, o riprendere coloro, che „ fossero spinti a qualche altra Divozione. In questo senso diciamo, che „ *non è necessario* invocare nè la S. Vergine, nè gli altri Santi. " Duplex dumtaxat adhibet temperamentum, a me admissum: Il comando della Chiesa, avendo istituite delle solennità ec. e lo scandalo de' deboli.

382.

(*a*) Pag. 281. (*b*) Pag. 282. (*c*) In laud. libro degli Esercizj Spirituali. (*d*) Vid. sup. n. 368. (*e*) Tom. 1. *La vera Divoz. verso Maria* V. post Præfat. *Risposta alle calunnie di un Protestante*. (*f*) 1. Part. Tratt. 1. q. 4.

382. Num. 38. urges : „ Argumentum contrarium deductum a Prita-
„ nio ex Conc. Tridentino, est argumentum, ut ajunt, *Negativum* ab
„ Auctoritate, quod ex se nullius est roboris. Non dixit Concilium,
„ *bonum & utile tantum esse, Sanctos invocare:* Sed, *bonum atque utile sup-*
„ *pliciter eos invocare.* "

383. Quinimo & maximi momenti est, in quod omnes conspirant saniores Theologi, qui non obligatoriam scribentes Invocationem Sanctorum, ad Tridentinum appellant solum definiens: *Utilem & bonam*. Ea mecum argumentum : „ Si credidisset Tridentinum, obligatorium Sanctos
„ invocare, certe id suo decreto expressisset; ne instructioni deesset Po-
„ puli fidelis (quem ibi mandat erudiendum) quoddam occultando di-
„ vinum præceptum. Obligatorium autem minime definivit, sed solum
„ dixit: *Utile & bonum*, Sanctos invocare. Credidit igitur non obligato-
„ rium. " Vides argumentum *Negativum* non esse. Quod si malueris : sit *Negativum*, sed *Positivo* admixtum. Consimile prorsus argumentum (quod tibi, utpote *Negativum*, nullius momenti est) opposuit Juliano Augustinus; (*a*) ubi de Parvulis loquens, ait: „ Ubi, si abs te quæram, si non
„ sunt inter Peccatores habendi, quomodo pro eis mortuus est, qui pro
„ peccatoribus mortuus est? Respondebis: *Non pro solis peccatoribus mor-*
„ *tuum*, quamvis sit etiam pro peccatoribus mortuus. " Errorem hunc Doctor gratiæ Augustinus refellendum bene credidit argumento *negativo*, ut ais: „ *Quod quidem nusquam legis in divinis Auctoritatibus*, mortuum
„ scilicet esse Christum etiam pro eis, qui nullum habuerunt omnino
„ peccatum. " En nullius momenti Augustini argumentum, utpote *negativum*. Non enim Scriptura dixit: *Tantum mortuus est pro Peccatoribus; sed mortuus est pro Peccatoribus :* qui loquendi modus bene cohæret, quod mortuus sit etiam pro non Peccatoribus. Ex tua doctrina negativi argumenti hæc poterat Augustino Julianus reponere. Sed æternum stabit argumentum Augustini. En illud: „ Si reapse Christus subiisset etiam pro
„ non Peccatoribus mortem, alicubi hoc indicasset, Fideles eruditurus.
„ Nullibi id fecit. Nullo igitur pacto pro non peccatoribus mortuus as-
„ serendus est. " Si subdubitassent autem Tridentini Patres de ejusmodi divino præcepto pro Sanctis invocandis, ex aurea regula morum : *Tene certum, dimitte incertum*, ab Augustino tradita, in Jure Canonico consecrata (sed quæ Probabilismo non arridet) statuissent certe saltem Ecclesiastico præcepto Invocationem Sanctorum; ut hoc pacto divinum (si forte esset) suo etiam modo observaretur. Hoc autem minime præstiterunt. Igitur necessarium non reputarunt Sanctos invocare, neque de obligatione dubitarunt. Nec in ea Sess. 25. Tridentinum principalius agit, ut ais, pro confutandis hæreticis; sed pro fidelibus in vera Fide erudiendis; subinde pergit hæreticos damnare.

384. Prosequeris eodem num. 38. „ Alioqui bene cohæret cum debito
„ invocandi Sanctos, quod idem Concilium insinuavit, statim subjungens:
„ *Illos vero, qui negant, Sanctos æterna felicitate fruentes*, *invocandos esse;*
„ *impie sentire*. Verbum enim hoc participiale : *Invocandos esse*, debitum
„ aliquod indicare videtur. "

(*a*) Lib. 6. cont. Jul. cap. 4. num. 8.

385. Et quidem *debitum aliquod iadicare videtur*, non impositum a Tridentino fidelibus: sed damnatum ab eo in hæreticis. Ut hoc capias, consideremus verba Concilii: *Qui negant, Sanctos invocandos esse, impie sentire.* Legamus hæc absque Participiali: „ Impie sentire, qui ajunt: *Debemus Sanctos non invocare*. Hic eorum capitalis error a Trident. damnatus. Istud enim maxime aversabantur, ne crimen incurrerent Idololatriæ, quod nobis exprobrant. Unde quemadmodum in unoquoque verum debitum est, Idolis thura negare; ita illi *verum debitum in se fatebantur*, *Sanctos non invocare*. Ex hujusce igitur damnatione haud certe sequitur, quod Sanctos invocare *teneamur*; cum sit medium, videlicet: *Possumus invocare*; & idcirco decrevit Concilium: *Utile*, & *bonum*, quod idem ac *Possumus*. Porro si dixissent Etherodoxi: *Non debemus Sanctos invocare*, cadente negatione supra *debemus*, non supra *invocare*: Utinam: hoc modo non errarent omnino. Ut enim supra vidimus, universim Theologorum opinio est, & tua, & Serarii, & Suarii (quos laudas n. 40. 42. &c.) quod scilicet nullum sit hujusmodi debitum *directum*, *absolutum*, & *per se* ex peculiari præcepto proveniens. Errarunt igitur illi, ex quo credentes ad idololatricum cultum pertinere Invocationem Sanctorum, quemadmodum *debent* idolis thura negare; ita infideliter credunt, quod *debeant* Sanctos non invocare. In hoc *debitum* fulmina jecit Tridentinum.

386. Si responsio isthæc non arrideat, accipe alteram. Dum indicas, Tridentinum per illud: *Invocandos esse* aliquod velle *debitum*, seu obligationem Sanctos invocandi; quæso te, quam intelligis? Fors *directam*, *absolutam*, *per se*, &c. Sed hanc inficiaris sapienter num. 39. cum Theologis illis confusim productis, & cum aliis sup. laudatis. Num omnes Tridentino adversamur? Haudquaquam certe. Hanc itaque non intelligis. Fortassis *indirectam* intelliges, provenientem ratione alterius præcepti? (quam de schola Theologi nominare consueverunt: *Per accidens*.) Hoc quidem est, quod fateris num. 39. Sed *frustra te versas*, & *reversas* adversus me. (a) Etenim *nihil dicis*, & *tamen dicis*; & *dicis*, *quoniam rectum non potes invenire*, *quod dicas*. (b) Annon audisti, & usque ad nauseam, mihi nedum Ecclesiasticos, sed & Fideles omnes *indirecta* obligatione urgeri invocandi Sanctos? (c)

387. Num. 27. „ Age nunc assertam necessitatem Invocationis & Intercessionis Sanctorum vetustis Ecclesiæ ritibus & antiquorum SS. Patrum „ testimoniis comprobemus; ut jactare desinat Pritanius, istud esse *Comandamento*, *non conosciuto da tutti i secoli addietro*. "

388. *Magnum porro aliquid invenisse tibi videris*; & *copiosissime disputas* (*quasi hoc negemus*) *instantissime probas*, *multa de Scripturis* (de Patribus) *adhibens testimonia*. (d) Age nunc, & jactare desine, inutiliter a te congestam Auctoritatum sarcinam: contra quem, nec ego novi, nec tu. Invocationis necessitatem monstrare aggrederis; sed quam? *Directam*, aut *indirectam*? Utrique primam negamus, affirmamus alteram. *Tu ergo expone*, *quemadmodum tibi ipse consliteris*, *nec tibi ipse resliteris*. (e)

389.

(a) Augustin. libr. 2. oper. imperfect. num. 196. (b) Ibidem numero 186. (c) Vide supra numero 369. 370. (d) Augustin. libr. 5. contra Julianum cap. 15. numero 55. (e) Ibid. cap. 3. num. 20.

389. *Sed homo intelltgens & acutus si prudenter hic saperes*, (*a*) ut scribendo, quid scribas, adverteres, minime quidem dixisses: *Ut jactare desinat Pritanius, istud esse mandatum* non conosciuto da tutti i secoli addietro. En mea integre reddita: (*b*) Se un Autore de' nostri tempi ha preteso, che si dia precetto *generale* a tutti d' invocare i Santi, egli a i comandamenti ne ha aggiunto uno non conosciuto da tutti i Secoli addietro. Cur jactare desinam, cum tu ipse mihi subscribas, tale mandatum esse novum, ut nunquam fuerit? Num. 37. ais: „ Quæ quidem omnia argumenta, tum testimonia hactenus expensa, non meram utilitatem, sed etiam necessitatem *quamdam*, si non *simpliciter* saltem *secundum quid*, evincunt Invocationis, & Intercessionis Sanctorum. " Tibi igitur nulla est hujusmodi *necessitas simpliciter*, & (ut ais num. 39.) *directa*, *absoluta*, & *per se*; nullumve est hoc modo præceptum, quo ad Sanctos invocandos Fideles urgeantur. De hac *necessitate*, de hoc *præcepto* fateor, non conosciuto da tutti i secoli addietro. Nam necessitatem *indirectam* (ut usque ad nauseam inclusive replicatum est) & *secundum quid* ibidem profiteor; quemadmodum & *præceptum indirecte* nos urgens ad Sanctos invocandos. Cariss. Pater, *quæris inaniter*, *multum laborans*, *ut ostendas* (*a*) a vero Pritanium aberrare; sed in te, qui me legere neglixisti, recidit in sagittarium sagitta.

390. Num. 37. *honoris* gratia me nominas *Reformatorem Asceticum*. Ut jam vidisti, tunc bene loqueris in hoc tuo cap. cum mecum loqueris; & pugnantia scribis, cum mihi non subscribis. Si *Reformator Asceticus* sum, cum bene loqueris, quia mecum loqueris; utrique sumus *Reformatores Ascetici*: Si *Reformator Asceticus* sum, cum pugnantia scribis; *tuas calumniosissimas contumelias non est necesse sæpius refutare*. (*c*)

391. Num. 44. hæc ex tuo Suario: (*d*) „ *Tutius* & utilius est, Invocatione Sanctorum interdum uti, quam illam prætermittere. Est *tutius* tum quia qui omnino eam prætermittit, eam despicere, vel contemnere videtur, quod perniciosum est: & quamvis forte non contemnat, huic periculo se exponit, quod tutum non est. " Num. 45. approbas hæc. Quid hoc, R. P.? Approbas *Tutiorismum*, qui infensus hostis es & *Probabiliorismi*? Ex extremo *Probabilismo* ad extremum saltas *Tutiorismum*? Et si hoc tibi videtur a S. Sede proscriptum in illa Thesi (*e*): *Non licet sequi opinionem vel inter probabiles probabilissimam*, cur hic approbas? Fors ut *tutius* Pritanium valeres confodere ceu *Reum Reformationis*? At cum ex falso semper ex se falsum sequatur; falsum semper erit, Pritanium *Asceticum* esse *Reformatorem*.

392. Audiamus denique quoddam adversus me argumentum. Num. ult. „ Argumentum instauratur *ad hominem* (ut ajunt) adversus Pritanium. „ Ait ipse: Chi mai non invocasse la Vergine e i Santi, si renderebbe „ sospetto di credere o illegittima o inutile l' Invocazione stessa ed In„ tercession de' medesimi. Qui certe est error in Fide. Sed ex caritate „ sive sui, sive Proximi, quisque tenetur non se reddere suspectum erroris

(*a*) Augustin. ibid. cap. 4. num. 16. (*b*) Cap. xx. pag. 281. (*c*) Augustin. lib. 5. contra Julian. cap. 5. num. 1. (*d*) In defensio. Fidei Cathol. lib. 2. cap. 9. de Sanct. Invoc. num. 23. (*e*) Ab Alex. VIII. quæ est 3.

„ roris in Fide. Ergo quisque tenetur nonnumquam saltem Virginem & „ Sanctos invocare. “

393. Moneo iterum, nec desistam; ut a *præjudiciis* caveas quammaxime; quæ si semel occupaverint animum, in quovis sint, palpabiles certe offundent tenebras; ut videndo non videatur, legendo non intelligatur. Quid est, *argumentari ad hominem*? Est adversarium premere, ut ex principiis a se admissis cogatur fateri, verum esse, quod reputat falsum. Quid modo expetis hoc ratiocinio *ad hominem*? Ut verum profitear, quod *quisque teneatur, nonnunquam saltem Virginem invocare, & Sanctos*. O bone, & non vides, expresse a me admissum (ut hic infinities dictum est) quod a me expetis extorquere *ad hominem*? Repetantur mea: (*a*) Obbligato nondimeno si trova ad invocarli, chiunque è tenuto alle Ore Canoniche, e celebra la S. Messa; perchè così ha prescritto la Chiesa in quelle piissime Orazioni. Quid isthæc? nisi ea quæ latine profers, quæque vis, ut profitear: *Quisque tenetur, nonnumquam saltem &c.* At quia hic de solis Ecclesiasticis sermo mihi est, ut obligationem eam ad omnes extenderem, subdo: Anzi chi mai non invocasse la Vergine e i Santi, si renderebbe sospetto di credere o illegittima, o inutile l' invocazione ed intercession de' medesimi. Nimirum cum quisque Fidelium teneatur Proximi offensionem vitare, fugere similiter debet non rendersi sospetto ec. Sanctos quandoque invocando, Sanctorumque Reginam, æternum benedictam. *Multum quidem laborasti, ut hæc invenires, quæ contra te potius, quam contra me diceres*. (*b*)

CAPUT XVI.

Pium ac laudabile esse, Religiosum alicujus S. Fundatoris habitum a Pueris, vel a Mulieribus ex Voto, aut Devotione gestari.

PRITANIUS.

394. GEminam in præsenti adversus me calumniam moliris: quæ non scribo, scribentem fateris; quæ admitto, non admittentem pronuntias. *Sed quacumque te verses, quacumque te jactes, quæcumque undecumque colligas, ventiles, spargas*, (*c*) *inaniter spumeum diffundis eloquium*. (*d*)

395. Num. 1. ais: „ Tam receptum in Ecclesia morem palam tantum „ damnare non audet Pritanius; cæterum tanquam *recens inventum despe-* „ *ctui* habet, & ad Devotionis quisquilias, ac vanas imagines audacter „ rejicit, quasi nihil per sese ad pietatem profuturum. “ Hic scribere me, ais, quæ nec quidem somniavi. Ubinam nomino *recens inventum*, habitum gestare religiosum alicujus S. Fundatoris? Ubinam hunc morem *despe-*

(*a*) Cap. xx. pag. 281. (*b*) Aug. lib. 5. cont. Jul. cap. 5. num. 20. (*c*) Ibid. c. 15. n. 56. (*d*) Ibid. cap. 10. n. 43.

despectui habeo, & *contemno*? Ego, ego sum, qui de hujusmodi more scribo: (a) Io non oserei di condannare sì fatta invenzione. Qui fieri potuit, ut *despectui haberem*, quod damnare non audeo? Item scripsi: *sì fatta invenzione*, minime vero: *Nuova invenzione*; ut mihi affingis, (b) sicut, quod dixerim: *Non in vestium apparentia, sed in exercitatione virtutum imitandos esse Sanctos*. Verum *non sicut insimulas*, (c) Pritanius loquitur. *Absolute* excludentem me inducis religiosæ vestis gestationem, quam reapse approbo, solumve displicet *sub conditione*. En mea: (d) Perchè a che *servirebbe* imitare i Santi nella forma del loro vestire, non imitandoli nelle virtù? Quorum hic planus sensus est: Non servono le vesti de' Santi, se non s'imitino le loro virtù. Ex quo bene colligitur: „ Laudabile est, hujusmodi vestes „ deferre, si sociam habeant imitationem virtutum. " Idcirco scripsi: Io non oserei condannare sì fatta invenzione; bonum quidem, si imitemur virtutes, secus superficialis erit.

396. Progrediamur, ut videamus; num, quod admitto, jure me non admittentem pronunties. Proclamas, quod averser, vestes deferre alicujus S. Fundatoris ex voto, aut ex Devotione. Et tamen, si percepisses mea satis obvia & plana, intellexisses certe, contraria me scribere, tequemet subscribere mihi. Proferantur mea, subinde tua. Meritano anche osservazione gli abiti, o sia le vesti di qualche Ordine religioso, portato da Fanciulli, o da Donne secolari per Voto, o per Divozione. Io non oserei di condannare sì fatta invenzione; ma bensì dirò, doversi essa riporre fralle Divozioni superficiali; perchè a che servirebbe imitare i Santi nella forma del loro vestire, non imitandoli nelle virtù? In his considera inter superficiales pietates morem hunc a me adnumerari; sed unice si Sanctorum mores non imitentur; ita enim nulla animo adveniret spiritualis utilitas, proindeque esset mihi pietas superficialis. (e) Profecto quot sunt, qui Pueros vestibus hisce ornent potius, quod amabiliores, pulchrioresque appareant: quot ejusmodi vestes eligunt, ut, sub cortice pietatis sumptibus parcendo, angustias cooperiant rei familiaris? Hanc certe fateberis pietatem superficialem, quæ tibi *exterior* solum est, *Larvatica* tuo Segneri. Alibi hæc copiosius scripsi: (f) Similmente si è potuto discernere, quella essere *Divozion superfiziale*, che non corregge i nostri vizj, che si ferma nell'esercizio esterno della pietà, senza regolare l'interno a tenor della legge di Dio. Però a che serve l'abito povero e dimesso, la scompostezza ed aria mortificata, e la scienza della Teologia e delle materie Ascetiche? Questi son segni ed ornamenti equivoci; e può essere, che in questi tali non abiti la vera Divozion e pietà. Bisognerebbe poter vedere ed esaminare il cuore. Qualora in questo si appiatti la superbia, o sia la troppa stima di noi stessi, mancandoci l'umiltà, base delle altre virtù; e qualora non procedano da vera carità le nostre opere buone, regnando in noi, invece dell'Amor di Dio e del Prossimo, il troppo amor di noi stessi: saremo cembali, che fanno un inutile strepito; saremo un nulla; nè il Salmeggiare, nè il digiunare, e simili altre azioni di Divozione, ci acquisteranno il titolo di veri Divoti.

(a) Cap. xxv. pag. 369. (b) Num. 22. (c) Ibid. cap. 6. num. 24. (d) Ubi sup. (e) Vid. sup. cap. 14. §. 1. (f) Cap. ult. pag. 370.

ti. Similiter ediſſere de eis religioſas veſtes deferentibus. Nempe ſi ex religioſæ veſtis uſu aliquod ſpiritui obveniat commodum ſalutare, tunc certe vera pietas erit, quod ſcripſi: La Divozion vera ha d'avere per fine il bene e 'l profitto dello Spirito: videlicet ſi a Parentibus adhibeantur laudatæ veſtes, ut eorum filioli ſub ſpeciali ſint clientela cujuſdam Sancti: ut a primo vitæ diluculo modeſtis veſtibus veſtium vanitatem aſſueſcant contemnere: ut mulieres præſertim ad modeſtiam magis compoſitæ incedant &c.

397. Audiamus Plazzam ſapienter, & vere ſubſcribentem Pritanio, & pluries. I. Num. 3. „ Nos igitur ultro fatentes, virtutes Sanctorum eſ„ ſe, quibus nos circumveſtiri, & ornari *potiſſimum oporteat*. II. Num. 24. „ Sin autem, ut credere *par eſt*, Pueros, ac Puellas religioſis, ac „ Sanctis veſtibus induant parentes *in memoriam, & honorem* illius Sancti, „ cujus meritis, & precibus proles obtenta eſt; vel ut noverit Puer, ſe „ illius Sancti *tutelæ eſſe commendatum*, & cultui *dedicatum*; vel ut a pri„ mis annis *Religionem amet*, & quo ad fieri poteſt, *religioſis moribus* aſ„ ſueſcat: Tune pietatem iſtam inter futiles, & inanes devotiones aman„ daveris? " (Apage prorſus, mi Pater.) Audiſti jam, quænam ſit mihi *Devotio*, quam ad *ſuperficialem amando*: eaque eſt, quam tumet, urgente veritate, adnumeras ſuperficiali. Scribis n. 23. „ *Superficialis utique* „ *devotio* foret, ſi ejuſmodi veſtes *nullo honeſto fine*, *nullo pio cordis affe*„ *ctu* aſſumerentur. " Ex animo igitur rependo grates, qui pluſquam ſatis vindicas me a dicteriis tuis num. 22. „ Huc igitur Reformator adve„ niat, & *ſuperficialem*, hoc eſt inanem, & vacuam Devotionem eſſe di„ cat, ſi audet, iſtum Sacrarum, & religioſarum veſtium uſum, & cul„ tum. " *Hanc vero ſententiam tuam, quam dixiſti* ſuperficialem devotionem cum Pritanio, *ſi cogites, voles eam delere de libro tuo, & de cordibus omnium, qui legerunt librum tuum;* (*a*) ne pugnantia ſcribere videaris: III. Num. 25. „ Itidem ſi mulieres ſæculares religioſis veſtibus amiciri „ gaudent, ut *animum præſeferant a mundi pompis abhorrentem*; vel ut ſe „ profiteantur illi Sancto, ejuſque ſacro Ordini *ex affectu conſecratas*; vel „ ut ex veſtibus excitetur memoria virtutum illius Sancti, *quem ſibi imi*„ *tandum propoſuerunt*. " Tibi igitur laudabile, ac pium eſt, ſanctorum „ veſtes deferre; ſed una *potiſſimum oporteat*, eorum virtutibus circumveſtiri: ſi mulieres ſæculares animum præſeferant *a mundi pompis abhorrentem*: ſi ex veſtibus memoria excitetur illius Sancti, *quem ſibi imitandum* propoſuerunt: *ſuperficialem* nominas, ſi *nullo honeſto fine*, *nullo pio cordis affectu* veſtes aſſumantur &c. Annon ſentis, vehementius præ me te diſſerentem, te monentem? Ipſe non aliud ſcripſi, niſi: Io non oſerei di condannare sì fatta invenzione; ma bensì dirò, doverſi eſſa riporre fralle divozioni ſuperfiziali; perchè a che ſervirebbe imitare i Santi nella forma del loro veſtire, non imitandoli nelle virtù? *Quid igitur excogitaſti, quod ita tibi placuit* (*b*) in te, ut idem in me diſpliceret?

C A-

(*a*) Aug. lib. 5. cont. Jul. cap. 16. num. 59. (*b*) Ibid. cap. 2. num. 5.

CAPUT XVII.

Pium & laudabile similiter esse, cum religioso alicujus S. Fundatoris habitu, pœnitentiæ caussa, vel Pietatis studio mori velle, ac tumulari.

PRITANIUS.

398. ORdiris num. 1. „ Carpit hanc Devotionem Pritanius. " *Nos tamen non ut calumniaris, dicimus.* (*a*) In æternum & ultra non proferes mea, quibus, hanc me *carpere Devotionem*, monstraveris. Forte ridebis, & miraberis simul, adamantinam mihi frontem esse, qua, quæ aperte scripsi, inficias eam. *Mea proinde verba proponis*, (*b*) *ubi dixi :* (*c*) Non più gioveranno al Cristiano perduto ne' disordini del Secolo queste apparenze di Divozione, che si facciano que' divoti abiti di Penitenza, con cui vogliono esser seppelliti alcuni Peccatori. Gli abiti interni delle Virtù, e non già l'esterne vesti, han da esser quelli, che ci conducano al Paradiso. Hæc quidem mea sunt; sed *adhuc non evigilas, ut intelligas? Rogo te : oculos aperi, & cerne, quæ aperta sunt.* (*d*) *An utrumque æqua lance perpendis*, (*e*) & quod scribis in Titulo Capitis, & quæ modo protuli mea? Tuis hisce scrupulis humaniter indulgemus. Adtende, *si recte vis sapere.* (*f*)

399. Tibi *pium & laudabile* est mori velle, ac tumulari cum habitu religioso, non *absolute* quidem, sed si sit *pœnitentiæ caussa*, vel *Pietatis studio*. Loqueris igitur de *hominibus frugi*, qui *ex interna pietate* illud amant indumentum. Num hoc aversatur Pritanius? Apagesis: certissime id ad Kalendas græcas monstraveris adversus me. Mihi dumtaxat sermo est *del Cristiano perduto ne' disordini del secolo*. Tu de omnibus *indefinite* loqueris, id genus vestis eligentibus; ego *determinate di alcuni Peccatori :* Tu *de interna pietate* eorum; ego *di apparenze di Divozione* in eis, in quibus, utpote perduti ne' disordini del secolo, nullus sublucet Pietatis affectus, solo contentis cortice vestis religiosæ. Num, quæ adfirmas, aversatur Pritanius, an dissimilia omnino sunt? Audi Bernardum ad rem meam in illud Joel. 2. *Convertimini ad me in toto corde vestro.* „ Corporis namque conversio, si sola fuerit, (*solo* „ *habitu religioso*) nulla erit; *forma* siquidem *conversionis* est ista (quæ mi- „ hi *: Apparenza di Divozione*) non veritas, vacuam virtute gerens *speciem* „ *pietatis*. Miser homo, qui totus pergens in ea, quæ foris sunt, & igna- „ rus interiorum suorum, putans aliquid se esse, cum *nihil sit*, *ipse se* „ *seducit*.... *Exteriorem* quippe *superficiem* intuens, salva sibi omnia suspi- „ catur, non sentiens vermem occultum, qui interiora corrodit. Manet „ tonsura, vestis necdum mutata est, jejuniorum regula custoditur, sta- „ tutis psallitur horis, *sed cor longe est a me*, dicit Dominus. Adtende „ so-

(*a*) August. lib. 5. cont. Jul. cap. 12. num. 48. (*b*) Ex cap. ult. pag. 374. (*c*) August. lib. 6. cont. Jul. cap. 2. num. 3. (*d*) August. lib. 5. cont. Jul. c. 7. n. 28. (*e*) Ib. lib. 6. cap. 9. num. 26. (*f*) Ibid. cap. 10. num. 33.

„ ſolerter, quid diligas, quid metuas: ubi gaudeas, aut contriſteris, &
„ *ſub habitu Religionis animum ſæcularem, ſub pannis converſionis invenies cor*
„ *perverſum*. “ Accedat tuus Croiſet (*a*) „ Se per ben morire altro non
„ ſi aveſſe a fare, che ricevere gli ultimi Sacramenti, baciare il Croci-
„ fiſſo, verſare eziandio qualche lagrima, ſarebbe forſe meno intollerabi-
„ le la noſtra imprudenza. Non è ſempre difficile il ritrovare un Con-
„ feſſore dotto e zelante, che nel pericolo eſtremo ci aſſiſta: ma quante
„ ſon le perſone, alle quali non venne meno alcuno di queſti ſoccorſi,
„ e pure ſono morte in peccato? Morire nella *cenere* e *cilicio* circondato
„ da Sacerdoti e da Religioſi è un far una morte di edificazione, ma
„ non è preciſamente il fare una morte ſanta: fare una buona morte,
„ è un morire dopo aver cancellati tutti i diſordini della ſua vita, è un
„ morir in iſtato di grazia, è un morire pien di una viva fede, d' una
„ invincibil ſperanza, di un' ardente carità; è un morir pien di orrore
„ verſo le coſe amate dal mondo, e ripieno verſo Iddio di un amore,
„ che ſuperi ogni altro amore: e tutto ciò è forſe molto agevole a co-
„ lui, che sì poco amò Dio, ed ha paſſata quaſi tutta la ſua vita ſenza
„ penſare alla ſua ſalute? Per quale artifizio ſi troverà il cuore di ſubito
„ cambiato? le paſſioni non ſolo eſtinte in un momento, ma tutti i di-
„ ſordini da eſſa prodotti, riparati; gli abiti corretti; i legami, che ci
„ ſtringono alla creatura, ſpezzati; le altrui facoltà reſtituite; le virtù
„ Criſtiane, delle quali appena ſe ne ſa il nome, acquiſtate; in ſomma
„ una coſcienza lacerata da tanti rimorſi, in poche ore acchetata, e tut-
„ ti i noſtri conti preparati, ſenza averci quaſi penſato? Avremo noi
„ l' ardimento di dire, che tutto ciò ſia facile? che ciò ſia per lo meno
„ poſſibile? “ Iſthæc conſidera, & videbis, velle mori, & tumulari cum
habitu religioſo i Peccatori perduti ne' diſordini del Secolo, ſenza met-
terſi penſiero di emendar la vita, e di conformarla a quella di Gesù Cri-
ſto, univerſim haudquaquam eſſe *pœnitentiæ cauſſa*, vel *pietatis ſtudio*; ſed
procellas eſſe agitantes animum ſceleribus prægravatum, Chriſti judicis
præſentientem judicium, rectum quidem, ſed ab omni miſericordia pro-
cul. Quam durius præ me Bernardus, & Croiſet! quinimo & Gretſerus,
quem producis num. 3. aperte meam doctrinam præformavit: (*b*) „ Lu-
„ theri Calumniæ breviter reſpondet Gretſerus: *Sed hæc*, inquit, *nullius*
„ *Catholici mens eſt: neque enim ignorant, parum momenti in externo hoc ſche-*
„ *mate poſitum eſſe, niſi internus de commiſſis dolor, & ſalutaris ſcelerum dete-*
„ *ſtatio accedat:* “ Sicut Gretſero & mihi *apparenza di Divozione* eadem
eſt ac Pietas dumtaxat externa, quam nomino *di poco momento*, (*c*) cui ſi
internum acceſſerit commodum ſalutare, vera mihi Pietas erit. Idcirco
hic ſcribo: Gli abiti interni delle virtù, e non già l' eſterne veſti han
da eſſere, che ci conducano al Paradiſo. Dilucide nimis intelligi volens,
quod ſi ſola ſit exterior religioſæ veſtis geſtatio, non aliud ſit, niſi *Ap-*
parenza di Divozione; ſin interior accedat Pietas cordis, tunc veræ Pieta-
tis & nomen habebit & rem. Ut hanc credas meam eſſe doctrinam,
ibi-

(*a*) Tom. 2. Ritirament. Spiritual. Meditation. 3. Decembris. (*b*) Cap. 1. Appen-
dicis ad libros de funere Chriſtian. (*c*) Vide ſupra cap. 14. §. I. (*d*) Et
§. II.

ibidem *lege superiora verba, quibus hæc cuncta connexa sunt, & invenies*: (*a*) E se queste Divozioni non produrranno in noi l'amor di Dio e del Prossimo, e non serviranno a mortificar le sregolate passioni, che ci traggono in precipizj, saranno *Divozioni di sola apparenza e non di sostanza*. Plura hinc profero hujusmodi Devotionum exempla. Certamente se noi ci credessimo Divoti per masticar con gran fatica quotidianamente alcune Orazioni a noi insegnate dalli Maestri della Pietà, o per recitare qualche preghiera a i Santi.... *senza metterci pensiero di emendar la vita nostra*, e di conformarla a quella di Gesù Cristo, e di chi ha seguitate le di lui pedate: *pazzamente ci aduleremmo, e ci troveremmo ben ingannati al punto della nostra morte*. Non più gioveranno al Cristiano perduto ec. ut supra. Sentis, de quibus loquor? Sunt e scelestis plures, qui præsentientes horribile nimis Christi judicium, scrutantis Jerusalem in lucernis, suis cupiditatibus excæcati mori ambiunt, & tumulari in habitu religioso; senza però mettersi pensiero di emendar la vita loro, e di conformarla a quella di Gesù Cristo. Idcirco pazzamente si aduleranno, e si troveranno ben ingannati al punto della loro morte; non giovando al Cristiano perduto ne' disordini del secolo queste apparenze di Divozione. Hic obvius sensus meorum. Isthæc autem scribere, haud certe est, *dissuadere* Fideles ab hujusmodi signis Pietatis, ut tu num. 57. adversus me; sed monentur, ne solis hisce contenti, negligant interiorem Pietatem; secus tres modo laudati Bernardus, Gretserus, Croiset simile etiam crimen incurrent; quinimo & tu, qui mihi subscribis. Adtende.

400. Nunc serio considera, quam incuriose nimis, ac falso in præsenti te gesseris. Qui contendis, me impugnare hunc laudabilem morem, hæc tibi adversus me statuenda fuisset Thesis: *Pium & laudabile est cum religioso alicujus S. Fundatoris habitu mori velle & tumulari etiam al Cristiano perduto ne i disordini del Secolo*, ec. Tantum audere scrupuli tui non sustinuerunt. At hoc tibi moliendum fuisset, quod vere est meæ assertioni contrarium. Quinimo pluries hic scribis oppositum, & Pritanio subscribis. I. In titulo *Pium* ais *& laudabile mori velle &c.* sed nonnisi *pœnitentiæ caussa, vel pietatis studio*. II. Ut omnia, sicut tù, simul complectamur, num. 56. ais: „ Atque hinc tandem apparet, quot virtutis ac pietatis titulis *honestari*, ac etiam *fructuosus* reddi possit Ritus, a nobis tot sacris „ Veterum monumentis hactenus assertus, de religiosis vestibus in morte „ assumtis & in funere ac sepulcro gestandis. Possunt enim vero, solent- „ que Fideles hoc vestium Ritu profiteri, & contestari, I. Mundanarum „ rerum ac pomparum despicientiam. II. Internum pœnitentiæ studium „ & amorem. III. Suum erga religiosam illam familiam, Sanctumque „ illius Institutorem Devotionis affectum. IV. Fiduciam inveniendæ apud „ Deum misericordiæ ejusdem S. Fundatoris precibus ac meritis, illorum- „ que Religiosorum suffragiis, quorum participes efficiuntur. V. Conse- „ quendæ Indulgentiæ (quæ interdum adnectitur) votum ac fidem. „ Cujusmodi tituli Devotionem istam *mere superficialem dici*, omnino „ vetant, nisi omnibus externæ Pietatis actibus hanc notam velis inu- „ re-

(*a*) August. lib. 6. cont. Julian. cap. 5. num. 15.

„ rere. “ Tibi igitur non est *mera superficialis Devotio* ea, sed *pia & laudabilis*, si quinque hisce titulis muniatur, vel quovis ipsorum, qui certe nedum cordis Pietatem, sed & magnam indicant apertissime. Non itaque tibi *absolute* verum: *Pium esse mori velle & tumulari in habitu religioso*: Multo minus, *pium & laudabile al Cristiano perduto ne' disordini del Secolo:* Multoque minus *al Cristiano perduto ne' disordini del Secolo, senza mettersi pensiero di emendar la vita ec.* Annon vidisti, me de hujusmodi Peccatoribus loqui, in quibus fateor *Apparenze di Divozione* que' divoti abiti di penitenza? Et paulo superius: Se queste Divozioni (esteriori) non produrranno in noi l' amor di Dio e del Prossimo, e non serviranno a mortificar le sregolate passioni, che ci traggono in precipizj: saranno Divozioni di sola apparenza non di sostanza. Si vero ab opposito produrranno in noi l' amor di Dio e del Prossimo, e serviranno a mortificar le sregolate passioni: saranno divozioni non di sola apparenza, ma di sostanza ancora. Annon vides, quam bene congruas Pritanio? Hic *etiam laborasti, sicut soles, probare, quod prædico*. (*a*) *quid quæris amplius? exue te calumniis: viribus luctare*, non præjudiciis. (*b*)

401. *Respondeo ergo calumniæ tuæ*, (*c*) qua me in fascem componis Luthero, hæreticisque. Num. 1. de me scribis: „ Carpit hanc Devotionem „ Pritanius. Num. 2. Sagax lector jam animadvertit, quam *abjecte* de „ isto Fidelium pio Ritu sentiat Pritanius, & quanta cum arte ab eo „ dehortari conetur Fideles. “ Prosequeris de Luthero: „ Hunc morem „ irridet, & calumniatur Lutherus. Num. 5. Propositam ergo Devotio„ nem eo nos libentius defendimus, quo videamus ab Hæreticis petu„ lantius traduci. “ Oh Pater! quot, qualibus, & quam exæstuantibus scrupulis ardes. Est in tuo corde adversus me fornax centuplum accensa, & incensa; ut perturbatissimo motu ignis foras erumpens, Pritanii famam absumeres, in cineres redigendam, & in favillas, si valeres. *Comparas me, & coæquas Apollinaris* (Lutheri) *errori, ut imperitis nebulas undecumque commoveas:* (*d*) nec *lucem veritatis adtendis*, qua tandem erubescas, pudeatque, tam frequenter, tam falso, tam injuste, fascem struere Catholici Sacerdotis in sinu defuncti Ecclesiæ Matris, & Hereticorum, & semper patenter falso.

402. Hoc Capite primæ parti tui Operis imponis coronidem, sed unam mihi necessitatem ab arte oratoria te celebrandi. Monet Quintilianus: (*e*) „ Nam id quoque est in primis custodiendum, ut *quo ex genere coeperis translationis, hoc desinas*. Multi enim cum initium a tempestate sum„ pserint, incendio, aut ruina finiunt, quæ est inconsequentia rerum „ fœdissima. “ Tu, inquam, ut hanc *inconsequentiam* vitares, ad amussim & studiosissime monitum exequeris Quintiliani. Cæpisti adversus me Opus *a Translatione de vero ad falsum*, prosecutus es, & hanc primam Partem comples *Translatione* consimili. In Præfatione ais: „ Et „ quod magis seu mireris, seu doleas; non veretur Scriptor orthodoxus ad

(*a*) Augustin. libr. 6. contr. Julian. cap. 2. num. 3. (*b*) Libr. 5. contr. Julian. cap. 7. num. 26. (*c*) Libr. 6. cap. 2. num. 3. (*d*) Libr. 5. contr. Julian. cap. 15. num. 55. (*e*) Instit. 8. cap. 6.

„ ad novam iſtam Chriſtianæ Devotionis *Reformationem* conficiendam *iiſ-*
„ *dem interdum argumentis* imprudenter uti, quibus Novatores Hagioma-
„ chi & Mariomachi *omnem Sanctorum* & Dei Matris cultum *evertere*, &
„ *convellere* tentarunt. " In decurſu advocas Vigilantium, Fauſtum Manichæum, Julianum Apoſtatam, Judæos (& in tua *Idea* hiſce me faventem, rotunde ſcribis) etiam Gentiles, Lutheranos, Calviniſtas, Janſenianos, Bajum, Queſnellum. In hoc Capite, ut eamdem adhibeas *translationem*, Lutherum inducis, hæreticoſque.

403. Euge, eugepæ, Rev. Pat.: epinicia tibi cane: intona feſtivus: *Dicite io pæan, & bis io dicite pæan:* hilaris tibi plaude ob excellentiſſimum Opus, quo peſſum ibit *decantata Reformatoris eruditio*. (a) Sed velis, nolis: (b) „ Facile vel tenuis diligentiæ advertet inſpector, quam
„ injuſtis opprobriis CATHOLICI PRÆDICATORIS memoria carpa-
„ tur; & in quod peccatum cadant, qui *aliena* (c) *inſtigatione* commo-
„ ti SCRIPTOREM CELEBERRIMI NOMINIS promptius habeant cul-
„ pare, quam noſſe. "

FINIS PRIMÆ PARTIS.

P. PLAZ-

(a) Tua de me in Præfat. (b) S. Proſp. in Præfat. ad Capit. Gallorum. (c) Ut ibidem ab aliis te fateris compulſum.

P. PLAZZA

PARS SECUNDA.

Christianorum in Sanctorum Reginam propensa Devotio, a præpostera cujusdam Scriptoris Reformatione vindicata, simul & illustrata.

PRÆLUDIUM.

Specimen Jansenianæ Reformationis in Cultum Marianum.

„ Reformationem hanc præponimus ante oculos, non ut Pritanianæ
„ Reformationi præjudicium faciamus; sed ut sagax & ingenuus Le-
„ ctor, quid inter utramque conveniat, quidve intersit, subinde discer-
„ nere valeat. "

PRITANIUS.

404. PEracta jam scena est. Immissi supra (*a*) erant Bajus & Quesnellus, Janseniani pariter, sed quasi furtim: ad Plazzæ solatium Jansenius e sipario in scena prodit, & superbus; ita alloquor, qui mecum erat. (*b*) Decebat, ait ille; quinimo justitia impellebat; ut hic advocaretur Jansenius; etenim in hisce tribus una mens, unum cor. Et poterat scrupulosus Plazza tertium præterire? Bene, ego; at ubinam Jansenius Marianæ Reformationis vel fundamenta jecerit, vel extruxerit molem, ignoro. Quantum meminisse datur, nullum unquam in eo deprehendi indicatæ Reformationis vestigium. Profecto autem nec ipse Plazza ulla ejusdem verba transcripsit; neque locum, caput, paginam subindicavit ullam. Fecisset sane, si habuis-

(*a*) I. Part. cap. 14. (*b*) Vide sup. num. 2.

buiſſet; & ſi oporteret, attraheret & obtorto collo verba Janſenii ad extollendam Pritanii Reformationem. Ille: o millies bone: deſine fatigari: nec ipſimet Plazzæ Janſenius Auctor Reformationis Janſenianæ, ſed Janſeniſtæ. „ Reformationis ipſius ſpecimen ex ipſiſtnet Janſeniſtarum docu„ mentis effictum exhibemus. “ Audis Plazzam? (*a*) Reapſe autem Andream Scurium nominat, Antonium Godellum, Petrum de Ligny. Ut quid itaque, ego, *Janſenianam* nominat, & non potius *Scurianam*, *Godellianam &c.* Famoſæ nimirum opiniones nonniſi ex Auctoribus earum ſortiuntur nomenclationem. Quod ſi indicata Reformatio Janſenium non habet Auctorem, qua veritate ex nomine hujus ducit Plazza appellandam? Ita prorſus, ille: ſed ex induſtria id peractum ſuſpicor vehementiſſime. Manet alta mente repoſtum Plazzæ, irruentibus ſcrupulis, libellum tuum infamare: hoc ei conſtans firmumque propoſitum. Ut adſequatur nullum non lapidem movet: vias rimatur planiores, breviores, dilucidiores. Hinc jure factum, ut nominaret Janſenianam. Cui enim ignotus eſt ceu Novator Janſenius? ceu peſtilentis doctrinæ homo? Hoc pacto novit Plazza tuto in invidiam trahere Opellam tuam; dum, ipſo judice, Reformationem tuam Janſenianæ, cognitæ ut peſtilentis doctrinæ, comparat congruentem. Si nominaſſet autem *Scurianam*, *Godellianam &c.* imperviæ omnibus hæ voces nec foverent Plazzæ conſilium, nec promoverent. Nimium, ego, videris ad veritatem collineare. At nova mihi ſubeſt cogitatio: valuit Plazza omni jure appellare Janſenianam, Janſenium licet non habeat Auctorem, ſed Janſeniſtas. Haud impervia tibi eſt Dialectica ejus, cui ſuperſtruxerunt ſcrupuli ſubtilitatem majorem: ea adjutrice id potuit præſtare, & veriſſime. Recordare, precor, eam *Terminorum* proprietatem, quæ *Ampliatio* in Scholis dicitur, cujus eſt exemplum frictum, & refrictum: *Cardinalis eſt Papa*, videlicet Cardinalis qui fuit, non qui eſt. Sorte conſimili dixit: Reformationem Janſenianam, quæ ſcilicet Auctores habeat, ſectantes aliunde Janſenium. Amice, „ ſi ridebitur „ alicubi, materiis ipſis ſatisfiet. Multa ſunt ſic digna revinci, ne gravi„ tate adorentur: vanitati proprie feſtivitas cedit. Congruit & *veritati ri„ dere*, quia læta: *de ſuis æmulis* ludere, quia *ſecura* eſt. Curandum pla„ ne ne riſus ejus videatur indignus. Cæterum ubicumque dignus riſus, „ officium eſt. “ (*b*) Gratulor tibi, ille inquit, qui trucis tui hujuſce Adverſarii jacula contemnas, nihilque ducas, veneno immixta lethifero prorſus. Et merito quidem: quæ enim adverſus te ſcribit, qui legunt, & norunt te pietate celebratum, ſapientia nulli ſecundum, ac in tota Europa tuo ævo non difficile Principem, ipſum potius feriunt (nec apud ſuos primi ſubſellii virum) quam te, cui poteſt regerere ea Auguſtini: (*c*) *Cernis nempe, cum arma tua vana quidem & obtuſa jactanter ventilas; quomodo, qua ferireris, nudaveris: imo te ipſe percuſſeris.* Eja ad ceptum perge: ſcrupulos ſuos facillime, nullo labore ac negotio evelles, extirpabis, ſuffodies; ut pudeat ipſum talia comminiſci potuiſſe.

405. Age, R. P. Ediſſere Janſenianam Reformationem. „ In duobus, „ ais num. 2. iſta verſatur, atque conſiſtit. I. In expungendis, aut corri-

 „ gen-

(*a*) In ſuo Præludio num. 1. (*b*) Lib. contra Valent. cap. 6. Tertullian. (*c*) Lib. 5. contra Julianum cap. 9. numero 56.

„ gendis præclarissimis illis titulis, quibus Dei mater admirabilis ab Ec-
„ clesia universa salutatur, & prædicatur. " Siste hic: ne excurras ad alterum. In antecessum accipe quædam a me scripta de SS. Virgine Matre in libello DELLA REGOLATA DIVOZIONE, nimis exiguæ molis; cujus scopus haud quidem erat eam celebrare, sed *de Pietate* universim *dirigenda* peragere in Deum, in Mariam, in Sanctos. Et tamen ea hic præconia in epitomen colligo, quæ de ea a nobis cæcutientis obtutu mentis, & balbutienti lingua queunt prædicari. Optime enim ea quadrant, (sua proportione) quæ S. Leo de ipsius Filio scripsit: (*a*) *Ipsa materia est ineffabilis; & nunquam potest satis esse, quod dicitur*. Accipe, inquam, ut præsentias, quod *hanc plane* calumniam *tuam nimis incredibilem, te nec Pictor docuit, nec Poeta*, (*b*) quibus omnia *audendi æqua potestas*.

406. Nel numero de' Santi non solo entra (*c*) anche la Beatissima Vergine Madre del Signor nostro Gesù Cristo; ma con ragione essa è appellata *Regina de' Santi*; giacchè oltre all' aver superati tutti i Santi coll' eminenza delle sue virtù, concorre in essa una sì sublime prerogativa, che al confronto suo sparisce lo splendore di ogni altro Cittadino del Cielo. L'esser ella stata eletta per Madre dell' Unigenito Figlio di Dio, è un pregio di sì alta contemplazione, che le menti nostre non possono far di meno di non concepirne quella maggior venerazione, di cui sia capace una mera Creatura *beneficata in sommo grado da Dio*. Perciò un *onor superiore* a quello degli altri Santi è dovuto a così *eccelsa Signora*. E quanto all'invocarla ne' nostri bisogni, comune abbiamo il sentimento della Chiesa, che *più utilmente ricorreremo a lei, per ottener benefizj da Dio, che al rimanente de i Santi*. Essa *piena di grazia*, essa quella fortunata, a *cui fece cose grandi, chi può tutto*. Favorita con doni soprannaturali in vita, alzata in Cielo ad ineffabili onori, *ricolma* tuttavia *di quella Misericordia*, che nudrì in terra, noi la riguardiamo come *Ajuto de' Cristiani* e *Rifugio de' Peccatori*. Il perchè non v' ha tra' Fedeli, chi bramoso dell' eterna sua salute non professi particolar Divozione a Maria, non la veneri qual sua *buona Madre*, e non la riguardi qual sua *possente Avvocata* presso Dio. Oltre a ciò per far progresso nella via del Signore, grande *specchio di ogni virtù* può a noi sempre esser Maria SS.: tanta fu la sua Umiltà, la sua Purità, la sua Pazienza, la sua Carità verso tutti, ed ardente il suo Amore di Dio, per tacere l' altre sue eccellenti prerogative. A questo specchio specialmente si han d'affissare le Sacre Vergini; perchè ivi troveranno il perfetto modello di ciò, che da esse esige, e desidera il lor divino Sposo..... Queste son dottrine sparse in innumerabili libri, che tutti esaltano l'eccellenza della gran Madre di Dio, e fan risonar le sue lodi, con incitarci nello stesso tempo alla Divozion verso di Lei. Non abbisogna il Mondo Cattolico, che io maggiormente illustri questo argomento, illustrato da tanti.

407. Numquid isthæc mea Reformationem sapiunt Jansenianam? Aut *hæc cum assererem, te finxeris surdum*? (*d*) Sed age: comparatio instituatur; ut æternum scrupulis vale dicas: Ex una parte documenta erunt Jan-

(*a*) Serm. XI. de Passion. (*b*) Lib. 5. cont. Julian. cap. 2. num. 6. (*c*) Cap. XXIII. pag. 312. (*d*) Lib. 3. cont. Jul. cap. 3. num. 14.

Jansenianæ Reformationis, ex te transcripta, ex altera Doctrina Pritanii, fideliter exscripta. In decursu hujus 2. Partis uberiora accipies, quibus calumniæ tuæ & crassæ, & putentes, non quidem abibunt in nihilum, sed in te recident, fœcundissimum earum *Creatorem*. Sed, quæso te: si potis es, tandem Pritanium *audi apertissime loquentem, non te tortuosissime garrientem*. (*a*)

Sit quædam hic Prolusio ad Parallelismum, quæ sequuntur. Num abs te, vel ab alio, me latet, redactum tuum Opus adversus me in compendium, ad Scripturarios transmissum est, Venetiis Litterariæ Reipublicæ bono agentes, ut inter cætera monumenta illud referretur. Factum est. Sed, veritate agentibus ac Justitia, publicam compulsi sunt canere palinodiam; quod & factum est, ut sequitur: „ Nel foglio num. 12. di 24. „ Marzo passato (an. 1753.) in data di Palermo si è posto da noi l' estrat- „ to di un libro del P. Plazza della Compagnia di Gesù contro la *Rego-* „ *lata Divozione del Muratori*, tal quale ci fu mandato. Per esserci noi „ troppo fidati di chi cel diede, sono corse parecchie espressioni oltrag- „ giose alla memoria di sì grande Uomo, il quale per tutta Italia è noto, „ non solo per la grandezza del sapere, ma ancora per la Pietà esempla- „ re de' suoi costumi e delle sue Opere. Dichiariamo per tanto di non „ voler punto aver parte nelle acerbità di tali espressioni contro tal Per- „ sonaggio, e specialmente trattandosi di un' Opera, che da Persone dot- „ te e pie si considera come molto utile alla vera Divozion de' Cristiani." Num tibi, an mihi honorificentius, quod actum est?

408. Cæterum doleo, nec leviter, quod Venetiis contractum Opus tuum prodierit. Profecto enim maximum subit dispendium fama tua, non mea. Doleo, inquam, de malo Proximi, Religiosi, Sacerdotis; fama enim mea profundas nimium radices egit, quin concuti tantillum vereatur tuis insultibus. Illud Eruditi legentes, (neque enim alii universim litteraria monumenta revolvunt) cum videant in postremis septem capitibus mei libelli tot irrupisse errores, quot facis irrumpere, in hoc judicium certe devenient, quod me volueris opprimere calumniis, subruere. & si quid pejus. Omnes quippe norunt Sapientiam Ludovici Antonii Muratorii, omnigenam eruditionem, Pietatem. Quod si eorum quidam ex Epitome tui Operis in tantulam subdubitationem incurrerit, num aliquod passus sim erronei deliquii in mea Opella: hanc extemplo leget, aut releget. At hoc tibi perniciosissimum: deprehendet subito calumnias tuas. Quod si casu offenderit te (*b*) de me scribentem, quod doceam: *Dei Genitricem non esse Dominam nostram*; legens mea (*c*) videbit, expresse a me eam nominari cum Ecclesia: *Regina de' Santi*: *eccelsa Signora*. Tunc certe, omni abjecta formidine, adfirmabit securus, calumniis te voluisse in Pritanium impetere, non quibusvis, sed apertissimis. Quod & contigit, cum an. 1750. tui Operis *Ideam* præmisisti typis datam, quam plurimi legentes ex omnium conditione, nequibant sibi persuadere, quod tot opinionum monstra scribere potuissem. Turmatim itaque ad Bibliopolas currunt emptum Opellam meam, dijudicaturi per sese veritatem; & talis ejusdem Opellæ distra-

(*a*) Lib. 3. Oper. imperfect. numer. 176. (*b*) Part. 1. cap. 15. num. 3. (*c*) Cap. 22. pag. 312.

ctio brevi facta est, ut decuplo æstimaretur. Hinc multiplicatæ Editiones & Venetiis, & Neapoli; ut plane, quæ ante pluribus incognita erat, plurimorum manibus pervagaret. Verum æquis rerum estimatoribus, alienis a partium præjudiciis, sana Doctrina Pritanii satis dilucide extemplo apparuit; & adeo, ut audientes tuum Concellitam e pubblico suggestu adversus libellum meum vociferantem, nec bis, aut decies, sed centies, millies &c. indignabundi abeuntes, sensibili voce efferrent: *Nego suppositum*, videlicet quod ejusmodi errores Pritanius unquam somniaverit. Cæteroquin (sincerissime fateor, nec mentior) quod adversus me calumniis luctare volueris, nec credidi, nec prorsus credam. Hoc quidem reor, quod præjudiciis adversus me actus, circumactus, oppressus supra humanam fidem, tibi visum est videre in meo libello, quod nullo pacto est, sed est oppositum: sicut decipitur, credens objectum viride, quod est album, ex quo medio viridi crystallo intueatur.

PARALLELISMUS.

JANSENIANA REFORMATIO.

I.
Num. 4.

PRo *Salve Regina Mater Misericordiæ*, Scurius ponit: *Salvatorem genuisti, qui est Pater misericordiæ*. In illis verbis: *Ad te clamamus, ad te suspiramus*, utrobique delevit *Ad te*.

II.

Veretur Mariam *spem nostram* nominari.

DOCTRINA PRITANII.

I.
Cap. XXII. pag. 322.

PRecem *Salve Regina* laudo, ac veneror, ut in Ecclesia docetur: Ancor questa (*Ave Maria*) è una santa e bellissima orazione; ed un altra *parimente* se ne insegna, cioè la *Salve Regina*, per implorare il suo ajuto. Hinc millies eam recitando, & Parochus pueros docendo, ex corde professus sum ea: *Mater misericordiæ: Ad te clamamus: Ad te suspiramus*.

Pag. 312.

Nomino Virginem Matrem: Regina de' Santi: Ricolma tuttavia di quella misericordia ec.

II.
Pag. 319.

Speranza nostra anche Maria, stante l' efficacia delle sue preghiere presso il suo Figlio, ed attesa l' incle-

clinazione della somma sua carità a giovarci; & in *Salve Regina* profiteor ea: *Spes nostra salve*.

III.

Non ferunt Reformatores isti, B. Virginem dici *Advocatam nostram*.

III.
Pag. 313.

Non vi è tra Fedeli, chi non la veneri, e non la riguardi quale *sua possente Avvocata*.

Pag. 316.

Impari ad invocar la *nostra grande Avvocata*: Dobbiam venerarla qual *Avvocata nostra*. Quotiens recitando *Salve Regina* dixi; *Eja ergo Advocata nostra*.

IV.
Num. 5.

Carpunt ea: *Regina cælorum, Domina Angelorum*. Dominam enim Dei Matrem haberi, & vocari, iidem Reformatores vetant.

IV.
Pag. 312.

Regina de' Santi: eccelsa Signora.

Pag. 323.

Veneror SS. Virginis Litanias, in quibus Ecclesia canit: *Regina Angelorum, Regina Sanctorum omnium*.

V.
Num. 6.

Non placet Scurio appellare Deiparam: *Perviam cæli portam*, & *Felix cæli porta*. num. 8.

V.

In Litaniis laudari: *Janua cæli*.

VI.
Num. 7.

Negant Mariam esse *Refugium Peccatorum ante pœnitentiam*.

VI.
Pag. 313.

Absolute: Ajuto de' Cristiani, e Rifugio de' Peccatori, & in Litaniis cum Ecclesia: *Refugium Peccatorum*.

VII.
Num. 8.

Limitant illud: *Monstra te esse Matrem*.

VII.
Pag. 313.

Non vi è tra Fedeli, chi bramoso dell'eterna sua salute non la veneri qual sua buona Madre. Absolute loquor, & universim.

VIII.

VIII.
Num. 9.

Non approbatur a Reformatoribus absolutio illa ad lectiones: *Precibus*, *& meritis B. Mariæ*. Obliterandum mandant: *Et meritis*.

VIII.
Pag. 312.

E quanto all' invocarla ne' nostri bisogni, comune abbiamo il sentimento della Chiesa, che più utilmente ricorreremo a Lei per ottener benefizj da Dio, che al rimanente de' Santi. Quod utilior nobis sit Virginis Invocatio, ad ejus merita appello: Essa *piena di grazia*, essa quella fortunata, a cui fece cose grandi, chi può tutto: Essa è appellata Regina de' Santi; giacchè oltre all' aver superato tutti i Santi *coll' eminenza delle sue virtù*. En ejus merita, ob quæ più utilmente ricorreremo a Lei ec. Relege sup. cap. 8.

IX.

Displicet quoque Reformatoribus ea benedictio: *Nos cum Prole pia benedicat Virgo Maria*.

IX.

Relege sup. Cap. VII.

X.
Num. 11.

In ea Oratione: *Da quæsumus, ut sua nos defensione munitos*, mavult dicere: *intercessione suffultos*, scilicet Augustius sonat *Defensio*, quam *Intercessio*.

X.
Pag. 313.

SS. Virginem appello: Ajuto de' Cristiani: porro idem sunt, *Auxiliari*, ac *Defendere*.

XI.
Num. 12.

Scandalosa Reformatori visa sunt ea: *Maria Mater gratiæ*, pro quibus reponit: *Maria Mater, quæ nobis parts Largitorem gratiæ*.

XI.

In Litaniis eam cum Ecclesia profiteor: *Mater divinæ gratiæ*.

XII.
Num. 14.

409. „ Demum non patiuntur no„ vi Mystici, quod ab aliquibus di„ catur: *Ad Christum justitia, ad*

XII.

410. Nihil de hac re scripsi. Verum non hic extirpandi scrupuli, sed subruendi scopuli tui sunt. Quibus

„ *Matrem misericordia pertinere*. Di„ ctum idem reprehenderunt, & ve„ luti blasphemiam exprobraverunt „ pridem Catholicis Lutherani. Sed „ Catholici satis tutos se arbitrantur „ veterum, & gravissimorum aucto„ ritate Theologorum, ut videbimus „ Cap. VI. " bus ea displicent; nec idcirco *novi Mystici* sunt, nec Janseniani, nec ulla tincti vel levi fuligine Lutheranismi. *Indistincte*, *absoluteque* profers: *Ad Christum Justitia*, *ad Matrem misericordia pertinet!* & profers ex Auctore (*a*) Regnum Dei dividente, *cujus dimidiam partem impetravit* Maria, *ut ipsa sit Regina misericordiæ*, *cujus Filius est Rex justitiæ!* Quinam, amabo te, horum obvius sensus, ac planus? Nempe *Christus solum justitiam exercet*, *solum Virgo Misericordiam*. Id enim ratio exigit Divisionis justitiæ ac misericordiæ inter Christum ac Virginem; etenim membra dividentia necessario excludunt sese invicem, quod annosus Dialecticus nequis ignorare. Id tibi erit singulare Virgini encomium? Sed & singularis blasphemia in Christum, & in Virginem: in Christum, a quo excellentius adimitur ornamentum Redemptoris, videlicet *Omnipotentiam suam parcendo maxime*, *& miserando manifestare*: in Virginem, quæ sola dicitur exercere misericordiam, quod nequit nisi cum filio: neque enim ipsa dimittit principalius peccata, aut merita applicat Redemptionis, sed, cum facit exorando Filius per eam.

411. Igitur si soli Christo reservetur justitia ea Isaiæ (*b*) de Christo: *Princeps pacis*, cum veteribus Mysticis tuis, cum Antijansenianis, cum Antilutheranis corrigenda erunt: *Princeps justitiæ*: ea Matth. (*c*) *Misericordiam volo*, *& non sacrificium*: ea item Matth. (*d*) *Venite ad me omnes*, *qui laboratis*, *& onerati estis*, *ego reficiam vos*, corrigenda: *Ego judicabo vos*, aut planius: *Ego condemnabo vos*, eaque omnino delenda (*e*) *quia mitis sum*, *& humilis corde*. Absint blasphemiæ.

412. An forte credendum erit, ante suam mortem exercuisse Jesum misericordiam in homines, cujus integrum exercitium Matri concesserit in dextera Patris sedens, solo contentus & re, & titulo Regis justitiæ? At delenda hoc pacto erunt ea Joannis: (*f*) *Filioli mei hæc scribo vobis*, *ut non peccetis*. *Sed & si quis peccaverit; Advocatum habemus apud Patrem Jesum*: ea item Apostoli (*g*): *Adeamus ergo cum fiducia ad Thronum gratiæ*, *ut misericordiam consequamur*, *& gratiam inveniamus in auxilio opportuno*: utque innumera omittam, monenda Ecclesia erit, ut supprimat Orationem eam: *Fili Redemptor mundi Deus*, *miserere nobis*. Te judice, absit hæc ab ore Fidelium oratio; lædit enim jura Regni Mariani. Sola miseretur *Regina misericordiæ*, Virgo Mater: solus punit Redemptor Jesus, Rex justitiæ. Emenda Ecclesiam, ut deleat: *S. Maria*, *ora pro nobis*: Ne fit Janseniana, divisionem violando Regni Dei inter Filium, ac Matrem; reponendum præcipiat: *S. Maria*, *miserere nobis*. Absit iterum execrabile verbum; sed *inde connexa sunt ista sequentia*, (*h*) scilicet ex illis *indistincte* prolatis a te, & *absolute*: *Ad Christum justitia*, *ad Matrem pertinet misericordia*.

413.

(*a*) Exposit. in 7. Epist. Canonicas inter Opera D. Thom. tom. 18. (*b*) Cap. 9. (*c*) Cap. 9. 13. (*d*) Cap. 11. 28. (*e*) Vers. 29. (*f*) Epist. 1. c. 2. v. 1. (*g*) Ad Hebr. c. 4. v. 16. (*h*) Aug. lib. 6. cont. Jul. cap. 4. n. 10.

413. Annon horres hoc pacto *indistincte* loqui? Ceu novos Mysticos, Lutheranos, Jansenianos sugillare, qui ea aversantur? Annon advertis te Peccatores revocare, & efficaciter deterrere, ne in Christum recta pergant sperando, qui omnium est *via*, *veritas*, & *vita*? Quis unquam Peccator vel adeo plumbeus, vel adeo effrons, ut te audiens ea *indistincte absoluteque* proferentem, ad Jesum vadat, velitque ad tribunal justitiæ appellare; cum certo sciat, non aliud sibi infligendum, nisi damnationem, ac pœnam? Exaltat suam vocem Isaias (*a*) ex persona Christi: *Revertere ad me, quoniam redemi te:* clamat Redemptor: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, ego reficiam vos:* Peccator suorum scelerum conscius vitabit omnino ad Jesum confugere, in quo tantum est tribunal justitiæ; & hoc etiam pacto vale ei dicendum erit Spei Theologicæ, ac proinde suæ æternæ saluti; quo quid sceleratius? Num itaque ceu *novi Mystici* traducendi erunt, qui ea aversantur: *Ad Christum justitia, ad Virginem pertinet misericordia?*

414. Sed quid, R. P. si tumet unus ex hisce sis, qui isthæc & aversaris, & reprobes, te sine scrupulis considerata? Cap. VI. hujus Part. hæc ais: „ Auctor exposit. in 7. Epist. Canonic. creditus D. Thomas „ (*sed falso*) scripsit, quod sicut Esther oblatam habuit ab Assuero di„ midiam partem Regni sui; ita B. Virgo Dei Mater effecta *dimidiam* „ *partem Regni Dei impetravit ut ipsa sit Regina Misericordiæ, cujus Filius* „ *est Rex justitiæ.* " Hæc porro eadem sunt (te judice) cum illis: *Ad Christum justitia, ad Mariam pertinet misericordia*, quæ in tuo Præludio refers num. 14. & ex quo remittis ad hoc Cap. VI. Videndum superest, num ista approbes, & quo modo.

415. Post ea Cap. VI. subdis: „ Non quod Christus misericordiam „ non exerceat; sed quia, ut ajebat D. Bernardus: (*b*) *Non sola illi* „ *cantatur misericordia, cantatur pariter & justitia Christo.* " Cur limitationem istam non adhibuisti in Præludio? sed nec quidem te juvat, ut videbis.

416. Bene, Pater, & optime. Verum tua hac interpretatione invicte monstras, haudquaquam a te probari *absolute*, ac *indistincte* encomium illud Virgini concessum de Regni Dei divisione. Num tu eris ex *novis mysticis &c.* unus? In Præludio ex vi divisionis solum Christo concedis justitiam exercere, solum Virgini misericordiam: at Cap. VI. (ut num. superiori) Commune utrique facis misericordiæ exercitium. Confundis igitur jura hujusce Principatus, ac proinde divisionem explodis illius Auctoris, necnon singulare Virginis privilegium respectu sui Filii Jesu; hoc enim pacto misericordiam exercere cum Christo congruit cæteris mediatoribus Sanctis, licet sublimius Mariæ. Hoc quippe sequitur ex tua interpretatione: *Miseretur Christus, miseretur Maria.* At quæso, quis unquam Fidelium hæc ignoravit, aut somniavit negare? Profitentur cuncti nostram Mediatricem Mariam ex meritis Christi, misericordiam ejus concelebrant, quod & præstiti. (*c*) An tibi eadem videntur hæc duo, *Ad Christum justitia, ad Virginem misericordia*, & *miseretur Christus, miseretur Maria*? Æternum non

(*a*) Cap. 44. vers. 22. (*b*) Serm. in *Signum magnum*. (*c*) Sup. num. 406.

non asseres. Quid inde ex his? Quod & displiceat tibi solemnis ea divini Regni divisio *absolute*, & *indistincte*.

417. Num adhuc hujusce Regni divisionem suffulcire conaberis? Num forte inquies: Etsi communis sit Christo misericordia & Mariæ, justitia tamen soli Christo reservatur, quod videris asserere ex Bernardo sup. laud. num. 415.? Sed I. isthæc divisio haudquidem te Auctore in Præludio intenta est, qui justitiam partiris, ac misericordiam, unam uni, alteram alteri. II. quid, si nedum misericordia, sed & justitia communis suo modo sit utrique, etiam te judice? Nonne suffodietur ex imo ista divisio divini Regni, quovis modo concepta, & explicata?

418. Pium audi P. Segneri (*a*) „ La misericordia non può amare i „ Peccatori con altro intento .... che disporli a compensare la passata „ sterilità con frutto più vigoroso di penitenza. Se la misericordia non „ fosse indirizzata al conseguimento di un simile bene, non sarebbe mi- „ sericordia, sarebbe melensaggine, sarebbe malvagità. E posto ciò, è „ verisimile, che la Madre di Dio non abbia sulla terra *nemici più insop-* „ *portabili* di quei, che si fanno scudo del suo favore a peccar più ani- „ mosamente: perciocchè questi son quei, che le vogliono a forza strap- „ par di fronte la più bella stella, che formi la sua corona, che l' esser „ Madre, come ciascuno l' intitola tuttodì, di misericordia: *Mater mise-* „ *ricordiæ*. Converrà, ch' ella rigetti omai da se questo titolo sì pietoso, „ s' ella viene ad accrescer i Peccatori con quella misericordia medesi- „ ma, colla qual gli vorrebbe diminuire. Anzi se le rugiade, ch' ella „ piove dal Cielo sì largamente sopra di tutti, servono a questi velenosi „ nappelli per alimento di tossico, e per aumento, (adtende) conver- „ rà, ch' ella cambii alla fine *le rugiade in tempeste: converrà*, dico, *che* „ *tolto più tosto un titolo spaventoso di madre d' ira, sia la prima a muover lo-* „ *ro guerra asprissima, a perseguitargli, a confondergli, a condannargli*, schiac- „ ciando il capo ella stessa col proprio pie a tutta questa razza di vipere „ maledette, che sono avide del suo latte pietoso, ma solo per divenir „ tanto più pestifere. " Vides, ex tuo Segneri quandoque *matrem misericordiæ* justitiam induere *Matris iræ*. Ex eo igitur nedum misericordia Virgini reservatur, sed & justitia. Eadem tuus Crasset (*b*) eosdem alloquens Peccatores, ex persona Virginis ait: „ Andate Empj: non so chi voi „ siate. *Nescio vos*, non vi riconosco per miei figliuoli e per miei servi, „ ma per miei più crudeli nemici: vi abbandono alla giustizia del mio „ Figliuolo, perchè vi siete abusati di sua misericordia. "

419. Denique tu de consimilibus peccatoribus loquens ais: (*c*) „ Sin au- „ tem iis conditionibus deficiat, (*Pietas in Virginem*) futilis erit, & vana „ Devotio, non ex aliquo affectu Pietatis erga Virginem profecta, sed & „ ex affectu peccandi sub spe veniæ impetrandæ per Virginem. " Num adversus peccatores hujusmodi semper erit mater misericordiæ, nunquam Regina justitiæ? Certissime id non adfirmaveris; secus ut ex sup. laud. Segneri, non esset in Virgine misericordia, sed *melensaggine e malvagità*, quo quid scelestius? Si itaque nedum misericordiæ, sed & justitiæ Regnum indivi-

V

(*a*) Introduz. al Divoto di Maria §. III. in fine. (*b*) Tom. 1. tratt. 1. quæst. 14. Vera Divozione verso Maria Vergine. (*c*) Infra cap. 7. num. 62.

divisum suo modo est Christum inter & Matrem, ex toto cadit illa divisio, ut justitia soli Christo, Christo & Matri misericordia reservetur. Num quod hæc aliis displiceant, idcirco ceu *novi mystici*, Janseniani &c. traducendi erunt? Tibi demum *absolute* & *indistincte* probanti ea in Præludio num. 14. & hoc pacto reprobanti Cap. VI. num. 17. jure merito: *An quid prius dixeris, fortassis oblitus es? Gratulandum est oblivioni tuæ, qua verum compelleris dicere.* (*a*)

420. Eodem Cap. VI. num. 18. prosequeris: „ Sententiam istam sugillant Janseniani; sed calculo suo comprobavit limatissimi judicii Theologus Joannes Gerson (*b*) *Magnificata est*, inquit, *ita hodie B. Virgo, ut Regina cæli, imo & mundi Domina jure vocetur... Principatum habet dimidii Regni Dei, si sic dici potest, sub typo Esther & Assueri. Regnum quippe Dei consistit in Potestate, & misericordia.* (*c*) *Potestate Domino remanente, cessit quodammodo misericordiæ pars Christi Matri.* “

421. Condona: *Non est verum, quod dicis: falleris; proinde noli errare.* (*d*) Gersonius comprobavit eam divini Regni divisionem? (*e*) Ubinam? In ejus verbis a te nunc productis? Verum advertisti unquam ea: *Si sic dici potest?* Jam quidem nosti, hunc loquendi modum de re proferri, quæ creditur impossibilis. Relege ea Matth. (*f*) „ Itaut in errorem inducantur (*si fieri potest*) etiam Electi. “ Hoc *si fieri potest* (cui simillimum est: *si dici potest*,) omnimodam notat impossibilitatem. Si Gersonius igitur addidit: *si sic dici potest*, absolute veram minime credidit eam divisionem. Neque hisce contentus, aliam addit diminuentem particulam: *Quodammodo cessit &c.* Et id erit, Gersonium ea comprobare? *Abuteris ingeniis tardioribus.* (*g*)

422. *Sed veluti*, ais, *blasphemiam exprobrarunt pridem Catholicis Lutherani ea: Ad Christum justitia &c.* (*h*) Et quidem calumniose, si exprobrarint Catholicæ Ecclesiæ; neque enim id unquam sensit. Verum si aliquando consentiant Catholici Etherodoxis in carpendis erroribus, cujusvis sint, Orthodoxi etiam Scriptoris; nil inde malum, nil sceleratum erit. Quot ex illorum grege cum Orthodoxis S. Cypriani errorem aversantur de rebaptizandis hæreticis? Calvinus (*i*) & Petavius (*k*) utrique vellicant Auctores Catholicos (& Petavius nominatim) quorum unus S. Petrus Damianus de Virgine scripserat, in Cælis *Christo imperare*, *Dominam vocans non ancillam*: & alter S. Germanus Patriarc. CP. *Deum obedire Virgini tanquam Matri*. De hisce autem crudissime Petavius: *Audacter ita Petrus; sed illis consentanea, quæ Germanus scribit*. Num Petavium dices Calvinistam, aut Calvini fautorem? Ubi nunc sunt veteres, gravissimique Theologi, (*l*) quorum auctoritate se satis tutos arbitrantur Catholici de ea divini Regni divisione? Solus forte remansit Auctor exposit. in 7. Epist. Canon. At neque isti tam impius sensus affingendus est, (ut & fateris (*m*)) quod solum Christus puniat, solum Virgo misereatur. *Videsne, te falli?* (*n*)

423.

(*a*) Aug. lib. 2. oper. imperf. num. 216. (*b*) Tract. 4. sup. Magnificat. (*c*) Psalm. 61. 12. (*d*) Aug. lib. 3. oper. imp. n. 188. (*e*) Vid. sup. n. 409. (*f*) Cap. 24. v. 24. (*g*) Aug. lib. 5. cont. Jul. cap. 9. num. 37. (*h*) Vide sup. n. 405. (*i*) Apud Bellarm. tom. 2. lib. 1. cap. 16. de Sanct. Beatit. (*k*) Lib. 14. de Incarn. cap. 9. num. 14. (*l*) Vid. sup. n. 409. (*m*) Aug. lib. 5. op. imp. n. 21. (*n*) In Epist. ad Episc. Tornacensem a. 12.

423. XIII.

Num. 15. tui Præludii hæc etiam profers verba Petri de Lygni (*a*). „ Inter plebejas istiusmodi Devotiones numerari possunt Scapulare, Rosarium, Zona, & aliæ Confraternitates. " Censetque: „ Ingens Ecclesiæ obsequium præstiturum, qui talia Devotionum figmenta, & plus „ ludificationis mimicæ, quam pietatis habentia, penitus aboleret. " Hæc, inquam, profers, ut monstres alterum, in quo consistit Reformatio Janseniana, videlicet, ut ais num. 2. „ Secundo in carpendis, & resecandis consuetæ Pietatis Officiis, quibus eadem SS. Dei Genitrix a „ Fidelibus Populis ubique colitur, & invocatur. "

XIII.

Cap. XXIV. pag. 347.

424. Num hisce congruat Pritanius, aut adversetur, ut experiaris, lege: Diamo anche un'occhiata alle Divozioni particolari, delle quali speziosamente si serve il Popolo. Noi troviamo sparse fra esso Medaglie, Agnus Dei, Corone, Pazienze, Abitini, Cordoni, Immagini di Santi, Brevi, Confraternite, e simili altre *invenzioni visibili di Pietà*. Io non son qui per riprovarne alcuna. Pag. 349. Ora, come ho detto, sì fatte Divozioni, o vogliam dire Segni di Divozione, purchè non disapprovate, ma approvate dalla Chiesa, *non solo son lecite*, *ma anche lodevoli*. Che se Jurieu Calvinista, ed altri suoi pari ci deridono, e condannano, quasi che abbiam lasciato prender piede fra noi alla superstizione con queste minutaglie di pietà, *niun di loro ha provato*, *o potrà mai provare*, *che l'istituzion di esse sia biasimevole*, *o possa dispiacere a Dio*; anzi per lo contrario *essendo le medesime indirizzate all'onore di Dio*, *ed alla pia memoria ed invocazion de' suoi Santi*, *a Lui debbon piacere*. Pag. 351. Noi poscia sappiamo, che le Confraternite secolari furono a somiglianza delle Collegiate Ecclesiastiche *saggiamente* introdotte. *E chi mai oserà dire*, *che non sia Santo*, *o pio il loro istituto?* .... Per la stessa ragione convien dire *assai lodevole la Divozion del Rosario*, perchè attissima ad alimentar la pietà del buon Popolo. Plurima omitto inferius proferenda. Minus distat a Terra cælum, quam mea a doctrina Petri de Lygni, aliorumve. Non igitur carpo, & reseco consuetæ pietatis officia, quibus SS. Dei Genitrix a fidelibus Populis colitur, & invocatur.

425. In hoc tuo Præludio Jansenianæ Reformationis documenta posuisti, ut subsequentibus Capitibus Pritanii doctrinam eis monstrares consentaneam. Jam accepisti in antecessum, sed breviter, num congruat, vel adversetur; copiosius accipies. *Si ergo vides*, *quid inter nos*, *& Manichæos* (Jansenianos) *intersit*, *tace*; *& si non vides*, *tace*. (*b*) *Tu ipse*, *tu qui loqueris*, *nec quid loquaris*, *adtendis*, (*c*) *extirpa* bilem ex animo, nimis adversus me incenso. Sentis, quo præceps eas incautus? Vides, *quoniam de firmissimo*, *& tanquam adamantino fundamento* (doctrinæ, & pietatis Pritanianæ) *in te potius perimendum tua jacula resiliant?* (*d*) *Quære ergo quibus possis has fabulas vendere*; *& potius propter illa*, *quæ superius dixi*, *quomodo* Pritanii *calumniator non sis*, *ostende*. (*e*)

V 2 426.

(*a*) Vid. sup. num. 415. (*b*) Aug. l. 3. op. imp. n. 206. (*c*) Lib. 3. cont. Jul. cap. 2. n. 8. (*d*) Lib. 3. op. imp. n. 146. (*e*) Ibid. n. 162.

426. Tibi ad sanitatem revocando *Parallelismum* institui. At nosti quænam sint lineæ *Parallelæ*? Quæ licet in infinitum excurrant, *nunquam simul concurrent*. Ut adverteres, nunquam Doctrinam Pritanii concurrere posse, & congruere Reformationi Jansenianæ. Vis scire, quando id poterit? Quando

In caput alta suum labentur ab æquore retro
Flumina, conversis solque recurret equis.
Terra feret stellas: cælum findetur aratro:
Unda dabit flammas, & dabit ignis aquas. (*a*)

427. Num. 20. ais: „ Fundamenta vero, quibus isthæc Reformatio superstruitur, non alia sunt, quam duo speciosi prætextus; alter vitandi excessus, & superstitiones; alter servandi illæsum honorem & amorem Deo debitum. " At coercitum scrupulorum virus, num. 29. aperte in Pritanium effunditur. „ Et hic obiter observet Lector, *inquis*, an similes sint prætextus, quos suæ Marianæ Reformationi Devotionis sub initium obtendit Pritanius. Inquit: (*b*) Il lasciar libero il campo alla Divozione imprudente ed indiscreta, torna in discredito della Chiesa; e qualora apparisca, che l' onor della Vergine pregiudichi a quello di Dio e del divino nostro Mediatore, o sia nocivo per qualche superstizione agli stessi Divoti; come mai ci può esser Cristiano, che abborrisca la guarigione di somiglianti piaghe? "

428. Hæc certe mea tibi nequeunt displicere. Id tibi facit negotium, quod sub *specioso prætextu vitandi excessus &c.* ut ais, promovere velim Reformationem Jansenianam. Vere hic scrupulosus, vereque doleo scrupulos tuos; trepidas timore, ubi nullus est timor; quod, si velles, ex modo dictis posses cunctos a te procul abigere. Verum, velis nolis, ut ad sanitatem reducaris, unum tibi est necessario medicamen adhibendum; quod nisi acceperis, scrupulosus morieris. Jam te præadmonueram, (*c*) licet te ignorarem: Solamente in tal caso sarebbe giusto il dolersi di chi sì villanamente e indiscretamente parlasse della Superfiziale o Falsa Divozione, che screditasse anche la Vera ed Essenziale. Hoc age, huic insiste; enitere, ut scis; quantum vales (at non ut in I. Parte) cum id perfeceris; tunc certe reum me monstrasti Reformationis Jansenianæ. Nisi hanc tenueris viam, vel aberraveris, jure audies: *Hæccine monstra cogitationum ascendunt in cor vestrum, & non slidunt frontem vestram?* (*d*) Audi S Thomam (*e*) damnantem Opinionem, quod nulla fuerit concupiscentia in Virgine eodem modo, ac a Christo ableganda est. „ Et quamvis hæc positio, *ait*, ad dignitatem Virginis Matris pertinere videatur; *derogat tamen in aliquo dignitati Christi.* " Num etiam Angelicus sub specioso prætextu, ut ais, servandi illæsum honorem, & amorem Deo debitum, Jansenianæ Reformationi ova posuerit?

429. Num. 21. scribis: „ Ejusmodi excessus, & superstitiones " (quibus videlicet superstruitur Janseniana Reformatio) „ nemo impudentius exaggeravit, quam Antonius Godellus, sive Goddavus (gallice Godeau) Episcopus Venciensis, antea Grassensis, in elogio S. Caroli Borromæi. En ejus verba,

(*a*) Ovidius lib. 1. Trist. Eleg. 7. (*b*) Cap. 22. pag. 315. (*c*) In monito ad Lectorem. (*d*) Aug. l. 2. cont. Jul. c. 8. n. 30. (*e*) 3. part. q. 27. a. 3.

„ ba, quæ ex parte Scriptor Pseudomonitorum salutarium in eorum defen-
„ sionem, & ex toto Pritanius noster " (*a*) (apage : *noster* : potius : *noster scopus calumniarum*) „ pro sua Reformatione commendant, & allegant,
„ tanquam Auctoris fide dignissimi. "

430. Supprime verba post recitaturus. Quæso te, quid mali, qui Godellum laudaverim? quid mali, inquies, excandescens zelo? An ignoras hunc Jansenianum, *quem alioqui novimus primoribus hujus Sectæ Viris suffragatum fuisse?* (*b*) Cohibe zelum: Jansenismi notam Godello appingis? Malum tibi omen. Vereor, ne tui dumtaxat scrupuli te adversus eum impulerint. (Quo ad præsens attinet; non enim ejus Operum apologiam scribo) Certe (ut sup. animadversum est) novi Te aliosve Tuos. quam humaniter, quam jucunde Jansenismi nota afficiatis Catholicos etiam Auctores omnino innoxios; ut pro inconcusso pene principio possit haberi: *A Plazza, vel a quibusdam ex suis nota appingitur Jansenismi N. N. Hic itaque sanæ doctrinæ est*. Memini quidem apud Graveson (*c*) legisse de Godello: „ Magnum apud viros eruditos sibi nomen peperit Antonius Godeau, Episco-
„ pus Venciensis, qui improbo labore multa Opera publici juris fecit,
„ quæ styli elegantia, & *doctrinæ puritate* cum summa oblectatione legun-
„ tur, & ab omnibus expetuntur. Scripsit patrio, seu Gallico sermone
„ *Paraphrases in omnes S. Pauli epistolas, septem Canonicas, & omnes Psal-*
„ *mos Davidis: Historiam Ecclesiasticam, quatuor priora complectentem Eccle-*
„ *siæ sæcula &c.* Interfuit Comitiis generalibus Cleri Gallicani habitis an.
„ 1645. 1655. in quibus Episcopalis auctoritatis jura, necnon *Christianæ*
„ *doctrinæ puritatem* contra laxiores Casuistas, qui eam nefandis corrupte-
„ lis adulterabant, acerrime defendit. Tandem *meritis, & fama ubique*
„ *clarus* obiit an. 1672. " Adverte, hanc Historiam P. Graveson Romæ editam.

431. Num infamandus ego, qui Godellum laudaverim? Inquies: Erravit Graveson. Cur non Plazza, inferioris meriti in historia saltem, præ illo? Sed ne alterutri inferatur præjudicium, reducam vos ipse in concordiam: Godelli ævo bella fervebant in Galliis adversus laxiores Casuistas, quos inter quidam ex Tuis erant, Baunius, Pirot (qui fertur auctor Apologiæ Casuistarum) Godellus autem, ut ex laud. Graveson didicimus, *Christianæ doctrinæ Moralis puritatem contra laxiores Casuistas acerrime defendit*. Quidni, si ex Tuis aliquis eodem, quo tu adversus me, spiritu ductus, atris nimium coloribus Godellum pinxerit, ac deformaverit? Profecto hunc tu exscribens (nimium Tuis credulus) innoxius es, sed a Tuo deceptus, falsam omnino imaginem protulisti de Godello: Graveson autem ex puris fontibus haustam transcripsit. Igitur uterque innocens. Ac simul quod Godellum laudaverit, ab omni nota absolve Pritanium.

432. Cæterum tuam in persequendo Godello iram excuso: id quippe meretur; est enim *Antiprobabilista*, & cujusmodi! Accipe quædam ex suo Pastorali Monito, nimis quidem suo stomaco cruda, sed quæ te purgant satis, quod Jansenismi nota decoraveris. „ Noi miriamo con estremo dolore, che la corruttela de' costumi si aumenta ogni giorno più tra Cri-

„ stia-

(*a*) Cap. XXII. pag. 328. (*b*) Ut tu de eo num. 25. (*c*) In sua Histor. Romæ edita 1721. Tom. 8. Part. 2. pag. 407.

„ ſtiani; e che non ſolo i Peccatori non riflettono ſulle colpe, che com-
„ mettono, ma con accecamento luttuoſo non ne avviſano la deformi-
„ tà... Or queſta gran diſgrazia naſce non ſolo dalla concupiſcenza e
„ dalla ſeduzione del Principe di queſto ſecolo, ma ancora da coloro,
„ che ſono i medici delle coſcienze, cioè da' Confeſſori privi di lume, o
„ che non lo ritraggono dalle divine Scritture, da' Padri ec. ma da Ca-
„ ſiſti moderni... (hic feritur tuus Cellotius, qui lib. 8. de Hierarchia
„ cap. 16. ait: *Doctrina morum a Recentioribus ſumenda*.) i quali hanno
„ fatta della Morale Criſtiana una Setta di Accademici, ove non ſolo v'
„ ha il sì e il no, ma il sì e il no ſono ugualmente ſicuri (hic tuus
„ Eſcobarius hujuſmodi Theologiæ Auctor) e la medeſima azione è pec-
„ cato, e non è peccato a cagione della perniciosa dottrina della Proba-
„ bilità. Queſta ſenza dubbio è un ritrovato, di cui il padre della men-
„ zogna ſi è ſervito in queſti ultimi tempi per deludere tutte le maſſi-
„ me del Vangelo, e per rendere l' uomo carnale l' arbitro delle verità
„ Criſtiane e della propria ſalute." Et quibat iſte notam effugere Jan-
ſeniſmi?

433. Sed age: Perpendamus verba Godelli, ob quæ laudata, me reum traducis. Hæc ſunt, quæ num. 21. producis: *Devotio erga S. Virginem increvit ſemper poſt damnatum Neſtorium* (hæc tibi vera ſunt num. 22.) *Et ignorantia Populi ſubſequentibus ſæculis eo progreſſa eſt, ut plures admitterentur exceſſus. Adeout fateri oporteat, quod cum Lutheri, & Calvini hæreſes in mundum advenerunt, tam magna erat in hac parte ſuperſtitio, ut iis omnibus gemitum extorqueret, qui noverant, quo pertingere debeat honor Matri Jeſu Chriſti conveniens*. Nihil hic ſpongia dignum video. Hiſtorica quædam narratio eſt de ſuperſtitione nimis adulta Sæc. XVI. quo ex abyſſo eruperunt Lutheri hæreſes, & Calvini. Reapſe autem Tridentini Patres eodem Sæculo (*a*) ejuſmodi damnant ſuperſtitionem, quod ſuperioribus ſæculis Lateranenſe quartum (*b*) præſtiterat, aliæque Synodi particulares. Te vero audiamus, qui cum lynceis oculis polleas, trucem colubrum in hiſce videris latitantem.

434. En tua adverſus Godellum num. 22. „ At, quod tot ſæculis,
„ quot interfuerunt a damnatione hæreſis Neſtorianæ uſque ad exortum
„ Lutheranæ, & Calvinianæ hæreſeon, ita cæcutiverunt, vel dormitave-
„ runt Eccleſiæ Paſtores etiam ſupremi; ut donec a Luthero, & Calvino
„ illuminarentur, vel excitarentur, tot enormes exceſſus, & tam fœdam
„ ſuperſtitionem in Chriſtiano ubique populo non animadverterint, vel
„ corrigere neglexerint; quis Catholicorum ferat audire?" *Quæ prorſus exclamatio tua ad rem non pertinet*, (*c*) cariſs. Pater.

435. Fœcundiſſimam mentem! quo pacto tanta potes comminiſci, & creare? I. Supponis, Godellum ſcripſiſſe, quod quovis ſæculo poſt damnationem Neſtorii ſuperſtitio viguerit ad hæreſes uſque Lutheri, & Calvini. At deciperis. Solummodo ſcripſit: *Subſequentibus ſæculis*, haud quidem: *omnibus ſubſequentibus ſæculis*. Cum igitur (ut Scholaſticus tecum loquar) particula illa: *Subſequentibus ſæculis*, indefinita ſit, & *in materia contingenti*, æquivalet *particulari*, quod ex Logica noſti; ut ſenſus ſit: ...

rapit

(*a*) Seſs. 25. de Invocatio. (*b*) Can. 62. (*c*) Aug. l. 5. cont. Julian. cap. num. 35.

rupit aliquando *superstitio in veram pietatem a damnatione Nestorii*, a qua tamen semper increvisse pietatem in Matrem Virginem, idem profitetur.

436. II. Niteris falsum evincere, quod ait: *Et ignorantia Populi eo progressa est &c.* Si verum id esset, inquis, *dormitassent Ecclesiæ Pastores &c.* Si vera hic ei opponis, quid repones ratiocinium tuum in te retorquenti: „ Tu Ecclesiæ insultas: nempe cum centenæ ex orco hæreses emer„ serint, & insuper ex eis quædam egerint profundas radices: (quod in „ recentibus dolentes experimur) numquid ita cæcutiverunt, (*tua sunt*) „ aut dormitaverunt Ecclesiæ Pastores, etiam supremi, ut tot hæreses „ non animadverterint, aut corrigere neglexerint; quis Catholicorum „ hoc ferat? " Tua responsione sat vindicabis eum. Num credes, sat esse eradicandæ superstitioni, ut Pastores etiam supremi advertant, & extirpare nitantur? Utinam! Quandoque Pastores ignorant, ii præsertim, qui procul a locis sunt, in quibus nascuntur excessus, & adolescunt; quod frequentius evenit Sum. Ecclesiæ Hierarchis: quandoque norunt, eosque ferro persequuntur, & igne; sed aut contumaces obsistunt; aut evulsis, alii succrescunt. Concilium Lateran. IV. (*a*) Sæc. XIII. consimiles excessus vitandos damnavit; at post tria sæcula in eosdem armavit se Tridentinum (*b*). Aut igitur nil reapse potuit Lateranense; aut excisi, sed minime eradicati repullularunt. Extirpantur difficillime, qui faciles nascuntur excessus; eoque magis, cum præseferunt speciem pietatis. Hinc quam caute, tam vere scripsi: (*c*) Legganſi i tanti Concilj e Catechiſmi della Chieſa Cattolica, e maſſimamente della Romana, Maeſtra dell'altre, e ſi vedrà, quanti di tali abuſi ſiano riprovati, e quante di tali erbe ſradicate dalla vigna del Signore. Et tamen da tali abuſi ed eceſſi nella pratica della pietà niun ſecolo è ſtato eſente; riconoſcendo i SS. Padri, che ſempre fu, e ſempre ſarà queſta ſorte di magagne nella Chieſa di Dio.

437. Sed quid, si quandoque asseratur, ex Pastorum culpa oves in dispersionem abire, & in ruinam? Hieronymum adtende, & Augustinum: hisce insulta, si audes, tuis illis: *Quis Catholicorum ferat audire?* Primus in ea Matth. (*d*) *Cum dormirent homines, venit inimicus ejus, & superseminavit zizania:* „ Homines, qui dormiunt, *magistros Ecclesiarum* intelli„ ge... Quamobrem non dormiat, qui Ecclesiæ Præpositus est; ne per „ illius negligentiam inimicus homo superseminet zizania. In eadem Au„ gustinus (*e*) Cum negligentius agerent *Præpositi Ecclesiæ*.... venit dia„ bolus, & superseminavit eos, quos malos filios Dominus interpreta„ tur. " En quæ tibi horrori sunt, duo SS. Doctores Ecclesiæ affirmare non horruerunt. Monumenta percurre Ecclesiasticæ historiæ (quæ Godellus præstiterat) multamve offendes negligentiam Episcoporum; quinimo & eorum plures, ex pastoribus aut conversos in lupos, aut in Mercenarios transisse.

438. III. Videris etiam innuere Godellum sentientem, quod pastores Ecclesiæ, etiam supremi, illuminari indiguerint, aut saltem excitari a Luthero, & Calvino, ut excessus illos animadverterent.

439.

(*a*) Can. 62. (*b*) Serm. 25. laud. (*c*) Cap. 1. pag. 11. (*d*) Cap. 13. 25. (*e*) Tom. 4. quæst. 11. in Matth.

439. Deciperis. Harum quidem notavit hæreſeon tempus; ut fixam certamque epocam ſtatueret nimium adultæ ſuperſtitionis; quod planus, obviuſque ſenſus verborum ejus præſefert; non autem dicit, quæ ei imponis.

440. IV. Num. 24. ais: „ At ex quibus reconditis monumentis eruit „ Godellus fabulam iſtam...? Fortaſſe non aliunde, niſi ex Calvini teſti„ monio. " Fabulam vocas, quod ille aſſeruerit. *Et ignorantia Populi ſubſequentibus ſæculis eo progreſſa eſt, ut plures admitterentur exceſſus &c.* Fabulam igitur damnarunt Tridentini Patres, & ex Calvino exſcripſerunt, ſtatuentes: (*a*) „ Omnis porro *Superſtitio* in Sanctorum invocatione, Reli„ quiarum veneratione, & Imaginum Sacro uſu tollatur: omnis turpis „ quæſtus eliminetur; omnis denique laſcivia vitetur; itaut procaci ve„ nuſtate Imagines non pingantur, nec ornentur. " Fabulam quoque Concilium Lateran. IV. monuit fugiendam; nec potuit ex Calvino haurire, quem tribus ſæculis præceſſit, (*b*) dum ait: „ Cum ex eo quod quidam „ Sanctorum Reliquias exponunt venales, & eas paſſim oſtendunt, Chri„ ſtianæ Religioni ſit detractum ſæpius; ne detrahatur impoſterum præ„ ſenti decreto ſtatuimus, ut antiquæ Reliquiæ amodo extra capſam non „ oſtendantur, nec exponantur venales. Inventas autem de novo nemo „ publice venerari præſumat, niſi prius authoritate Rom. Pontificis fue„ rint approbatæ. Prælati vero de cætero non permittant illos, qui ad „ eorum Eccleſias cauſſa venerationis accedunt, *vanis figmentis*, aut *fal„ ſis decipi documentis*, ſicut & in pleriſque locis occaſione quæſtus fieri „ conſuevit. " Non hic ad Calvinum recurritur, aut ad quemvis Acatholicum, ſed *in deplorandos abuſus* prout *in pleriſque locis fieri conſuevit*: Certa ſuppetunt hiſtoriæ monumenta, ex quibus laud. Concilia, Godellus, aliique innumeri depromſerunt.

441. Iſthæc adverſus Godellum te ſcripturiiſſe puduit: tibi enim levia nimis videbantur: atrociora creanda fuerunt, ut tibi faceres ſatis, quibus & ipſum pro dignitate tua caſtigares, meque per ejus latus configeres. Mihi ſane gratulandum, quod ſcrupuli tui *æquo pulſant pede* & ſimplicem Sacerdotem Pritanium, & ſummum in Eccleſia caracterem, ideſt Epiſcopum, Catholicum, & in Catholica defunctum. Tuis, quæ ſequuntur verbis teterrima appingitur Godello calumnia, *ut eam reformidet, & fugiat oratio*, ut olim Cicero. Audiamus te. (Quam melius tacuiſſes!) Cap. XVII. tuæ 2. Part. hæc monſtranda aggrederis: „ Singularem in „ Deiparam Chriſtianorum Devotionem cum ipſa Chriſti Eccleſia natam, „ & adultam eſſe. " Num. 1. „ Nihil hac de re ſcribit Pritanius, niſi „ quod (*d*) Godellum magnopere laudat dicentem: *Devotio erga SS. Vir„ ginem increvit ſemper poſt damnatum Neſtorium: & ignorantia Populi ſub„ ſequentibus ſæculis eo progreſſa eſt &c.* ut in Præludio num. 21. Quaſi „ vero Mariana Devotio non antea creverit, aut viguerit, *ſed ab ignoran„ tia Populi acceperit poſtea vigorem, & incrementa*, hoc eſt poſt ann. 431. „ quo Conc. Epheſinum celebratum eſt. " Eamdem recinis ſtropham, ut altius infigatur memoriæ, ibidem num. 63. „ Ubi ergo eſt Goddavus

„ ille,

(*a*) Seſſ. 25. de Invocat. (*b*) Can. 62. (*c*) Cap. 22.

„ ille, a Pritanio laudatus, qui *ingentes* post Conc. Ephesinum *Marianæ* „ *Pietatis progressus rudis Populi ignorantiæ adscribit.* "

442. Pro sua defensione ipsemet tibi reponat: *Dicis tibi ipse, quod vis: nam ego nec dixi omnino, nec sensi.* (a) *Redde verba mea, & evanescet calumnia tua.* (b) Proferantur isthæc mea ex tuo Præludio, quo tu remittis: „ Devotio erga S. Virginem increvit semper post damnatum Nestorium. „ *Et ignorantia Populi* subsequentibus sæculis *eo* progressa est, (adtende Plazza, ut videas, quid Populi ignorantiæ deputet) „ *ut plures admitte-* „ *rentur excessus*: adeout fateri oporteat, quod cum Lutheri, & Calvini „ hæreses in mundum advenerunt, tam magna erat in hac parte super- „ stitio, ut iis omnibus gemitum extorqueret, qui noverant, quo pertin- „ gere debeat honor Matri Jesu Christi conveniens. " Annon vides, non audis, non palpas, dumtaxat *Populi ignorantiæ* deputari *excessus* contra Pietatem, non *progressus* in eamdem? Igitur omni jure tibi debetur, quod præjudiciis oppressus videns non videas, legens non intelligas.

443. *Verumtamen dicis aliquid contra te, quod tacitus præterire non debeo.* (c) Quid est, quod teipsum tam magna cæpit oblivio, ut modo unum dicas, modo doceas oppositum? Affirmas in Præludio num. 21. & 22. Godellum scripsisse, quod ex ignorantia populi enormes excessus, & fœda superstitio in pietatem irrepserint erga SS. Virginem. At cap. 17. Part. 2. tui oblitus Godellum inducis loquentem, quod Mariana Devotio ab ignorantia populi acceperit postea vigorem, ac incrementum &c. *Quomodo sperem, te auditurum esse quod dico; qui tam in proximo non audis ipse, quod dicis; cum tibi continuo contradicis?* (d)

444. Item ais: „ Nihil de hac re scribit Pritanius, nisi quod Godel- „ lum magnopere laudat. " Ubinam loci in meo libello effusa in Godellum encomia? En mea: Che poi nel culto della Vergine, tanto giusto, tanto commendato dalla Chiesa, ne' tempi addietro l' ignorante, o poco guardinga pietà introducesse opinioni, e fatti meritevoli di censura, ce ne avvertì anche Monsignor Godeau, Vescovo di Vence nell' elogio, ch' ei fece del menzionato S. Carlo, con dire ec. Ubi encomia? Ubi *magnopere laudo?* Magnopere quidem laudo Petavium, quem nomino: *L' insigne Petavio*. Profero item Raynaudum; subinde scribo: qual fu il sentimento di questi celebri Teologi. Forte existimas, hisce & Vinciensem laudari? Deciperis. Theologos laudavi Petavium, & Raynaudum, ex quorum Theologia protuli testimonia; haudquaquam Godellum, ex cujus historia locum indicavi: nec unquam novi hujusce editam Theologiam, ut celebrem Theologum nominarem. Cæterum, etsi laudassem, cum sup. memorato Gravesonio, & cum aliis non pœniteret.

445. Capiti XVII. & Part. 2. colophonem addis quibusdam Augustini verbis (e) pessime omnino accommodatis, quibus Godellum *calumniatorem* fateris. Sed scrupulosam hanc eruditionem aliis occasionibus serva; neque amplius audeas, serventissimi Augustini & in Deum, & in Proximum caritate verba eo detorquere, ut feriant innocentem. Audi Pritanium, quam nervose, quam vere opponat Augustinum pro se, & pro

 Go-

(a) Aug. l. 5. cont. Jul. c. 16. n. 60. (b) Ibid. l. 4. c. 8. n. [illegible] (c) Lib. 5. cont. Jul. c. 9. n. 36. (d) Aug. l. 2. cont. Crescon. c. 12. n. 15. (e) Lib. 1. cont. Jul. [illegible]

Godello: (*a*) „ Et nos quidem, cum falſa crimina audimus ab eis, quos
„ offendimus prædicando eloquia veritatis, & erroris vaniloquia convin-
„ cendo, habemus abundantiſſimam conſolationem. Nam ſi in eis, qui-
„ bus me criminantur, teſtimonium conſcientiæ meæ non ſtat contra me
„ in conſpectu Dei, quo nullus oculus mortalis intenditur; non ſolum
„ contriſtari non debeo, verum etiam gaudere, & exſultare, quia mer-
„ ces mea multa eſt in cælis. Neque enim intuendum eſt, quam ſit
„ amarum, ſed quam falſum, quod audio, & quam verax, pro cujus
„ nomine hæc audio...... Cur itaque feramus indigne, quod nos in-
„ famant? "

CAPUT PRIMUM.

Supervacanee, vel etiam contumelioſe moneri Fideles, quod meminiſſe oporteat, Mariam non eſſe Deum.

PRITANIUS.

446. Hiſce, & conſimilibus jam fecimus ſatis. (*b*) Unum hic nequeo præterire encomium, quo me veneraris, licet animo ſcripſeris conviciandi. Num. 5. ſcribis: „ Noſtris itaque Monitoribus (*tibi*: *Ego* „ *unus*) cum Ven. Petro Caniſio: (*c*) *Bona fide reſpondemus, tum veteres,* „ *tum recentiores Orthodoxos non adeo rudes, & in ſacris litteris imperitos eſſe,* „ *ut novis iſtiuſmodi Rabbinis, ſive Catechiſtis egeant, a quibus prima Chri-* „ *ſtianæ Doctrinæ vel principia, vel elementa doceantur.* " Rabbinum me vocas, & bene. Noſti, quid ſibi velit *Rabbini* vox? Conſule Macri in ſuo Hierolexico: (*d*) *Rabbi, hebraica vox* (a qua Rabbinus) *eruditam perſonam ſignificans, ſive magnificam, ac venerabilem præ doctrina.* Nolens, vera pronuntias (Deo grates, a quo omne donum) *Magnam te mihi putas invidiam comparare cum dicis*, Rabbinis. *At ego in laudem meam tua ſumo convicia; nec quod cogitas, ſed quod verbis ſonas, revocans ad fidem meam, ſicut me intelligere oportet, intelligo. VERUM ENIM DICIS, ET NESCIS.* (*e*) A viceſimo ſecundo ætatis anno ad ſeptuaceſimum octavum tot edidi omnigenæ litteraturæ libros, quot tu, ſi ad centum viveres, nec quidem oculis percurrere poſſes. Cariſs. Pat. *Ad exiſtimationem hominum magna teſtium, qui me noverunt, ſuppetit copia: ad Dei vero conſpectum ſola conſcientia, quam contra criminationes veſtras cum intrepidam gero, non me tamen ſub oculis omnipotentis juſtificare audeo.* (*f*)

C A-

(*a*) Lib. 3. cont. Petilian. cap. 6. num. 7. (*b*) Sup. 1. Part. cap. 1. (*c*) Lib. 5. de Maria Deipara cap. 4. (*d*) V. *Rabbi.* (*e*) Lib. 6. oper. imperf. num. 21. (*f*) August. lib. 3. cont. Creſcon. cap. 8. num. 92.

CAPUT II.

Ad singularem B. Virginis Cultum non falsis opinionibus induci Fideles, sed Traditione Patrum, fundata in Fide, qua vere eam Genitricem Dei credimus.

PRITANIUS.

447. ME nominas Monitorem: (*a*) meam cape monitionem, & sinceram, & ardentissimo studio. Continuo precare: *Deus meus illumina tenebras meas;* (*b*) atra nimirum & spissa præjudiciorum caligine adversus me offunderis, circumfunderis, & absorberis supra humanam fidem. Me docentem scribis, *Ad singularem B. Virginis Cultum falsis opinionibus induci Fideles*. Atrocioranе potuisses excogitare, quæ mihi affingeres? Excogitasti tamen, & affinxisti. *Tantam cæcitatem tibi potuisse contingere, quis credet, nisi qui hæc leget?* (*c*) At quid, si tecum loquatur Pritanius; aut potius tu mecum, nec transversum unguem discedamus? Adtende; neque enim potes non intelligere, tam dilucida sunt mea, expressa, patentia. Num. 3. hunc mihi affictum errorem duplici jaculo aggrederis confodiendum. En I. „ Nos contra pronuntiamus, singularem, „ & eximium apud Fideles Mariæ *Cultum in Fide orthodoxa fundari*, *qua* „ *vere eam Genitricem Dei credimus*, *&* *confitemur*. “

448. Bene, Pat. ac sapientissime. Quid, si hoc te Pritanius docuisset? Cape libellum meum: lege Cap. XXII. Nel numero de' Santi non solo entra anche la Beatiss. Vergine *Madre* del Signor nostro Gesù Cristo, ma con ragione essa è appellata *Regina de' Santi;* giacchè oltre all'aver superato tutti i Santi coll'eminenza delle sue virtù, concorre in essa *una sì sublime prerogativa* (Maternitas Dei) che al confronto suo sparisce lo splendore di ogni altro Cittadino del Cielo (adtende) L' ESSER STATA ELLA ELETTA PER MADRE dell' Unigenito Figlio di Dio E' UN PREGIO DI SI' ALTA CONTEMPLAZIONE, che le MENTI NOSTRE non possono far di meno di NON CONCEPIRNE QUELLA MAGGIOR VENERAZIONE, di cui sia capace una mera Creatura BENEFICATA IN SOMMO GRADO DA DIO. Lege, relege, inspice: plana sunt, aperta, facillima. Mariæ singularem venerationem in orthodoxa Fide statuo, qua eam credimus Dei Genitricem. Quod si aveas dilucidiora, accipe, quæ immediate subtexo: PER CIO' UN ONOR SUPERIORE A quello degli altri Santi è da noi DOVUTO A COSI' ECCELSA SIGNORA. *Annon erubescis, cum sis calumniator eorum, quos apertissime criminaris?* (*d*)

449. Jaculum alterum, quod a te in eumdem vibratur errorem, num. 18. Producis: „ Atque hinc (*ex Maternitatis Dei prærogativa*) colligunt

 „ Pa-

(*a*) Cap. anteced. num. 5. (*b*) Psalm. 17. (*c*) Aug. lib. 4. oper. imperf. num. 112. (*d*) Lib. 4. oper. imperf. num. 119.

„ Patres, & mirifice exaltant præpotentem Dei Genitricis Interceſſionem
„ apud Deum, & Chriſtum Filium ſuum. Et hoc eſt alterum ad B. Vir-
„ ginem impenſo ſtudio colendam vehemens Fidelibus incitamentum. “

450. Adtende Pritanium, qui ex eadem prærogativa Maternitatis idem colligat cum Eccleſia. Poſt verba *Eccelſa Signora*, ſtatim: E quanto all' invocarla ne' noſtri biſogni comune abbiamo *il ſentimento della Chieſa* (nominas Patrum Traditionem) *che più utilmente ricorreremo a Lei*, per ottener benefizj *da Dio, che al rimanente de i Santi* (vides, quantum præpotentem faciam ejus interceſſionem, quam omnium præfero precibus Sanctorum?) Eſſa *piena di grazia*, eſſa quella fortunata, *a cui fece coſe grandi, chi può tutto* (ſemper ad ejus Maternitatem collineo, quæ fons eſt, & origo in ea cæterorum donorum) Favorita con doni ſoprannaturali in vita, alzata in cielo ad ineffabili onori, ricolma tuttavia *di quella miſericordia*, che nudrì in terra, noi la riguardiam come *ajuto* de' Criſtiani, e *Rifugio* di Peccatori. *Il perchè* non vi ha tra Fedeli, chi bramoſo dell' eterna ſua ſalute *non profeſſi particolar Divozione a Maria, non la veneri* qual ſua buona Madre, e non la riguardi come ſua POSSENTE AVVOCATA preſſo Iddio. Inferius: Con tutto ciò è a noi permeſſo di chiamare *ſperanza noſtra* anche Maria, *ſtante l' efficacia* delle ſue preghiere preſſo il SUO FIGLIO, ed atteſa l' inclinazione della *ſomma ſua carità a giovarci*. Demum aliquos producis, ut S. Thomam &c. in Maternitate Virginis quamdam agnoſcentes infinitatem perfectionis: Idipſum expreſſi illis: Beneficata *in ſommo grado* da Dio.

451. Ex his ſanam veramque pietatem in Mariam merito eam credis, quæ *in Fide Orthodoxa fundatur, qua vere eam Dei Genitricem credimus; atque ex eadem prærogativa ſublimi præpotens ejus Interceſſio colligitur*. Hæc omnia, & abſque involucris verborum Pritanius profitetur. Igitur *unde non dubitatur, tanquam dubitetur, vel etiam negetur, docere moliris. Quid ergo mirum eſt, quod tam* multum librum, *tamque* vanum *facis?* (*a*)

452. Eja: *contrahe quidquid ſive animis, ſive arte vales*: (*b*) quod doceam, monſtra, *Fideles falſis induci opinionibus ad ſingularem B. Virginis cultum*. Num. 1. ſcribis: „ Studioſis Mariæ cultoribus falſas quaſdam opi-
„ niones appingit Pritanius; (*c*) ut quod ad B. Virginem ſpectet remit-
„ tere nobis peccata, & æternam ſalutem dare... Num. 2. Sentire ergo
„ videtur, propenſiſſimam Chriſtianorum in B. Virginem Devotionem,
„ quam reformare intendit, falſis de illius excellentia opinionibus inniti. “

453. I. *Prorſus quod in libro meo dixi, cui reſiſtis, verum eſt*. (*d*) De ſtudioſis Mariæ cultoribus diſſerens (*e*) vide, quid eis appingam: Il perchè non vi ha tra Fedeli, chi bramoſo dell' eterna ſua ſalute, non profeſſi particolar Divozione a Maria, non la veneri qual ſua buona Madre, e non la riguardi qual ſua poſſente Avvocata preſſo Dio. Oltre a ciò per far progreſſo nella via del Signore, grande ſpecchio di ogni virtù può a noi ſempre eſſer Maria SS. ..... A queſto ſpecchio ſpezialmente ſi han da affiſſare le ſacre Vergini.... Tutti nulladimeno conſiderando la Vita ſantiſſima della Vergine Madre di Dio, potremo profittarne, ſe diremo dad-

(*a*) Auguſtin. lib. 4. oper. imperfect. numer. 1117. (*b*) Libr. 6. cont. Julian. op. num. 13. (*c*) Cap. xxii. pag. 310. (*d*) Ibid. n. 11. 13. (*e*) Cap. 22. pag. 313.

daddovero di eſſer ſuoi Divoti. Iſtos habeo ſtudioſos Mariæ Cultores. Si hiſce igitur haud quidem falſa, aut ſcelerata affingo; illegitima, ac falſa eſt Concluſio tua adverſus me, dum ais: „ *Sentire* ergo videtur &c. (*a*) quæ tua Concluſio ſolum tunc vera eſſet, ſi ſtudioſis Mariæ cultoribus falſas quaſdam opiniones appingerem, ut ais n. 1.

454. II. De alio ibidem (*b*) diſſero Devotorum genere; quos tantum monendos ſcribo, ne ſint a vera pietate aberrantes. Ma *ſe mai taluno* abbiſognaſſe (ſub conditione dumtaxat loquor) di qualche utile iſtruzione, per tenerſi lungi dagli *abuſi* ed *eceſſi*, ne' quali *diſavvedutamente* ſi può cadere per *ignoranza* de' puri inſegnamenti della Cattolica Chieſa Romana, non nocerà il dirne qualche coſa. II. I dogmi della Chieſa Santa ſi hanno da prendere da i Sommi Pontefici, da i Concilj, e da i Catechiſmi, e non già da qualche *privato Scrittore*, che *poco cautamente* trattando della Divozione de' Criſtiani, non ſappia tenerſi lungi dagli *eceſſi*, che ſon dalla medeſima Chieſa riprovati. III. Il laſciar libero il campo alla Divozion *imprudente* ed *indiſcreta* .... *nociva* per qualche *ſuperſtizion* agli ſteſſi *Divoti*. IV. Però i Saggi approveranno, che ſi noti quì alcuno de' ſuddetti *eceſſi*; acciocchè *ſe alcuno ci foſſe* (*il che non è da credere*) sì poco iſtruito ſu queſto punto ec. (iterum ſub conditione; & etiam addo: Il che non è da credere.)

455. Etſi igitur, ut ais, opiniones falſas appingerem Mariæ cultoribus, certe tua illa concluſio adverſus me falſa eſſet. *Videtur ergo ſentire &c.* (*d*) Jam quippe noſti, haudquaquam de *Studioſis*, veriſque cultoribus eo loci me ſermonem habere; ſed conditionate, *di taluno*, *di qualche privato Scrittore*, che non ſappia tenerſi lungi dagli *eceſſi riprovati dalla Chieſa*: & adverſus pietatem *imprudente*, *indiſcreta*, *nociva per qualche ſuperſtizione ec.*

456. Verum nequidem & hiſce falſas opiniones affingo. Voces meæ unice monentis ſunt, ut præcaveantur *exceſſus*, & *abuſus*. Ma ſe mai taluno abbiſognaſſe di qualche utile iſtruzione, per tenerſi lungi dagli abuſi ed eceſſi .... non nocerà il dirne qualche coſa. Subinde (*e*) hujuſmodi profero exceſſus. Dobbiam venerare Maria qual Avvocata noſtra, e non già farci a credere, che a Lei appartenga il perdonarci i peccati, il ſalvarci ec. Moneo, inquam, cum Tridentino (*f*). Relege ſupra num. 34. 35.

457. III. Qui me num. 1. affingere, ſcribis, ſtudioſis Mariæ cultoribus falſas quaſdam opiniones, cur ſecundam producis, & tertiam, quas refero, & primam ſupprimis? En mea: (*g*) I. Ma convien ricordarſi, che Maria non è Dio: II. Che a Lei appartenga perdonarci i peccati. III. Il ſalvarci: cur, inquam, rogo te, non ſcribis, a me illis affingi, quod Virginem ceu Deum venerentur? Hoc tibi ſolum ſat ſuperque erat, ut in diſcrimen capitis adduceres me, qui ex ſtudioſis cultoribus facerem Polytheos. Fors percepiſti, quod a nemine prorſus crederetur tam impium in Pritanio commentum; ut cum Novatoribus vellet, tam clare Polytheiſmi accuſare veros Mariæ cultores. Quinimmo tuipſe perceperis idem: nempe non alio me collineare, quam cautum reddere rudem populum;

(*a*) Ut num. ſuperiori. (*b*) Pag. 314. (*c*) Pag. 315. (*d*) Vid. n. 452. (*e*) Pag. 316. (*f*) Seſſ. 25. (*g*) Ibidem.

lum; ne pia ignorantia eo excederent, quo eundum non eſt: non, inquam, quod eo queant pervenire, ut expreſſe credant in virgine Deitatem; ſed ne ea teneant de illa, ex quibus vere ſequatur, Mariam eſſe Deum.

458. Proſequeris num. 1. „ Pluresque alias interſerit Pritanius de Ma„riæ laudibus propoſitiones, quas ipſe ut falſas rejicit, nos autem veras „ eſſe in conſequentibus oſtendemus. " Et ipſe pariter oſtendam, quam ſis homo *confoſſus* mea reſponſione, & confectus, ut ſæpius vidiſti. Itaque *fruſtra fingis impetus fulminantis, cum ſpires fumum potius fulminati.* (*a*)

CAPUT III.

Æquiſſimum eſſe Dei Genitricem a Fidelibus appellari haberique Dominam, ejuſque ſervituti ſe mancipare.

PRITANIUS.

459. OPpoſitum *non dico, ſed deteſtor, redarguo, & damno, qui dicit.* (*b*) Qui Fidelis vixi, Fidelis deceſſi, quidquid in Titulo exigis, in meo libello profiteor. Adtende, num jure tibi reponam: Aut nunquam meum legeris librum; *aut calumniaris*; *aut neſcis, quid loquaris.* (*c*) A num. 1. ad 12. plures, ſed fruſtra adverſus me, congeris Patres, Mariam *Dominam* nuncupantes: Evolve caput XXII. libelli mei (*d*) hic eam nomino *Eccelſa Signora*. Porro noſti, quod *Signora* ſit latine *Domina*. Num. 13. profers Rupertum Abbatem nominantem *Reginam*: ibidem ego: Con ragione eſſa è appellata *Regina de' Santi*. Num. 21. ais: „ Potiſſimam rationem, cur B. Virgo ſit Domina noſtra, Cælique ac „ Terræ Regina, inde deducunt Patres, D. Thomas, & reliqui Theolo„gi, quod ipſa ſit vere ac proprie Mater Dei, & Domini noſtri Jeſu „ Chriſti, in Cælo & in Terra regnantis. " Ibidem ego ex ejus maternitate *Dominam* deduco appellandam ac *Reginam*. Con ragione eſſa è appellata *Regina de' Santi*; giacchè, oltre all'aver ſuperati tutti i Santi coll' eminenza delle ſue virtù, *concorre in eſſa una sì ſublime prerogativa*, che al confronto ſuo ſpariſce lo ſplendore d' ogni altro Concittadino del Cielo. *L'eſſer Ella ſtata eletta per Madre dell' Unigenito Figlio di Dio*, è un pregio di sì alta contemplazione.... Perciò un onor ſuperiore a quello degli altri Santi è da noi dovuto a così *eccelſa Signora*. Num hæc cum *aſſererem, te finxeris ſurdum?* (*e*)

460. Num. 29. ſcribis: „ Et ecce alteram partem Theſis propoſitæ, [illegible] „ ſci-

(*a*) Auguſtin. lib. 4. oper. imperfect. num. 118. (*b*) Lib. 6. contra Julianum cap. 2. numer. 3. (*c*) Libr. 1. oper. imperfect. numer. 22. (*d*) Pag. 312. (*e*) Lib. 3. contr. Julian. cap. 3. numer. 14.

„ scilicet æquissimum esse Dei Genitricis servituti nos mancipare : quæ „ etsi sponte descendit ex prima, est hic ulterius confirmanda, & il„ lustranda. "

461. Grati animi hic cogor tibi vices rependere, sæpius tua in me beneficia memorando. Pene semper, ni semper, ac in me aculeos vibras calumniarum, extemplo mihi latissimam aperis viam, qua evadere possim, qua cumulatissime meam vindicem famam; qua etiam amicus tu mecum gradiaris, tua retractando; ut satis proinde appareat, quod doleas, in me innoxium intulisse calumniam. Id reor, evenisse, quod initio pungentissimo actus stimulo scrupulorum, zeloque incensus, irruis in me more Andabatarum, ut infames. Hinc factum, ut *quacumque te verses, quacumque te jactes, quacumque undecumque colligas, ventiles, spargas,* (a) semper aerem verberes, mea non videas, non ferias me. At defervantibus scribendo scrupulis, illucescunt tuæ eruditæ menti meridies rationis, & jura æquitatis; ut proinde sana cogites, sana scribas, jam a me præoccupata, jam scripta. Hinc etiam factum, ut, qui initio mihi crudelissimus hostis appareas, & sis, in decursu mihi subscribas amicus. Quanta est vis veritatis! quanta Pritanianæ innocentiæ! Idem infensus hostis, dum vult ferire, arma ministrat, quibus confodiatur ipse, vivat ille. Hactenus id plus centies vidisti: sed & nunc experire.

462. A num. 29. aggrederis monstrandum adversus me, quod æquissimum sit, se mancipare Virginis servituti. Plurima quidem profers, ut impleas paginas; sed duo ad rem maxime conferunt. I. Num. 29. ais, alteram partem Thesis *sponte* descendere a prima; videlicet cum SS. Virgo certissime *Domina* sit, ac *Regina*; certum proinde est, ut, ejus servituti se mancipare, æquissimum sit. En jaculum a te intortum, ut me ferias; sed en in te retortum, quo feriaris. Qui apertissime Mariam profiteor, & Dominam, & Reginam, æquissimum & mihi est, ejus se Fideles addicere servituti.

463. Alterum, quod adhibes argumentum, est n. 31. & 36. „ Adjungimus pios sæcularium cœtus, quos Confraternitates, seu Sodalitates, „ sive Congregationes vocant .... Sed prætermissis hisce peculiaribus So„ dalitatibus sub expresso nomine Servorum Mariæ. Omnes, quotquot „ existunt B. Virginis Sodalitates in cunctis Domibus nostræ Societatis „ erectæ, & per totum Orbem dispersæ (quæ innumerabiles sunt) at„ que a Sede Apostolica & primitus institutæ, ac toties confirmatæ & „ amplificatæ, quamvis *Mancipiorum* nomen non præseferant, tamen *Dei „ Genitricis obsequiis, & famulatui specialiter sunt mancipatæ &c.* " Æquissimum igitur erit B. Virginis servituti se mancipare.

464. En alterum quidem evibratum in me telum; sed & alterum in te revibratum, quo confodiaris. Nempe qui universim probavi sodalitates, & SS. Virginis nominatim; qui maximi feci, qui celebravi; quid aliud præstiti, nisi tecum profiteri: *Æquissimum esse Virginis servituti se mancipare?* Etenim Sodalitates istæ, ut ais, „ quamvis *Mancipiorum* nomen „ non præseferant, tamen Mariæ famulatui specialiter sunt mancipatæ. " Audi mea; (b) ut *homo, qui nihil potes dicere, posses saltem tacere.* (c) Noi

(a) Lib. 5. c. 15. n. 56. (b) Cap. 24. pag. 351. (c) Aug. l. 2. op. imp. n. 97.

Noi poſcia ſappiamo, che le Confraternite ſecolari furono a ſomiglianza delle Collegiate Eccleſiaſtiche ſaggiamente introdotte. E chi mai oſerà dire, che non ſia ſanto o pio il loro iſtituto; giacchè ſi uniſcono ſpezialmente ne i dì feſtivi per cantare, o recitare le lodi di Dio, *della Vergine*, e de' Santi, come fanno gli Eccleſiaſtici in Coro, ed anche per eſercitare altri atti di Pietà e Carità Criſtiana? Poſſono talvolta oſſervarſi abuſi e diſcordie in eſſe Confraternite; ma non perciò ſono eſſe da riprovare; perciocchè non ad eſſe, ma ad alcuni, che le compongono, ſon d' attribuire i difetti... In ſomma al baſſo Popolo, che non è atto ad alte contemplazioni, egregiamente ſervono sì fatte unioni e Congregazioni, per eſercitar ſantamente la lor Divozione, purchè concordemente recitino quelle Orazioni, che ſanno, con ottimo cuore verſo Iddio. E tanto più rieſcono utili cotali Congregazioni, ſe vi ha qualche ſacro miniſtro, che con breve intelligibil Sermone vada moſtrando ad ognuno i doveri della vita Criſtiana, e quei maſſimamente, che appartengono al particolare ſtato di quelle perſone. *Multum quidem laboraſti*, *ut hæc* duo argumenta *invenires*, *quæ contra te potius quam contra me diceres*; (*a*) quinimo pro me.

465. Denique quid ſibi vult, *Mariæ obſequiis*, *&* *famulatui ſe mancipare?* Profectò impenſius eam colere: Filii ſui Jeſu offenſas fugere ipſius pariter cauſſa: ceu patronam venerari ſingularem, ac pientiſſimam Matrem: ſupra omnes Sanctos celebrare: in neceſſitatibus ad ejus patrocinium fidenter accurrere: Dominam profiteri, ac Reginam &c. Iſthæc omnia jam docui, SS. Virgini præſtanda a Fidelibus. Quamvis igitur *Mancipii* nomenclationem non protulerim, reapſe tamen intelligi volui: Æquiſſimum eſſe Mariæ obſequiis, & famulatui ſe addicere. Il perchè non vi ha tra Fedeli, chi bramoſo dell'eterna ſua ſalute non *profeſſi particolar divozione* a Maria, non la *veneri* qual ſua buona Madre, e non la *riguardi* come ſua poſſente Avvocata preſſo Dio. Jam etiam noſti *Dominam* a me haberi, ac *Reginam*. Profectò autem ea: *Non profeſſi*, *non la veneri*, *non la riguardi ec.* quam bene exprimuntur latine: *Se mancipet*, *ſe addicat obſequiis*, *&* *famulatui*. Actum de tuis ſcrupulis eſſet, ſi latine ſcripſiſſem; nimirum voces *mancipare*, aut *addicere* adhibuiſſem. Item initio laud. cap. L' eſſer ella ſtata eletta Madre dell' Unigenito Figlio di Dio, è un pregio di sì alta contemplazione, che le menti noſtre non poſſono far di meno di non concepirne quella *maggior venerazione*, di cui ſia capace una mera creatura in ſommo grado beneficata da Dio. Perciò un onor ſuperiore a quello degli altri Santi è dovuto a così eccelſa *Signora*. Si dignam prædico Virginem veneratione ſingulari præ omnibus Sanctis, ſi excellentem Dominam, & Reginam Sanctorum, ſumma prorſus injuria me reum traducis, ceu improbantem Virginis ſervitutem. *Si ergo recte vis ſapere* (*b*) palinodiam cane: dic ſaltem, libellum meum te non legiſſe.

466. *Jam tu clama contra apertiſſimam veritatem*. (*c*) Sed *rogo te*, *attende*, *quid dicas*. (*d*) *Dic* tamen, *audiamus*, *diſcamus*. (*e*) Num. 1. dicis de

(*a*) Libr. 5. contra Julian. cap. 5. numer. 20. (*b*) Libr. 6. contra Julianum cap. 10. numer. 33. (*c*) Libr. 5. oper. imperfect. numer. 41. (*d*) Ibidem. (*e*) Ibidem numer. 56.

de me: „ Non fert audire, B. Virginem *imperare in cælo* . " En mea & quæ producis, & quæ taces: (*a*) Noi udiamo talvolta dire, ch' Essa comanda in Cielo. Sobriamente si ha da intendere questa ed altre simili espressioni, che cadute di bocca al fervore divoto di alcuni Santi, o all' ardita eloquenza di qualche Sacro Oratore, non reggono, ove si mettano al paragone colla vera Teologia, la quale non riconosce se non l'Onnipotente Iddio per nostro Padrone, per fonte di ogni bene e grazia. Nostro Padrone e Signore similmente è Gesù Cristo, anche come uomo per concessione a Lui fatta dall' eterno suo Padre. Ufizio di Maria è pregar Dio per noi, l'intercedere per noi, e non già il comandare. *S. Maria ora pro nobis:* questo è quello che la Chiesa c' insegna, e Lei dobbiamo ascoltare, e non già le iperboli di qualche privato Autore ancorchè Santo. Hæc tibi offensioni modo sunt; post pauca a sententia tumet discedes.

467. Num sanæ Theologiæ quadrabit, *absolute* efferre de SS. Virgine, etiam respectu Filii sui: *Non solum rogans*, *sed imperans: Domina*, *non ancilla?* (*b*) Est ea quidem Jesu Mater, est & Jesus verissimus Filius; at etiam ut Filius, non homo purus, sed homo Deus; subinde ut Filius infinite supereminet Matrem perfectione, majestate, imperio. Hinc merito S. Ephrem Syrus (*c*) ex persona Virginis Christum alloquentis, dicat: „ Repente Mater evasi humanitatis tuæ, *Domine*, & Fili. " Primo *Dominum* vocat Filium suum. Num *absolute* Domina erit nominanda Domini Dei sui, etsi Filii? Unde cautior Gersonius (*d*) ait: „ Per hoc quod „ B. Virgo est Mater Dei, habet *veluti* auctoritatem, & naturale dominium „ ad totius mundi Dominum. " *Veluti* addit, diminuendo, & molliendo effatum illud nimis asperum *absolute*. Nec mirum, expresse id prædocuerat Augustinus (*e*) ex persona Christi Matrem alloquentis: *Non competit tibi*, *ut jubeas Deo: competit autem*, *ut subdita sij Deo*. Quinimo & tu castigatius loqueris num. 20. „ Calvinus spurcissime queritur, dici a no- „ bis Reginam, quæ se vocavit Ancillam: (*Reponis*) quasi vero eam „ dicamus Reginam Domini, cujus ipsa merito se Ancillam vocavit. " Jungamus dexteram: mihi subscribis: quæ & tibi displicent, *audire non fero*; quod videlicet Filio suo Jesu imperet Virgo Mater: attamen hoc dixerunt duo Sanctitate insignes Germanus Patriarcha CP. & Petrus Dam. ut propterea scripserim: Essa comanda in Cielo; sobriamente si ha da intendere questa ed altre simili espressioni, che cadute di bocca al fervore divoto di *alcuni Santi ec.* qui modo videlicet nominati sunt. Neque ea fert audire Petavius loc. laud. Etenim prolatis Petri Damiani verbis, ait: „ Audacter ista Petrus, sed illis consentanea, quæ Germanus Con- „ stantinopolitanus paullo a nobis adductus antea scribit. " Hasce locutiones ut emolliret, prosequitur: „ Est autem imperium illic non pro- „ prie sumtum, quale Domini est jubentis; sed oratio ac postulatio ef- „ ficax & certa ex ingenti ac singulari fiducia, quæ omnino, quodcum- „ que vult, obtinet. " Petavio item subscribis. Igitur utrisque vobis illud

(*a*) Cap. 22. pag. 316. (*b*) S. Petrus Damian. apud Petavium lib. 14. de Incarn. c. 9. num. 14. (*c*) Serm. 4. in Nat. Domini. (*d*) Serm. de Annunt. B. V. (*e*) Serm. ad Catechum. cap. 5. num. 14. at novis Editoribus Cong. S. Mauri non est Aug.

illud displicet effatum *absolute: Maria imperat Deo*. Solus ego ero Virgini injurius, etsi vobiscum non feram illud audire; sed velim, quod sobriamente si ha da intendere questa ed altre simili espressioni. *Porro cum illud justum esse* (in vobis) *qua potestis voce clamatis; hoc* (in me) *esse injustum; qua fronte contenditis?* (a) Cæterum uter observantior in Sanctos, Petavius scribens de SS. Damiano, ac Germano: *Audacter ista Petrus &c.* an ego: sobriamente si ha da intendere questa espressione &c.? Considera, & tace.

468. Et quidem scripsi: La vera Teologia non riconosce se non l' Onnipotente Iddio per nostro Padrone, per fonte di ogni bene e grazia ec. Annon id Fide edocemur: (b) *Audi Israel: Dominus Deus noster Dominus unus est?* Profecto Dominus, sed *per essentiam*, sed *absolute*. At SS. Virginem certe Dominam dixi, & habeo, sed per participationem a Deo suo, & infinitum dispari sorte; ut merito S. Ildephonsus, (c) *Dominam vocet inter ancillas, Reginam inter Sorores*, haudquaquam est Domina ad Dominum. Idcirco de ea scripsi respectu Dei: Ufizio di Maria è il pregar Dio per noi, l' intercedere per noi, e non già il comandare ec.

469. Scrupulos discussimus, quibus monstrare niteris, quod doceam, SS. Virginem Dominam non esse appellandam, nec habendam. Extirpandi supersunt, quibus existimas, mihi æquum non esse, ejus servituti se mancipare. Audiamus tua. Eodem num. 1. hæc mea subinnuis: (d) Si erano introdotte in varj luoghi le Confraternite *delli schiavi della Madre di Dio*, e si andava dilatando questa sregolata Divozione ingiuriosa a Dio. Per ordine di Clemente X. a dì 5. di Luglio 1673. furono esse proibite. Hæc autem haudquaquam scripsi de pietate disserens erga Virginem Matrem; sed agebam eo loci adversus Devotiones, che son guaste dal vile interesse, e contengono semi di Superstizione, o falsità. Memoro subinde studium Ecclesiæ in hisce extirpandis: In fatti chiunque scorrerà i Concilj della Chiesa di Dio, i Decreti de' Som. Pontefici, troverà molte di simili pretese Divozioni, o strozzate ne' lor principj, o tolte via, benchè veterane, perchè passate in eccessi ed abusi. Item profero plura harum exempla, inter quæ illud: Si erano introdotte ec.

470. Duo in hisce meis habentur: I. quod historiam pertinet: *Per ordine di Clemente X. ec.* qui loquendi modus haud quidem exprimit, sua Bulla eas proscripsisse: sed præcepisse Sac. Congregationi, ut eas eliminaret. Cadit igitur tua emendatio num. 47. „ Non a Clemente, sed a „ sola Congregatione S. Officii prohibitio ista manavit. " Verum a quovis manaverit, perinde se habet; supponendum quippe collum est veris Fidelibus, sive per sese Sum. Pontifex imperet, sive per suas Congregationes, quæ ab ipso vim habent, & originem. Pertinet alterum ad doctrinam. Si andava dilatando questa sregolata Divozione ingiuriosa a Dio. In hoc certe convenimus. Num. 49. proferens Sac. Congregationis edictum, in quo libelli quidam nominantur, *regulas præscribentes, & usum ejusmodi mancipatus*, ais: „ In quibus fortasse libellis aliquid etiam erat „ censura, & prohibitione dignum. " Jure igitur scripsi: Questa sregolata Divozione.

(a) l. 5. ep. imp. n. 13. (b) Deut. c. 16. v. 4. (c) l. de Virgin. Mariæ. (d) Cap. ult. pag. 379

471. Tantillum vero hic siste, mecumque considera: Qui in Ecclesia jam erat perillustris Ordo *Servorum B. Mariæ*, quid caussæ fuit, ut memoratæ sodalitates, ea missa nomenclatione, insigniri appeterent *Mancipiorum B. Virginis*? Quia nimirum (ut par est conjicere) suo mancipatu superaddere volebant specialem cultum *servituti* in B. Virginem. Hinc factum, ut ad nova confugerent sensibilia signa, quæ singularem hanc exprimerent venerationem. „ Imagines, Numismata, Catenatos Sodales præseferentia „ divulgarunt, catenulas distribuentes collo, brachiisque circumponen- „ das. (*a*) Jure merito igitur nomen prætermiserunt *Servorum B. Mariæ*. Secus omne sodalium vulgus nequisset percipere, qua sorte competerent *Servis* catenæ, qui a XII. Sæculo liberi sunt ab omnibus vinculis. (*b*) *Mancipia* autem se profitentes, congruentem sibi credebant catenarum gestationem.

472. Ut modo ex his colligere possimus, quinam hisce mancipiis specialior fuerit cultus Virginis Matris, videndum prius est, quænam fuerit veterum *Servorum* conditio, qui nunc *Mancipia* dicuntur. Un Servo degli antichi significava persona sottoposta al comando e dominio di un Padrone presso a poco, come sono i cavalli e i buoi; e infatti si vendevano i Servi in quei tempi, come si usava anche de' giumenti...... I servi nulla possedeano di proprio, nulla guadagnavano per se, tutto era de' loro Padroni, che solo permettevano loro qualche ritaglio de' guadagni e de' frutti della loro industria, chiamato *Peculio*. Che non poteano far testamento; che i loro figli e discendenti restavano anche essi involti nella servitù, e soggetti come il Padre al medesimo Signore ec. (*c*) Ratione consimili valemus conjicere, quod memorati sodales, *Mancipia* se præferendo SS. Virginis, venerationi ejus addictos se esse volebant intelligi, quod sub pleno jure essent Virginis Matris solius, nec sui juris amplius esse, sed cuncta opera, cordisve affectus ei devoverent &c.

473. Si ita res se habeat, ut probabilissime apparet ex antedictis; merito justeque in eas sodalitates fulmina jecit Roma suppressionis. Profecto enim isthæc veneratio injuriosa Deo est, sub cujus pleno dominio absolute vivimus, servamur, redimimur: qui solus omnium *Alpha & Omega* est, *Principium*, & *Finis*, ad quem solum proinde ultimo omnes cordis nostri affectus jubemur dirigere. Dignissima quidem omnium veneratione SS. Virgo, præsertim quia Genitrix Dei: nostræ gloriæ deputemus, ejus Servulos & esse, & nuncupari: sub clientela ejus & vivere, & mori; eam, præ omnibus Sanctis, impensius diligere, sed propter Deum, ad quem solum & ipsa collineat, & in quo æternum quiescet.

474. Ais num. 47. „ At Reformatores obmurmurant, replicantque, pro- „ hibitas jam esse a Clemente Papa X. Confraternitates *Mancipiorum Ma-* „ *tris Dei*. "

475. Quid tum? Pritanius, tibi ex Reformatoribus unus, *obmurmurat, replicatque*: Per ordine di Clemente X. furono proibite le Confraternitè degli Schiavi della Madre di Dio. Ex hisce colligis: (*intentique ora tenete*): „ Pritanius igitur non æquissimum credit, Mariæ servituti se man- „ cipa-

(*a*) In sup. laud. decret. S. Officii. (*b*) Vide meas Dissertat. sopra l' antichità Ital. dissert. 14. (*c*) In dissertat. ubi supr.

„ cipare. “ *O quid perdidit, qui te audire non potuit !* Et eſt ratiocinium annoſo te in ſchola homine dignum ? Dic ſodes : quænam te Dialectica docuit, ut ex particulari Antecedente Concluſionem rite colligeres univerſalem, *fruſtra te intorquens argumentationibus vanis?* (*a*) In Antecedenti ſermo mihi dumtaxat eſt di ſregolata Divozione, ingiurioſa a Dio, a Romano Cælo fulgurita nelle Confraternite degli Schiavi di Maria: & tu ex hiſce colligis, *abſolute* a me improbari, Mariæ ſervituti ſe mancipare. Et quidem *recte argumentareris dicens :* (*b*) „ Igitur Pritanius odit, „ Virginis ſe addicere ſervituti con una ſregolata Divozione, ingiurioſa „ a Dio, & a Romano Judice proſcripta, & damnata. “ Et hæc quidem ſcripſeram: (*c*) Impari ad onorare ed invocare la noſtra grande Avvocata in quella maniera, che *a Lei ſteſſa piace*; eſſendo fuor di dubbio, che Maria più degli altri *diſapprova quel culto ed onore, che a Lei non conviene*, qualis ei tribuitur colla ſregolata Divozione ec. Hæc eſt vera Concluſio Pritanii digna pietate. Vin autem ſcire, quid improbet? *Quod Roma proſcripſit.* Hic reapſe quidem aliud non exagito, quam tuum in me ratiocinium, quo num. 1. monſtrare niteris, quod improbem, Virginis ſe addicere ſervituti. Ut id evincas, mea profers : „ *Devotionem inordinatam*, „ *Deoque injurioſam* appellat *Confraternitatem Mancipiorum Matris Dei*, eam„ que a Clemente X. interdictam eſſe ait. “ Igitur (colligendum tibi eſt improbat Pritanius, Virginis famulatui ſe mancipare ; hoc enim monſtrandum erat. Verum dic ſodes: Cum Roma has ſodalitates penitus abrogaſſet, omnem improbavit Virginis mancipatum, an dumtaxat eum, qui erat *cenſura, & prohibitione dignus?* (*d*) Si adfirmes primum, non curo, quod cum Sac. Congregatione me ferias; Si alterum eligas, quod & facis, bene mihi omnia ſunt. Nimirum nil aliud præſto, niſi Decretum producere Sac. Congregationis, & indicare motivum, cur meruerint ſodalitates illæ penitus extingui, videlicet la loro ſregolata Divozione ingiurioſa a Dio.

476. Inſiſtis n. 48. Noluit Roma „ nomenclaturam, & profeſſionem „ Servorum, ſive mancipiorum Matris Dei ſimpliciter interdicere. “

477. Et ubinam aut expreſſi, aut ſubindicavi *ſimpliciter interdictam eam nomenclaturam?* Profecto nec Romæ iſta diſplicuit ſimplex nomenclatio ; tali enim pacto, hac vetita, ſodalitates voluiſſet: neque ſimiliter in ſimplici ſono vocis *Mancipium B. Virginis* ulla latet ſuperſtitio, aut impietas. Roma igitur, quæ ſodalitates ipſas ex imo ſuffodit, & antiquavit, habuit perſpectum ſub voce *Mancipium* pietatem latitare a vera pietate excedentem: & in hanc directe ſua fulmina jecit, ſubinde etiam in Nomenclationem, qua excedens pietas ſignificabatur. Cætera, quibus in hoc Capite adverſus me garris, lubens miſſa facio, quod verum non feriant, ſed a te confictum Pritanium. Jam quippe noſti, quam dilucide prædicem, Mariam SS. Dominam ac Reginam, ejuſque ſervituti ſe mancipare, digniſſimam. *Cur ergo negas clauſis oculis res apertas?* (*e*)

C A-

(*a*) Lib. 6. cont. Jul. cap. 5. n. 11. (*b*) Ibidem lib. 3. cap. 16. n. 60. (*c*) Pag. 315. (*d*) Ut ais num. 49. (*e*) Lib. 5. oper. imp. num. 56.

CAPUT IV.

Mediatricis humani generis nomen, ac munus in Dei Genitricem ſecundum Chriſtum ejus Filium, vere ac proprie convenire.

PRITANIUS.

478. SI *quando aliquis ſcrupulus mentem movet, non ſequaris facile ſententiam propriam; nec aliis perſuadere coneris.* (*a*) Et merito; proprium enim ſcrupulis eſt (ut pluries notatum) tam ſpiſſas tenebras menti offundere; ut nequeat omnino noſſe, ubi ſit, quo vadat, qua tranſeat. Haud immerito ſcripſi in principio hujus *Parænetica* laborantem te ſcrupulis, eiſque craſſiſſimis. Nimirum in toto hoc tuo Opere adverſus me, præſertim in hoc Capite, tam denſa involveris caligine ſcrupulorum, ut ea major dari non queat; cum tamen (ſincere) te alias habeam & probum, & doctum. Ad rem.

479. Exigis I. ut *Mediatrix* SS. Virgo Mater nominetur: Idipſum ſcripſi: (*b*) *Mediatrice Maria:* (*c*) *Poſſente Avvocata preſſo Dio*: (*d*) *la noſtra grande Avvocata: Avvocata noſtra*, quod, Petavio judice (*e*) idem eſt ac *Mediatrix: Atque hoc vocabulo* (Advocati) *non minus apte Mediatoris officium exprimitur*. Quinimo idem fateris num. 5. qui, ut evincas nomen Mediatricis in Virgine, S. Ephrem Syrum primo laudas, eam nominantem *Advocatam*.

480. Num. 28. ſcribis: „ Patres graviores eadem fere, quæ Chriſto Do„ mino, tamquam primario Mediatori excellenti ratione tribuuntur, in „ ejus SS. Genitricem conferunt. “ Eadem ego, licet procul ſint a ſcopo mei libelli. Dicitur Jeſus (*f*) *Adjutor fortis:* (*g*) *Advocatus noſter:* (*h*) *Spes noſtra*: (*i*) *Mediator*. Virginem nomino. *Poſſente, grande Avvocata: Ajuto de' Criſtiani, e Rifugio de' Peccatori:* (*k*) *Maria ſperanza noſtra*, eamve nominari *Mediatricem*, jam audiſti; quinimo *buona Madre*. (*l*] Porro omnia iſthæc mediationi exprimendæ in Virgine quammaxime quadrant. Ex hac igitur parte ſana eſt mea doctrina.

481. II. Exigis a num. 25. ut mediatricis *munus* B. Virgini profitear convenire. Conventis ſtabo, te ducem ſequens: quidquid juſſeris proferendum, quo Virgini *munus* aſſeram *Mediatricis*, idipſum exequar lubens. Age, Pater dilectiſſime: Præſcribe fontes, principia, quibus ad id deveniendum credis; ut tandem devenias ad ſanitatem. Hoſtem hic certe præteſers; at ex more ſuppeditas, quibus invicte ab hoſtibus vindicem me.

482. Num. 25. Petavium exſcribis, eique ſubſcribis. „ Mediatoris, „ *ait*,

(*a*) Ferrand. Carthag. Diacon. in Parænet. ad Regin. Comitem cap. 12. (*b*) Cap. 22. Pag. 818. (*c*) Pag. 313. (*d*) Pag. 316. (*e*) Lib. 14. de Incar. c. 9. n. 3. (*f*) Iſai. 17. v. 10. (*g*) 1. Joan. c. 2. (*h*) 1. Timoth. c. 2. (*i*) Ibid. c. 2. v. 5. (*k*) Pag. 319. (*l*) Pag. 313.

„ *ait*, *proprium munus* esse, medium inter dissidentes, ac sequestrem inter-
„ venire, eosque inter se conciliare, & ad pacem, concordiamque re-
„ vocare. Ad id porro duplex adhibendum est Officium..... Primo loco
„ *de meritis in nos SS. Virginis*, tum *de interpellatione* dicemus, qua ipsa
„ pro nobis supplicat. " Subinde tu num. 26. „ Et I. de ingentibus in
„ universum genus humanum meritis SS. Virginis dubitare nequit, qui
„ credit illam esse vere, & proprie Matrem Dei, per quem omnia nobis
„ Gratiæ, & Gloriæ vera, & sempiterna bona proveniunt. "

483. Iterum me conventis stare profiteor. Vidisti jam superiori Capite, a me Virginem credi verissimam Dei Genitricem. Igitur, & te judice: *De ingentibus in universum genus humanum meritis SS. Virginis dubitare nequeo*. Sed adtende mea; ut videas, quam caute exprimam tua. (*a*) Parimente ci possiamo incontrare, in chi asserisce, niuna grazia, niun bene venire a noi da Dio, se non per mano di Maria. Il che va sanamente inteso, cioè, *che noi abbiamo ricevuto per mezzo di questa immacolata Vergine il Signor Gesù Cristo, per gli cui infiniti meriti discendono sopra di noi tutti i doni, ed ogni celeste benedizione*. Primum igitur *munus* mediationis in B. Virgine Matre fatemur cum Petavio.

484. Num. 37. „ Progrediamur, *ais*, ad alterum Mediatoris officium,
„ quod est ad exorandam veniam & gratiam, Deprecatorem, & Inter-
„ ventorem adhiberi. Dei Genitricem suis meritis, ac precibus interce-
„ dere pro nobis apud Deum, & Christum, certo certius est. "

485. Audi Petavio, tibique, me succinentem. (*b*) E quanto all' invocarla ne' nostri bisogni, comune abbiamo il sentimento della Chiesa, che più utilmente ricorreremo a Lei, per ottener benefizj da Dio, che al rimanente de i Santi. Essa... ricolma tuttavia *di quella Misericordia*, che nutrì in terra, noi la riguardiamo come Ajuto de' Cristiani, e Rifugio de' Peccatori. Il perchè non v'ha tra Fedeli, chi bramoso dell' eterna sua salute non professi particolar Divozion a Maria, non la veneri qual sua buona Madre, e non la riguardi come sua *Possente Avvocata* presso Dio. (*c*) Ufizio di Maria è il pregar Dio per noi, l' intercedere per noi ... *S. Maria ora pro nobis*, questo è quello, che la Chiesa c' insegna, e Lei dobbiamo ascoltare. (*d*) Si può anche per analogia appellar mediatrice Maria, qualora pregando per noi ci ottiene grazie dall' Altissimo. Expetis dilucidiora? præsto sunt. (*e*) Con tutto ciò è a noi permesso di chiamare *Speranza nostra* anche Maria, stante *l' efficacia* delle sue preghiere presso il suo Figliuolo, ed attesa l' inclinazione della *somma sua carità* a giovarci... Certamente chi ha una vera interiore Divozione alla Madre di Dio accompagnata da costumi corrispondenti a tal Divozione, *des. sperar molto dall' intercessione, di chi tanto può presso Dio*. (*f*) Ci raccomandiamo al suo *possente patrocinio* pregandola, che preghi Dio per noi. Communis itaque nobis est sententia, B. Virginem & *nomine*, & *munere* proprie vereque esse ex Christi meritis humani generis mediatricem. Tua igitur adversus me, & ex tuis, *ut fumus defecerunt*, & *perierunt*. [*g*]

486. Num. 1. irruis in me: „ Mariam nonnisi analogice, & impropriè me-
„

(*a*) Cap. 22. pag. 317. (*b*) Ibid. pag. 312. (*c*) Ib. pag. 316. (*d*) 318. (*e*) 319.
(*f*) Pag. 312. (*g*) Aug. lib. 5. qq. imp. n. 50.

» mediatricem appellari posse permittit: & quidem ex accidenti tantum, » non tanquam ex munere, nec alio modo, nisi quo cæteri omnes San- » cti mediatores appellari possunt; nihil ut præclarum, & singulare hic » titulus sonet in Virgine. “

487. Quot crimina de me hic prædicas, tot in me calumniæ sunt, ut jam vidisti. I. Mariam profiteor *grande e possente Avvocata nostra*, eam certe *veram*, *propriamque* post Christum veneror mediatricem: qui tecum, & cum Petavio *nomine*, & *munere* Mediatricem credo; cur mihi appingis, quod *improprie*, *ex accidenti tantum*, & *non tanquam ex munere* eam fateor Advocatam? Tu evincens cum Petavio, quod *nomen*, & *munus* Virgini conveniat Mediatoris, eam *proprie* profiteris Mediatricem: mihi eadem fatenti, cur erit *improprie*? *Cum ergo illud fatearis, cur hoc negas?* (*a*)

488. II. Ais, me scribere, quod nihil præclarum, & singulare sonet in Virgine Mediatio, præ cæteris Sanctis. Audi mea millies repetita: fors percipies, fors quiesces: (*b*) Con ragione essa è appellata *Regina de i Santi*; giacchè oltre all' aver superati tutti i Santi coll' eminenza delle sue virtù, concorre in essa una sì sublime prerogativa, che al confronto suo sparisce lo splendore di ogni altro Cittadino del Cielo .... E quanto all' *invocarla ne' nostri bisogni*, *comune abbiamo il sentimento della Chiesa*, che più utilmente ricorreremo a Lei, per ottener benefizj da Dio, CHE AL RIMANENTE DE' SANTI. *Sed tu contra omnia claudis oculos*. (*c*) Aliquando saltem *adtende*, *quam sis a veritate seclusus*. (*d*)

489. Scripseram, (*e*) che si possa *per analogia* appellar Mediatrice Maria. Verbulum hoc: *Per analogia* scrupulos tibi incendit vehementissimos, quibus omnia superstruxeris, quæ in hoc Cap. adversus me scripsisti: Tui certe me miseret, qui æstu impugnandi me, animum geris præoccupatissimum; & adeo, ut, quæ in Metaphysicis uberiori lingua annosus magister docuisti, eadem oblitus videaris. Mihi adtende, & palinodiam para, dum oblivione contrita, dabo, ut reminiscaris.

490. Quid sibi vult *Analogia*? Consule Facciolatum, Nizolium &c. necnon Metaphysicam, leges: *Proportio*. Et quidem inter Christi Mediationem, & Virginis sua quædam reperitur *Proportio*. Mediator ille per merita, & preces nos inter ac Deum, Mediatrix & Virgo per merita, ac preces. Audisti Proportionem potissimam, adtende discrimen. Unus ille mediator hominum, quia *homo Deus*, condignum, ac superabundans pretium obtulit Patri, & id per merita sua, *exauditus pro sua reverentia*, *qui fecit utraque unum*, *delens quod adversus erat chirographum decreti* &c. Nihil horum SS. Virgo per sese: impetrat quidem nobis, sed dumtaxat per merita Filii sui Jesu: Mediatrix quidem, sed *secundaria*, ut consuevit dici. Num Mediationes istas inter sese fateri audebis *univocas*; cum in essentiali ratione diversissimæ sint, quinimo infinite distantes? Porro etiam: Si univocæ forent, duo æque essent Mediatores Primarii, Christus, & Virgo. (quo quid scelestius?] Univoca enim omnino simillima sunt in ratione essentiali, ut Petrus, & Paulus æque homines sunt, & absque ullo prorsus discrimine. Quod si repugnet *Univocatio* inter eas, quid superest nisi *Analogia*, cum reapse quandam habeant proportionem?

491.

(*a*) Aug. ubi sup. n.63. (*b*) Cap.22.pag.312. (*c*) L.5.op.imp.n.16. (*d*) Ib.n.53. (*e*) C.22.p.319.

491. Et quidem S. Thomas (*a*) resolute monstrat, nil Deo esse, & Creaturis *univoce* commune, sed *analogice* solum. Subscribunt Suarius (*b*) necnon Petavius (*c*). Hujusce verba recitemus. De Adoratione differens Deo debita, ac Sanctis, in Titulo ait: „ Ea proprie soli Deo convenit: „ Creaturis secundum *Analogiam*. Pro differentia igitur excellentiæ, aut „ beneficæ virtutis variat honos, qui illi tribuitur... Dei ut natura, sic „ excellentia est, & dignitas infinita... hominum vero, vel Angelorum „ quamtumcumque sit amplitudo, ac præstantia, si cum illa comparetur, „ non est exigua, sed nulla. Itaque distat hæc ab altera immenso inter- „ vallo: nec sub eodem genere ambæ continentur. Ex quo manifestum „ est, Proschinesin, idest Adorationem, quæ excellentiæ, honorisque te- „ stimonium habet, *proprie* soli convenire Dêo, sicut & esse. Creatis por- „ ro rebus nonnisi participatione quadam, & adumbratione, ex quo *Ana-* „ *logia* consequitur. " Porro eadem utriusque sors est, Adorationis, ac Mediationis. Nimirum omnia, quæ puris Creaturis, immenso intervallo distant ab eis, quæ Deo conveniunt. Tuo igitur judice Petavio, asserenda Virgo est *Mediatrice per analogia*. At (*d*) *quanto minus nos laborare debemus, quando sive hoc, sive illud dicamus, intelligitur sine ambiguitate, quod dicimus, quorum non in expolitione sermonis, sed in demonstratione veritatis est major intentio*. Jam enim vidisti, quod tecum, & cum Petavio omnia Virgini asseruerim, *nomen*, & *munus* mediatoris, quæ necessaria sunt, ut vere, proprieque sit mediatrix.

493. Verum perpende mecum Petavii verba: *Adoratio proprie soli Deo convenit*. Quid hoc? Num Sancti *proprie* adorandi non erunt? Et quidem nec ullo modo, quemadmodum Deus adoratur, cujus excellentia infinitum ab ea distat creaturarum; exigit proinde cultum supereminentem cujusvis creaturæ venerationem. Sed adorandi ii sunt, & quidem *proprie*, longe tamen inferiori modo, quo Deus. Etenim, si eis inest vera excellentia, suopte jure exigit ista consentaneam sibi adorationem. Igitur de solo Deo *absolute* intelligitur verum: *Adorandus est*: de Sanctis autem non *absolute* verum esse intelligitur: *Adorandi sunt*; sed cum limitatione: *Laudate Dominum in Sanctis ejus*, (*e*) idest propter Deum, ceu puræ excellentes creaturæ, quam excellentiam Deo debent referre.

493. Pari sorte differas de *Mediatione*. Nec SS. Virgini Matri, nec Sanctis quadrat aut proprie, aut ullo pacto mediatio, ut Homini Deo conveniens est; est enim hæc infinita, subinde omnem creaturam superexcedens: iccirco *absolute* pronuntiatur de Christo: *Unus mediator Dei, & hominum, homo Christus Jesus;* ut videlicet quævis pura creatura ab hac mediatione excludatur. An igitur SS. Virgo nullo pacto Mediatrix erit, & Sanctique omnes? Absit sceleratum Commentum. Mediatrix quidem, *proprie*, sed quæ immenso intervallo distet ab ea Filii sui; sit videlicet ex meritis Christi, secundaria &c. Hinc de SS. Virgine, ac de Sanctis non *absolute* mediatio enuntiatur, sed cum præasserto addito. Merito igitur scripsi: [*f*] Il che non impedisce, che non si possa anche *per analogia*

(*a*) 1. Part. quæst. 13. art. 5. (*b*) In Metaph. disp. 28. sect. 3. num. 16. (*c*) Lib. 15. de Incarn. cap. 2. num. 1. 2. (*d*) Lib. 2. cont. Crescon. Donat. cap. 1. numer. 2. (*e*) Psalm. 154. (*f*) Cap. 22. pag. 318.

gia appellar mediatrice Maria, qualora pregando per noi, ci ottien grazie dall' Altissimo; e in questo senso, cioè con una *Mediazione* differente da quella di Gesù Cristo, possiamo anche appellar Mediatori tutti gli altri Santi. Hoc quippe loco Virginis ad Christi mediationem dimetior; neque eam *absolute* poteram nominare mediatricem (ut etiam facis) sed cum addito: *Per analogia* (quod tibi idem est: *Ex meritis Christi, secundariam &c.*) Est mediatrix, inquam, haud quidem ut Christus, sed *proportione* quadam, eoque modo, quo potest puris creaturis convenire, sicut de Adoratione dictum modo est. Ita etiam: (exemplum est sup. laud. Petavii) *sunt* creaturæ: *est* & Deus; sed per analogiam tantum illæ Deo comparantur ex eodem. Num *proprie* suo modo non *sunt*? Sunt quidem, sed dispari sorte. *Est* Deus, *qui est*, independens a quovis: *sunt* illæ, sed a Deo dependenter. Ita similiter: *Per analogia* Virginis mediatio similis est Christo mediatori: Isti absolute convenit, proprie, & *per antonomasiam, per excellentiam*, ut ais num. 52. Virgini autem *proprie* quidem non tamen *absolute*, sed cum addito &c. Hinc merito tuus Suarius ait: (a) „ Esse mediatorem Dei, ac hominum; *proprie*, ac *perfecte solius est* „ *Christi*. “

494. Illud autem in errorem traxit te, nec levem, quod universim confuderis *analogice*, & *improprie*. At id omnino falsum. Discernendum tibi quippe erat inter Analoga, quibus intrinsecus inhærescit communis quædam ratio, in qua fundatur Analogia, sive Proportio, ac inter Analoga, quibus nulla inest ratio Proportionis; sed capiunt dumtaxat similem quamdam denominationem, ob quam dicuntur Analoga. Est exemplum in Scholis refrictum: Sanus dicitur homo, sana item pharmacum, pulsus &c. Verum sanus solus ille nominatur, & est vere, proprieque; cum intrinsecus vere ei *sanitas* inhærescat, quæ communis ratio est, ob quam omnia isthæc *sana* dicantur: at pharmacum, & pulsus sana appellantur, sed improprie, quæ interiorem non habent sanitatem; dumtaxat enim aut causant eam in homine, aut indicant. Exemplum tamen Theologo dignum proferatur ex sup. laud. Petavio. Adorantur Deus, Sancti, Reliquiæ, Imagines; & quidem propter *excellentiam*; hæc enim in istis ratio communis, & analoga, quæ exigit adorationem; at non una omnibus æqualis, vel æqualiter est excellentia: soli Deo, & Sanctis interior reperitur, exterior Sac. Reliquiis, ac Imaginibus. Hinc factum, ut soli Deus, & Sancti vere, proprieque per sese mereantur venerationem, qui soli intrinsecus excellentia donantur, qua adorari digni sunt (suo tamen modo cuivis proprio): Sacræ vero Reliquiæ, & Imagines talem per sese respuunt adorationem, quibus nulla excellentia inest interior; sed transit earum veneratio ad Sanctos, quos vel repræsentant, vel Corporis eorum partes fuere &c. Primi generis Analoga, quibus eadem inest ratio communis, *proprie* dicenda sunt convenire; *improprie* autem ea, quibus nulla inhæret intrinsecus ratio communis, sed dumtaxat similem habent denominationem. Hinc excellentia, *interne* communis Deo, ac Sanctis, *proprie* omnes reddit dignos veneratione; infinita ille, cui infinita excellentia inest; finita isti, quibus finita est, & limitata.

(a) Tom. 2. in 3. Part. disp. 23. sect. 1.

495. Quorsum ista, inquies? Adtende: Profecto *virtus mediandi* in Christo interna est, & ab eo capit originem, quod sit Homodeus, ac proinde infiniti valoris ejus Opera. Hisce Patri æterno oblatis, pretium solvit condignum Redemptionis, quemve interpellans, explicat, applicatque nobis liberationis efficacitatem. Sua quoque *inest* SS. Virgini *virtus mediandi*, cujus est in ea fundamentum Maternitas Dei. Iccirco *gratia plena* est, cui *fecit magna*, *qui potens est*, favorita con doni soprannaturali in vita, alzata in Cielo ad ineffabili onori. Ex incomparabili hac eminentia Sanctitatis venit, nostram esse buona Madre, *possente* Avvocata presso Iddio, mediatrice, speranza nostra, stante *l'efficacia* delle sue preghiere presso il suo Figlio, ed attesa la *somma* sua carità a giovarci. Si internam itaque admisi, veramque *virtutem mediandi* in Maria, quo æquitatis jure docentem prædicas me, quod *improprie* eam dixerim mediatricem? Propriissime Deum veneramur, proprie & Sanctos; ex quo interior insit eis excellentia virtutum, quod & fateris: (*a*) Si igitur Christus propriissime est mediator noster, proprie etiam SS. Virgo mihi erit mediatrix, quibus inhærescit intrinseca virtus mediandi. At quemadmodum, licet analoga sit ex Petavio adoratio ad Deum, & ad Sanctos, ex immenso intervallo, quo distat excellentia eorum; tamen hoc minime obstat, quin *proprie* etiam (suo modo) sit veneratio Sanctorum: ita analogam etsi dixerim Virginis ad Christi mediationem ob infinitum excessum, *proprie* tamen & ipsa vera mihi est mediatrix. *Hoc age, hic insiste, huic firmamento, si potes, unde concutiatur, impinge*. (*b*)

496. Tandem eodem num. 1. de me conquereris, & accusas: „ Intonat in primis Apostolicum illud. (*c*) *Unus Deus, unus & mediator Dei, & hominum, homo Christus Jesus*, cui superaddit de suo quasi ejusdem Apostoli verba: *Nos non agnoscimus, nisi unum &c.* " Scrupulosissimum hominem! Cogitare potuisses, errorem esse Typographiæ, aut calami indeliberatum excursum ea subsignantis linea in manuscripto. Absit hoc a te, ut tantam mihi adhibeas humanitatem: hostis infensissimus ad internecionem usque me semper persequeris. Verum deliberatus scripsi: *Noi non riconosciamo*, dice l' Apostolo, *se non un solo Iddio, ed un solo Mediator di Dio e degli Uomini, Cristo Gesù*. Si advertisses, interpreti tenacius inhærendum esse sensui, præ verbis, temperasses certe ab hac censura. Monstra, a sensu me aberrasse laud. Apostoli, & non eris *magnus Apollo*, sed inter *Apollines maximus*.

Prorsus, P. Plazza, non putasti & mea, & tua homines esse lecturos: sed eis tantummodo scripsisti, qui meis ignoratis, sive neglectis, nec utrisque diligenter inspectis, tua sola legere, ac nosse curarent; nec dixisse me crederent, si quod a te commemoratum, tanquam de meis in tuis litteris invenirent .... Hæc certe, atque hujusmodi (quæ cum tui non quicumque lectores, sed dilectores legunt, pro te, si ullus in eis humanus sensus est, erubescunt) Numquid mea verba garrire te sinerent, quæ non ob aliud præteriisti, nisi ut tibi in istis latiora (calumniandi) *spatia præparares?* (*d*)

C A-

(*a*) Part. 1. c. 4. præsertim n. 37. (*b*) Aug. l. 3. op. imp. n. 144. (*c*) 1. Timot. ii.
(*d*) August. lib. 5. oper. imperfect. num. 15.

CAPUT V.

Omnes Dei, & Christi gratias ad nos descendere per Mariam pie admodum, ac probabiliter credi.

PRITANIUS.

497. ORdiris Caput: „ In hoc potissimum Dei Genitricis præconio ge-„ nuinum frangunt Reformatores. " Bellissimam phrasim! Sed certissime abs re positam. Oh Pater! In antecedentibus atrociora mihi affingis portenta Reformatoris, eamque taces: hic ubi nullum Reformationis vestigium, ipsam phrasim primo jactas! Fors hanc discere datum est, cum ad hoc Caput applicueris; & veritus, ne obliviscereris, hic placuit scribere: *Genuinum frangunt Reformatores*. Bellissimam iterum phrasim! Verum, qui, ea adhibita, prætefers in cultiori Latio educatum, hospitem te simul ostendis in percipienda Idea Reformatoris. Num Reformator audiet Mariani Cultus, qui encomium aliquod ultro citroque indifferens Mariæ abjudicabit? Si id fatearis; certe veram Reformatoris Ideam non habes. Equidem scripsi: (*a*) Però esagerazioni divote sarebbono quelle di chi pretendesse passare per Maria tutte le divine beneficenze, e quanto si ottien da Dio, doversi riconoscere dalla intercession sua. Hæc scripsi, nec pœnitet. Macte animo: comprime tantillum scrupulos, ne nova hic obruaris caligine. *Quid ad ista respondes?* (*b*) Isthæc mea opinio (alioqui non mea solum) estne tibi *falsa*? Repugnas; secus tuam scripsisses *veram* (quam unice *Piam admodum* dicis, & *Probabilem*) Estne tibi prorsus *Improbabilis?* Etiam repugnas; improbabili enim congruit falsum; tuam proinde laudasses *certam*. Igitur *Probabilis* saltem mea erit Opinio æque ac tua; & si mavis, minus, præ tua, *Probabilis*: (*possumne tecum largius, beneficentius, liberalius agere?*) (*c*) Igitur immerito prorsus, & injuria hic mihi Reformatoris nomen affingitur. Adtende.

498. Si consilii egens abs te quærerem, quænam ex duabus hisce mihi esset opinio seligenda, ut periculum (supponatur esse) effugerem lethalis flagitii: profecto rigidior Probabilista diceres: *Omnes omnino Gratias ad nos per Mariæ manus descendere, pium admodum est, ac probabile*. Si reponerem subito, oppositam sententiam tuæ nec tibi *falsam* esse, aut *improbabilem*; subinde vere *Probabilem*; num hanc sectando liber ero a metu criminis incurrendi? Ne tergiverseris, quæso te: consilium peto, & sanum: & illud quidem, quod sit tuæ opinioni consentaneum. Num mihi illicitum dixeris, vel probabilem opinionem sectari, quæ cum probabili opposita concurrat, etiam cum admodum probabili? Absit hoc omnino; secus transfuga certe reputaberis pro majori parte tuæ Scholæ, cui solemne placitum est; ut in formandis moribus, etiam ubi de summa rerum agitur, videlicet de fugienda summi boni offensione lethali, amplecti queat probabilis opi-

 nio,

(*a*) Cap. 22. pag. 318. (*b*) Lib. 1. op. imp. n. 48. (*c*) Aug. ibidem.

nio, etsi foveat libertatem, contraria probabiliori omissa, quæ pro lege pugnat. Igitur, velis nolis, respondendum tibi erit, tuto me posse amplecti sententiam tuæ oppositam, videlicet *non omnes gratias ad nos per Mariam descendere*, quin ullum sit mihi periculum incurrendi flagitii. *Nunc vero evigila, atque adspice*: (*a*) *quod dixisti incautus, corrige admonitus & confitere*, (*b*) quod in fumum excesserit hic Reformatio Pritanii, nec *fregerit genuinum*. Etenim, si impune eam sector opinionem ope Probabilismi, etiam cum metus urgeat sceleris admittendi; quanto magis impune, & absque ulla Reformationis vola, ac vestigio amplector eam, quando, ut reapse est, nullum periculum est culpæ incurrendæ? *Quid poscis, ut ambigatur, unde non ambigitur, nisi* (*c*) æstu conviciandi?

499. Hoc tuo consilio munitus tanquam validissimo clypeo, imperterritus sto. Instrue adversus me ratiocinia ex Theologia, ex Sac. Scriptura conjecturas, Sanctorum, aliorumve auctoritatem: Sanctos veneror, necnon Doctores (fors habebis neminem, ut infra) tua argumenta non curo: cuncta isthæc, quamtumvis credas verisimilia, opinionem tuam intra cancellos dumtaxat statuunt veræ, ut ais, probabilitatis, in quibus tamen etiam mea detinetur. Igitur in Regno Probabilismi nos utrique securi. Igitur, qui tibi tuam non invideo opinionem, meam carpere cessa ceu Reformatoris. Qui meam præ tua probabilem dico, transmittendo dico, non asserendo; percipies enim, utra sit veritati conformior.

500. Verum, R. P. ut scrupuli omnino tibi eradicentur, consideremus tua; ut, quanti facienda sint, videas. Scribis num. 4. „ Expositam sententiam probamus nos primo ex vindicato jam B. Virgini universalis „ Mediatricis titulo, ac munere. Nam sicuti munus, & decus universalis, & primarii mediatoris, quod in Christo est, postulat, ut nemo „ prorsus aliquid obtineat a Deo, nisi per merita, & intercessionem Christi. Ita munus, & decus universalis, sed secundariæ mediatricis (quod „ esse in B. Virgine ostendimus) postulare videtur; ut licet ipsa nihil a „ Deo obtineat, nisi per Christum, alii tamen, quidquid a Deo obtinent, per B. Virginem obtineant, tanquam per Mediatricem secundariam ad primarium Mediatorem Christum. “

501. Altera deest Conclusio huic tuo ratiocinio insuperabili (scilicet!) quæ sponte fluit ex præmissis tuis. En illam: „ Igitur munus universalium „ Mediatorum, quod est in omnibus Sanctis, postulare videtur; ut licet „ ipsi nihil a Deo obtineant, nisi per Christum, & per Virginem; nos tamen nihil habeamus a Deo, nisi per Christum, per Virginem, ac etiam „ per ipsos Sanctos, tanquam per Mediatores secundarios (*absit, dicendum* „ *est*: Tanquam per Mediatores tertios) ad ipsam Virginem secundariam „ Mediatricem. “ Et quidem pluribus monstras a num. 29. ad finem cap. *Sanctos imploratos a nobis ad Virginis Mediationem accurrere debere*. Ex his tria prorsus necessaria sunt, ut boni aliquid a Deo consequamur: I. Christi merita, & intercessio ad Deum; II. Virginis interventio ad Christum; III. Sanctorum accursus ad Virginem: horum uno deficiente, incassum precabimur misericordiarum Patrem, etiam Filio suo exorante, si Mariæ desit inter-

(*a*) August. lib. 5. oper. imperfect. num. 39. (*b*) Ibidem lib. 6. num. 10. (*c*) Ibidem lib. 5. num. 27.

intercessio: etiam Christo, & Virgine intervenientibus, si absit deprecatio Sanctorum. *Quis non rideat, quod nescio, utrum vobis persuadere poteritis* (*a*) commentum intolerabile, ex tuo manans ratiocinio, quodve commune facit omnibus Sanctis singulare privilegium, a te Virgini concessum, quod videlicet nonnisi per intercessionem Mariæ dona e cælo recipiamus.

502. Quinimo me ridendum prædicaveris, qui tam abnormiter in Dialecticam pecco; ex qua argumentum meum exsuflas uno verbo: *Nego suppositum*. Et quidem suppono, sed quod verissimum reor etiam tibi, Sanctos omnes *universales* esse secundarios mediatores; (longe quidem minus potentes, præ SS. Virgine) neque enim Deus eorum intercessionis sphæram coarctavit, ut pro quibusdam tantum intervenire possent, & exaudiri, sed pro omnibus valerent. Id sensus communis est SS. Patrum. Unus sufficiat Augustinus, (*b*) qui *Pelles rubricatas* (de quibus in Exodo) sic interpretatur: *Significantur his etiam Martyres Sancti, quorum orationibus propitiatur Deus peccatis Populi sui*: inquit: *Populi sui* non *quorumdam*. Reapse autem & Ecclesia pro *omnibus* sæpe Deum exorat in publicis orationibus, merita interponendo, & intercessionem Sanctorum. Quinimo & ipsi Sancti, inexorati etiam sicut bona quandoque impetrant Fidelibus; ita & pro Infidelibus cunctis, ut Fidei lumen affulgeat, par est credere, quod precentur. Profecto autem Sancti Angeli, qui totius mundi notitia donantur, pro omnibus possunt & intervenire, & impetrare. Hisce addendum est, quod æque necessariam fatearis Virginis invocationem ac Sanctorum: (*c*) „ Valde probabiliter inferimus, invocationem „ Deiparæ, atque Sanctorum non esse Christiani hominis Devotionem „ tantum utilem, & laudabilem, (ut hic vult Pritanius) verum etiam „ necessariam. " Si igitur, te judice, quia SS. Virgo *universalis* secundaria mediatrix est apud Deum, nonnisi per eam nobis dona proveniunt: (& quidem ex meritis Christi) pari sorte idem tibi affirmandum erit de Sanctis, quod videlicet nonnisi per eos post Christum, ac Virginem beneficiis donemur; cum & ipsi *universales* sint & secundarii mediatores apud Deum, eorumve necessaria pariter sit invocatio.

503. Tertia quoque tibi necessario inferenda Conclusio est ex tuo illo argumento: (*d*) quam ut plene percipias, adtende. Ais: „ Sicut decus „ universalis, & primarii mediatoris Christi postulat, ut nemo prorsus „ aliquid obtineat a Deo, nisi per merita, & intercessionem Christi: ita „ decus universalis sed secundariæ mediatricis Mariæ postulare videtur, „ ut alii nihil obtineant, nisi per eam post Christum. " Sint hæc tua pro *Antecedenti*. Adtende ex eo Conclusionem necessariam. „ Igitur sicuti decus *universalis*, & primarii mediatoris Christi postulat, ut Patri „ condignum obtulerit pretium meritorum, quo liberari valeret genus „ humanum: ita decus *universalis*, & secundariæ mediatricis Mariæ po„ stulare videtur, ut & ipsa *post Christum* obtulerit Deo pretium suorum „ meritorum, quo redimi possemus. " Ex his autem necessario etiam consequitur: „ Si necessaria est Virginis secundaria mediatio, ut boni „ ali-

(*a*) Aug. l. 1. op. imp. num. 67. (*b*) Lib. 2. sup. Exodi cap. 26. vers. 14. qu. 108. (*c*) Part. 1. cap. 15. num. 20. (*d*) Vid. sup. num. 500.

„ aliquid e cælo habeamus , nihil reapse sine ea recepturi : necessarium
„ quoque fuit , ut & ipsa Deo pretium obtulerit suorum operam , quo
„ reapse liberari possemus , minime redimendi sine hac oblatione se-
„ cundaria . " *Quid est ergo , quod clamas , nec vis adtendere* , (*a*) in quot ,
& quæ præcipitia mergaris, haudquidem inopia doctrinæ , sed æstu dum-
taxat incensus expugnandi Pritanii ? *Cave antecedentia , si vis cavere se-
quentia* .

504. Igitur *rogo te , adtende , quid dicas* . (*b*) Ex Christi ad Virginis me-
diationem instruis ratiocinium ? nempe ex eis , quæ immenso intervallo
disterminantur; ut & ipsamet increata Veritas dixerit : (*c*) „ Omnes gen-
„ tes *quasi non sint* , sic sunt coram eo ; & *quasi nihilum , & inane* repu-
„ tatæ sunt ei . " Adtende igitur . Quod necessaria Christi merita sint ,
ejusve intercessio, ut exaudiamur, haudquidem est , quod *præcise* sit *uni-
versalis* mediator , sed quia mediator est *Homodeus* : ex quo pariter venit ,
quod *fecerit utraque unum : Chyrographum deleverit Decreti* : sit *salus , vita ,
& resurrectio nostra* : *via , veritas , & vita* : condignum obtulerit Deo pre-
tium Redemptionis &c. Cum itaque purissimæ Virgini illud repugnet
complexum *Deus homo* , (quamtumvis sit universalis Mediatrix) repugnant
pariter omnia ea, quæ Christo conveniunt, quod *Homodeus* sit : subinde
& illud , quod , nonnisi ipsa interveniente post Christum , dona recipia-
mus a Deo ; secus appingere & Virgini posses , quod sit post Christum
per sua merita *salus , & resurrectio nostra* , quod necessarium obtulerit Deo
pretium pro nostra liberatione &c.

505. „ Probamus 2. (ais num. 5.) ex hac verisimili conjectura :
(*pessimum tibi omen , mi Pater : nimis propere ad conjecturas fugis*) „ Prima
„ spiritualis gratia Christi Domini , venientis in hunc mundum , & ad-
„ huc in Virginis utero positi , fuit sanctificatio sui Præcursoris Joan-
„ nis ... Hanc porro gratiam, Maria interveniente, largitus est Christus.
„ Num. 9. Prima item corporalis gratia , quam fecit Christus Dominus
„ suæ prædicationis initio, fuit mirabilis illa conversio aquæ in vinum ...
„ Et hanc quoque gratiam ob insinuationem matris suæ operatus est Je-
„ sus &c. Num. 11. Si ergo Christus , cum primum venit in mundum ,
„ & cum primum prædicationis officium adortus est, voluit, ut homines
„ suarum gratiarum tam spiritualium, quam corporalium primitias dile-
„ ctissimæ Matris suæ interventioni deferrent acceptas ; non est difficile
„ creditu , quod Christus jam in cælis regnans cum Matre sua Maria ,
„ quam & Ecclesiæ Matrem , & Patronam constituit ; nonnisi per ejus
„ manus ad nos dona sua profluere destinaverit . Cujus providentiæ , &
„ ordinationis suæ specimen , ac veluti pignus in illis primis Gratiis no-
„ bis præbuisse videtur . "

506. At quanti valeat hæc conjectura , eam accipe brevius quidem ,
sed penetrantius ; ut nimirum tuæ Dialecticæ oculos fugere nequeat .
„ Christus aliquas hic , & primas gratias per Virginem contulit . Igitur
„ omnes , quas regnans in Cælis dedit , dabitque, per manus erunt Ma-
„ riæ . " Vides, quam toto aberres ostio & a veritate, & a verisimilitu-
dine ?

(*a*) Lib. 1. oper. imperfect. numer. 57. (*b*) Ibidem numer. 41. lib. 5. (*c*) Isa-
iæ 40. 17.

dine? Ex particulari colligis universale? *Tam doctum, & acutum quare te ista fugiunt? Aut quare insidiaris indoctis, & tardis, si te ista non fugiunt?* (a) En autem consecutionem legitimam: „ Ergo Christus in cælis re„ gnans nonnisi per Mariæ manus *prima* ad nos dona sua profluere de„ stinavit, “ videlicet *quædam*, non *omnia*; quemadmodum nobiscum agens Redemptor, *primitias* dumtaxat suarum gratiarum per manus Mariæ voluit, homines obtinerent, sanctificationem scilicet Joannis, & aquæ in vinum mutationem. Profecto autem, ut differis, *verum dicis incautus*. (b) Igitur *te saltem audi*, (c) cum mihi subscribas asserenti, plurima quidem, *non omnia*, ex Virginis intercessione ad nos venire.

507. Sed qui Epocham, ut ita loquar, consideras Incarnationis Christi, ut ex sanctificato Joanne media Virgine conjecturam capias, qua monstres, cuncta in nos spiritualia bona ex Virginis interventione descendere: aliam vitæ Christi sustine epocham nobiliorem, ipsius videlicet Nativitatem, ex qua dilucidius colligatur oppositum. Merito autem dixi *Epocham nobiliorem*, quam Deus, præ Incarnatione, manifestam voluerit pluribus, insolitisque prodigiis. Igitur Redemptionis beneficium fuit, ad Christi præsepe invitatos Pastores ab Angelis, Magosque ab Oriente incitatos indicio stellæ fulgidioris, ut plura taceam. Num hæc beneficia, Maria interveniente, hi habuerunt, quæ certe eam latebant? Neque enim par est credere, Christum revelasse Genitrici, ut pro Pastoribus, ac Magis precaretur ipsa, cui duodennis Jesus occultum voluit suum ab ea discessum, inventus post in medio Doctorum; etsi congruentius videatur, quod hunc discessum nequiret ipse Virginem Matrem celare; cum de eo scriptum sit: *Et erat subditus illis*. Oppositam itaque ex his conjecturam habe: „ Si modo asserta beneficia Redemptionis in Nativitate sua se so„ lo Christus donavit; quin necesse fuerit, per Virginis intercessionem „ venirent: nec etiam modo, in cælis eo regnante, necessaria erit Vir„ ginis interventio &c. “ Haud credas, huic conjecturæ me tantillum confidere, nullatenus certe; sed tibi revincendo aptissima est.

508. Cæterum *o quam multum erras!* (d) Dum absolute primam spiritualem gratiam fuisse existimas, sanctificationem Joannis. Profecto primum absolute beneficium Redemptoris prima omnium recepit Genitrix ejus Sanctiss. quam in conceptione sua Filius Jesus ineffabili incremento donavit Sanctitatis. Id certissime inficias non iveris, quod universim Virgini Matri hoc privilegium asseratur. Lege S. Thomam. (e) Alterum igitur *ex conjectura* tuum ratiocinium omni ex parte minatur ruinas. Itaque *quid mihi irasceris?* (f)

509. Scribis num. 12. „ Probatur 3. & præcipue auctoritate Patrum, „ aliorumque Sanctorum, & Doctorum virorum. “

510. Omnes submisse veneror, quotquot opponis. Verum, te auctore, horumce omnium auctoritas, (sint tui, quod infra falsum videbis) non aliud præstat, nisi ut opinionem tuam reddat probabilem. Jam autem nosti, quod utrique in Regno Probabilitatis versemur; ut liceat proinde, & ex

(a) Libr. 1. oper. imperfect. numer. 87. (b) Ibidem numer. 90. (c) Numer. 91. (d) Lib. 1. oper. imperfect. numer. 71. (e) 3. part. quæst. 27. artic. 5. ad 2. (f) Ibidem numer. 19.

& ex tuo consilio, impune oppositam tuæ amplecti opinionem. Si horum auctoritate evicisses hæreticam opinionem meam, erroneam, temerariam saltem, coegisses me certe ad palinodiam, meque jure Reformatorem conclamasses. Idipsum autem ad Kalendas græcas monstraveris.

511. Qui horum auctoritate adversus me pugnas, unum tibi oppono, cujus impetum sustinere nequibis. Is est P. Plazza. Hæc legens insulsum me reputaveris, insipientem, & si quid pejus. Etenim, si in hoc Cap. 5. velis, remisque navigas, ut Privilegium asseras Virgini de necessaria ejus mediatione, qui fieri potuit, ut doceres oppositum? Sustine tantillum: summa perspicuitate spondeo, quod polliceor, monstraturum. Non est autem tibi novum, quod unum doceas, subinde alibi contrarium scribas. Adtende strictum juxta formam tuæ Scholæ ratiocinium.

512. „ Cui semper necessaria non est Virginis invocatio, ut aliquid impetretur a Deo, nec ipsi necessaria semper erit mediatio ejusdem. Tibi „ non semper necessaria est Mariæ invocatio, ut impetretur. Igitur nec „ semper tibi necessaria mediatio. " Ac proinde non omnia dona, quæ in nos misericordiæ Pater effundit, ex Mariæ interventu descendunt. Conclusio isthæc prorsus legitima est. Si hujusce ratiocinii præmissas propositiones monstravero esse tuas, saltem verissimas tibi; monstrabo pariter, te quidem pugnantia loqui, sed mihi subscribere, neganti necessariam semper Virginis mediationem.

513. Introspiciamus primæ propositionis veritatem. Mutuo nexu ligantur mediatio, & invocatio; etenim necessitas mediationis exigit invocationis necessitatem. Nimirum, quo omnino indigeo, ut habeam, ad eum necessario recurrendum est, a quo & per quem solum recipere valeo. Tua isthæc doctrina est. (*a*) Necessariam Virginis mediationem ex ea colligis, (*b*) quæ Christo congruit. Hæc autem & necessaria est, & necessariam infert invocationem. Item num. 29. ais, & bene, quod credenti omnes Dei gratias ad nos, nonnisi Maria interveniente descendere, tenendum pariter erit, quod ipsam invocare *debeamus*. At verissimum quoque est: si necessaria minime sit mediatio, neque ipsa invocatio ejusmodi erit; quod enim medium non est necessarium comparando fini, certe illud non teneor adhibere. Quia S. Petrus e. g. non est necessarius mihi interventor obtinendæ salutis, possum, eo non invocato, S. Paulum exorare. Igitur, cui non est necessaria invocatio, neque necessariam credit mediationem. Et hæc est prima Propositio superioris ratiocinii copiosius monstrata.

514. Altera superest comprobanda, quod videlicet *Tibi* non sit semper necessaria Mariæ invocatio. Id tibi est absolute certissimum, si tua recolas, quæ scribis (*c*) confusim de Virginis invocatione, necnon Sanctorum, cujus *quamdam* fateris (*d*) necessitatem, quæ *simpliciter* non est, non *directa*, *absoluta*, & *per se*; nec *proveniens ex aliquo peculiari præcepto*, (*e*) sed ex præcepto dumtaxat Ecclesiæ pro aliquibus circumstantiis. Unico verbo: Non est tibi obligatoria Mariæ invocatio eo sensu, ut semper ac Deum precamur, sive privatim, sive publice, omnino semper eam teneamur invocare. Et quidem num. 40. subscribis Serario, ac Suarez, expresse

(*a*) Quam sup. difcussimus num. 500. (*b*) Num. 4. (*c*) 1. Part. cap. 11. (*d*) Numer. 37. (*e*) Num. 39.

presse fatentibus, haudquaquam semper nos teneri ad invocandos Sanctos, in qua doctrina continetur ea, quæ est de invocatione Deiparæ. Altera igitur propositio præasserti (*a*) ratiocinii vera tibi est: conclusio est legitima. Quid aliud superest, nisi ut amicas jungamus dexteras, ambo credentes, haud quidem semper necessariam esse mediationem Mariæ, ex quo minime necessaria semper sit invocatio ejusdem; sed hæc quandoque præcepta *indirecte*, ut ais, quandoque utilis? Verum, si quandoque utilis dumtaxat est, tunc ea non invocata, possum vel ad Deum recta pergere, vel patrocinium adhibere Sanctorum; & quidquid obtinebitur, neutiquam erit per manus Mariæ. Bona tamen pace tuum hoc aversor suffragium, qui alter Proteus appares: nunc unum reprobas, nunc approbas idem. *Et si oblitus es*, quod prima Parte cap. 15. scribis, *nos te non desistimus commonere*, quid tibi sit in hac secunda Parte cap. 5. dicendum. (*b*)

516. Quamobrem, ut profundius accipias inexcusabilem doctrinæ tuæ incohærentiam, serio attende. Qui omnia prorsus fateris ad nos per Mariæ manus venire, qui ejusdem credis mediationem necessariam, debuisses certe invocationem ejus *absolute semper* necessariam prædicare, *directe & per se* obligatoriam, obligatione veniente ex divino præcepto, & insuper naturali. Profecto Christi mediatio absolute necessaria non erat hominibus redimendis: *Deus enim per suam omnipotentem virtutem poterat humanam naturam multis aliis modis reparare*. (*c*) At facta suppositione, quod *de condigno* nos voluerit Deus liberare: nunc quidem *absolute*, *simpliciterque* necessaria nobis ejus mediatio est; & adeo necessaria, ut in ipso dumtaxat sit *salus*, *vita*, *& resurrectio nostra*; ipse solus sit nobis *via*, *veritas*, *& vita*, ac sine eo nihil prorsus impetrare valeamus. Ex hac autem mediatione necessaria, necessaria item consequitur invocatio ejus, & adeo, ut in quavis nostra ad Deum oratione, nonnisi in nomine Christi petendo, exaudiri mereamur. *Nemo venit ad Patrem, nisi per me*. (*d*) En divinum præceptum de uno Redemptore Jesu semper invocando. Sed & natura generali sua lege nos urget; ut id, quo necessario indigemus, petamus ab eo, qui solus potest concedere: sic & mendicus, ne fame pereat, importunus debet a divite panem quæritare. Quanto magis, ne æternum pereamus, a Christo & per Christum petere, quo indigemus, adstringimur.

517. Disseramus modo de Virgine matre, sed tuæ innixi doctrinæ, qui num. 4. (*e*) ex Christi mediatione necessaria necessariam colligis Virginis mediationem post Christum. Et quidem, etiam supposita Christi redemptione, neque ex sese necessaria erat Virginis mediatio, neque invocatio obligatoria. Suo tamen beneplacito voluit Deus (ex tua opinione loquor) ut necessaria foret Mariæ interventio pro nobis; & adeo necessaria, ut *inconveniens non sit* [*f*] *quod Deus impotentia consequenti nullam gratiam concedere possit absque Mariæ interventu*. Quinimo *ea tacente, nullus orabit, nullus juvabit; ac sine ea nihil pietatis sit, nihil bonitatis*. (*g*) Verum hac Dei voluntate admissa de necessaria Virginis mediatione, exurgit statim ejusdem invocatio obligatoria *directe*, & *per se* ex divino præcepto (quod infi-

Aa ciaris)

(*a*) Sup. num. 513. (*b*) Lib. 2. oper. imp. num. 67. (*c*) S. Thom. 3. part. quæst. 1. art. 2. quæ vi c. (*d*) Joan. 14. 2. (*e*) In hoc cap. 5. (*f*) Tua sunt num. 3. (*g*) Tua sunt ex Anselmo num. 16.

ciaris) ut dictum de Christo est, & num. 514. quod mediatio necessaria necessariam exigat mediationem. Qui enim Deus voluit necessarium Virginis interventum, nos proinde adstringit, ut nonnisi invocando eam exaudiamur: nihil hic Mater dissimilis a Filio, nisi quod iste ex suis, ipsa ex meritis ejus sit mediatrix. At quo ad nos pari sorte inutiles semper erunt orationes nostræ, nihilque omnino recipiamus, si Jesum invocare omittamus, aut ejus Virginem Matrem. Sed & naturale præceptum ad hujus invocationem nos urget ob rationem eamdem, qua num. superiori evicimus idem de Jesu Redemptore, videlicet ea invocanda erit, ut habeamus, quo absolute indigemus, & qua non invocata minime datur.

517. Inspicis, qua ratione pugnantia loquaris? Debueras (*a*) Virginis invocationem discernere ab ea Sanctorum, *directe*, & *per se* obligatoriam fateri naturali præcepto, ac divino: hoc certe modo consentaneus scriberes necessariam mediationem ipsius; ac, quidquid a Deo habemus, per ejus in nos manus venire. Verum enim vero laud. loco 1. Partis nedum Virginis invocationem confundis cum ea Sanctorum, quæ *directe & per se* nec tibi necessaria ullatenus est; sed expresse ais num. 37. quod obligatio Marianæ invocationis haudquaquam *proveniat ex aliquo peculiari præcepto*, quod falsum sensisti; proveniret enim in tua opinione ex naturali præcepto ac divino, proindeque necessaria semper esset in quavis nostra oratione ad Deum. Quid enim magis ad salutem necessarium, quam ea invocatio, sine qua nec ipsemet *Deus velit ullam gratiam concedere*, sine qua *nullus orabit*, *nullus juvabit*, *nihilque erit bonitatis*, *& pietatis?* Tua sunt num. 3. *Jam tamen sensum tuum*, *rogamus*, *emenda*. (*b*)

518. Ex his, quæ necessario sequantur, adtende. (*c*) Universim Theologi non inviti fatentur, nullum esse naturale, aut divinum præceptum, quo directe, & per se urgeamur Sanctos invocare, Sanctorumque Reginam; sed hoc dumtaxat absolute *utile* dicunt; & quandoque *necessarium*, sed quodam determinato tempore, quod est præcipi invocationem *per accidens*, ut scholæ loquuntur, nihil discernentes inter eam, quæ Deiparæ congruit, & reliquis Sanctis. Fatentur igitur, quod non semper Virginem, Sanctosve teneamur invocare, Deum precantes; sed absolute possimus ei vota nostra aperire solum in nomine Christi, & quidem exaudiri. Hoc autem idem est ac, Deiparæ mediationem non esse necessariam, ut ais; neque omnia ad nos per ejus manus venire. Quidam horum producantur in medium, & I. tuus Serarius, quem profers: (*d*) *Nulli Catholico cum privatim orat*, *ullam legem esse*, *aut necessitatem*, *ut Sanctos invocet*. (*e*) II. Producis (*f*) Suarez (*g*) „ Quamvis homini de fide invocationis Sanctorum recte sentienti, usus talis invocationis possit non „ esse impositus sub præcepti necessitate; & ideo satis illi esse possit, „ Deum per Christum invocare &c. “ Fatetur autem quandoque necessariam invocationem Sanctorum, sed per accidens ratione præcepti Ecclesiastici &c. ut proinde satis bene intelligatur, quid sibi voluerit (*h*) cum

Invo-

(*a*) 1. Part. cap. 15. (*b*) Lib. 6. Oper. imperfect. num. 37. (*c*) Relege sup. n. 37. (*d*) 1. Part. cap. 15. num. 40. (*e*) Lib. de Litaniis q. 26. (*f*) N. 42. 1. Part. cap. 15. (*g*) In defensio. Fidei Cathol. lib. 2. cap. 9. de Sanct. invoc. num. 21. &c. (*h*) Tom. 2. in 3. part. disp. 23. sect. 3.

Invocationem Deiparæ utilem nominaverit, ac *necessariam*, videlicet haudquidem necessitate directa, & per se, proveniente ex aliquo præcepto naturali, ac divino, sed indirecte, & per accidens, ut ais loc. laud. primæ partis; necnon ut tuus Crasset explicat: „ *In qualche maniera* necessaria. [tom. 1. Tratt. 1. q. 4.) Tertium profero Crasset (*a*) „ Tolto il comandamento della Chiesa, e lo scandalo de' deboli, sta ad elezione di ognuno il ricorrere a Dio solo, o l'aggiugnervi l'invocazione de' Santi .... In questo senso diciamo, che non è necessario l'invocare nè la S. Vergine, ne gli altri Santi. " Quæso te: Qui ex horum opinione Deum precantur, & dumtaxat per Jesum, impetrabunt quandoque, quod postulant? Et quidem id negandum non est; secus ab eis prædicanda fuisset semper necessaria invocatio Mariæ, cujus tamen scribunt oppositum. Impetrant ista, Virgine Matre intercedente? Nequaquam, cum inexorata supponatur; &, te Auctore (*b*) ac Crasset (*c*) „ La Vergine, ordinariamente parlando, non impiega il suo credito, che per coloro, i quali la pregano, la invocano, e gli sono Divoti. " Annon vides igitur, cuncta isthæc, quæ impetrant, Maria non interveniente, ex horum sententia per Mariæ manus haudquaquam venire?

519. Sed quid, cariss. P. si centum alios producerem pro mea opinione, eosque sapientissimos, & singulariter erga Virginem pios? Unus Theophylus Raynaudus impræsentiarum mihi pro centum est. Is (*d*) de hoc Virginis præconio agens: *Absolutio multorum delinquentium*, ait: „ Id enim dici de ea potest vel immediate, ratione scilicet impetrationis, qua juvat Peccatores; vel mediate, seu quoniam protulit Christum, in quo est salus, vita, & resurrectio nostra ..... In primo sensu recte dictum est, B. Virginem esse absolutionem multorum delinquentium; quia multis impetrat a Deo conversionem a peccato..... Hac ratione non est necesse B. Virginem esse absolutionem omnium omnino delinquentium (*nota*) quia *nihil est*, quod evincat, veram esse sententiam, quæ *omnem omnino hominis lapsi gratiam B. Virginis impetratione dimanare statuit*. " Ipsum quidem producis (*e*) nominantem opinionem tuam *satis piam* (*f*) Age: *satis piam* dixerit: & quidem opinio tua pietatem redolet; ex pietate oritur cordis Virginem laudare cupientis; at non idcirco vera est, aut admodum probabilis, quia pia. S. Anselmus (*g*) Virginem dixit in cœlis lacrymari pro mortuis in peccato hominibus: & id quidem ex ferventi pietate effatus est, at non propterea verum dixit. Nominat quidem Raynaudus satis piam; sed audi illum tibi adversantem: „ Hæc sententia est satis pia. " Ab ea tamen dissentit Ruiz disput. 58. de Prædest. sect. 2. *Nec sane video*, „ ubi illud actuale meritum congruum Deiparæ, vel impetratio respectu *omnium donorum*, quæ nobis a Deo obtingunt, *fundari satis possit*. Nam quod Patres interdum videntur id dicere; cum docent, omnia nobis bona per Virginem obtingere, facile exponitur de causalitate mediata, nempe *ratione Christi, quem produxit*. "

(*a*) Tom. 1. della Divoz. verso M. V. post Præfat. *Risposta alle calunnie di un Protestante*. (*b*) Num. ult. cap. 5. 2. part. (*c*) Ibidem Trat. 1. q. 4. (*d*) Ibid. q. 5. §. 2. (*e*) In Glossario ad Nomenclatorem. (*f*) Part. 2. cap. 16. num. 25. (*g*) In suis Dypticis para. 2. punct. 10. num. 14.

520. Videsis, quot mecum pugnent commilitones? Serarium, Suarez, Crasset, Raynaudum, omnesque eos, (*a*) necessariam *per se* inficiantur Virginis invocationem. Habeo Plazzam, quo commilitone solo & glorior, & triumpho. *Ite nunc, si vultis, & clamate, si audetis* (*b*) quod omnes simus Reformatores: quod omnes genuinum frangamus in hoc præconio Mariæ. *Has contumelias non indignanter audire debeo cum his Doctoribus.* (*c*)

521. Num. 25. scribis: „ Nec minoris est ponderis tacitus Ecclesiæ tum „ Græcæ, tum Latinæ consensus, sacris ritibus indicatus. Utraque Eccle„ sia in sacrosancto Missæ Sacrificio Beatiss. Dei Genitricem quotidie, & „ frequenter invocat.... Hæc autem tam frequens, & quotidiana Dei „ Genitricis invocatio .... satis ostendit, persuasum esse Fidelibus, quod „ *ipsa* est cælestis veluti rivus, per quem gratiarum omnium fluenta ad „ nos deducuntur. " Pessimum patrocinium! *Hoc quidem dicis, sed tu dicis: qui autem legit, & intelligit, si non* Plazzanus *est, hoc non dicit.* (*d*) Et ipsamet Ecclesia quotidie in Missæ Sacrificio omnes invocat Sanctos, & frequenter, etiam in officio divino. Num omnes Sancti ejusmodi Rivi erunt? Est quidem SS. Virgo Mater inexhaustus misericordiæ Rivus: est latissimus, profundissimus ultra omnem fidem, per quem beneficiorum fluenta in nos decurrunt. Num autem omnia, & sine hoc Rivo nihil, erat monstrandum.

522. Num. 29. ais: Quod vero Pritanius opponit: Niuno ha mai so„ gnato, e niuno ci è fra Cattolici credenti, che implorando noi il soc„ corso, e l'intercessione de i Santi, essi *abbiano* a ricorrere alla Media„ zione della Vergine, per ottener quel, che desideriamo da Dio; tam „ est falsum, quam falsum est, neminem esse inter vigilantes Catholi„ cos, qui credat, omnes Dei, & Christi gratias ad nos descendere per „ Mariam: (id enim ex hoc sponte consequitur) Numquid enim som„ niarunt, vel Catholici non fuere S. Germanus, B. Damianus, S. Ber„ nardus, S. Bernardinus Senensis, & alii a nobis allegati? "

523. Unum profer tantummodo, sed ex veris Theologis, qui docuerit, invocatos Sanctos accurrere *debere* ad Virginis mediationem, ut impetrent nobis. Cave, P. R. adtende serio, quid dicas, ne extra arenam longissime saltes. Profers (*e*) Georgium Nicomed. Martyres SS. Cosmam, & Damianum interpellantem, ut Mariæ invocent mediationem: (*f*) Item Nyssenum (*g*) Martyrem Theodorum deprecantem: (*h*) *Quod si majori advocatione, ac intercessione opus est, Fratrum tuorum Martyrum chorum congrega, & cum omnibus deprecare... Admone Petrum, excita Paulum.* Admonui, ne extra arenam saltares: jam fecisti: I. Nyssenum pateris adversarium, & pro te laudas! Precatur Theodorum, ut alios convocet Martyres, efficacius hoc pacto impetraturum. Apagesis, clama: emenda Nyssenum male deprecantem. Profecto, Virgine non invocata, nil proderat Theodoro omnes cæli BB. cives convocare; Etenim ex Anselmo scribis (*i*) de

(*a*) Vid. infra in Appendice. (*b*) Lib. 2. oper. imp. num. 101. (*c*) Lib. 2. oper. imperfect. num. 33. (*d*) Lib. 1. oper. imperfect. num. 14. (*e*) Num. 30. (*f*) Sermon. 9. in SS. Cosmam, & Damianum. (*g*) Numer. 31. (*h*) Orat. in Sanct. Theodorum Martyrem. (*i*) Numer. 16.

de Virgine: *Te taoente, nullus orabit, nullus juvabit*. Interpellandus quidem fuisset, ut solam adiret Deiparam: tunc certe, ut prosequeris: *Te orante, omnes orabunt, omnes juvabunt*. Cur non admonuit Theodorum Nyssenus, ut Virginis preces imploraret? Responsio in promptu est: Tuam hanc ignorabat opinionem; neque ille erat unus ex eis felicissimis Ecclesiæ Doctoribus, cui *inspirasset Deus occultis modis* Privilegium Mariæ de necessaria ejus mediatione. (*a*) II. Nihil unquam, & nullibi scripsi, haud *posse* exoratos Sanctos SS. Virginem advocare, aliosve cælestis Patriæ Fratres; ut plurium facilius preces exaudiantur. Hoc certe laudabilissimum. Etenim si licet nobis plures Sanctos in idem precari, cur ipsis exoratis non licuerit? Adtende, quid scripserim, quodve erat impugnandum: Niuno ha mai sognato, che implorando noi il soccorso de' Santi, essi *abbiano* a ricorrere alla mediazion della Vergine: quæ a te in Latium traducta, producis: „ Ad Virginis mediationem accurrere *debere*. " Debitum excludo, non facultatem, qua possint. Testes autem a te laudati *necessitatem* non adstruunt (quod mihi impugnando necesse erat) sed facultatem, quam lubentissime admitto. Ais, & optime: „ Qui credit, „ omnes Dei gratias ad nos descendere per Mariam, credere etiam te- „ neatur, quod implorati Sancti ad Virginis mediationem debeant accur- „ rere. " Verum, cariss. P. Sanctos, quos pro te laudas, Germanum, Bernardum &c. infra senties adversarios, non amicos; ut subinde merito scripserim: Niuno ha mai sognato ec. (*b*) *Ego potius non te ostendisse, quod te ostendisse dicis, ostendi*. (*c*)

524. Prosequeris num. 33. Denique ordinatio, & directio ista Sancto- „ rum ad B. Virginem, pro gratiis a Deo per Christum obtinendis, ipso „ Fidelium usu comprobatur. Nihil enim est usitatius, quam Sanctis sa- „ lutationem Angelicam, sicut & orationem Dominicam recitare. At Sa- „ lutationem Angelicam non alia ratione Sanctis recitamus, nisi ut illos „ apud Dei matrem intercessores pro nobis adhibeamus. "

525. Gaudeo, quod te videam opportune, importune considerantem, qua via possis evadere, ut Sanctos a nobis exoratos evincas, *debere* ad Virginis mediationem recurrere. At doleo vices tuas: conatus tui, & omnes in irritum cadunt. I. Fideles *recitant* Sanctis salutationem Angelicam. Bene. Quia *debent*, aut quia *volunt*? Illud monstrandum erat; sed omittis. II. Quot sunt, qui corde solo, aut etiam ore, Sanctos precantur, quin ullam efferant Dominicam, aut Angelicam orationem? III. Quot sunt, qui solam recitant Dominicam orationem cum *Gloria Patri?* Cæterum quodcumque hic profers, gratis asseritur a te, & gratis negatur.

526. Num. ultimo totum in me tuorum scrupulorum virus fervescere apparet; ais: „ Recedat ergo ab ore Catholici Institutoris illa impuden- „ tissima Lutheri ad Populum e suggestu irreligiosa declamatio: *Neque* „ *condemnaris, etiam si nunquam invocaveris; immo etiamsi nunquam ejus re-* „ *cordatus fueris*. "

527. Quantum itaque apparet, a me prolata fateris impia hæc verba Luthe-

(*a*) Ut in hoc cap. scribis. (*b*) Ut supr. numer. 522. (*c*) Libr. 1. Oper. imperfect. num. 51.

theri. Si ita ſit: „ Non expaveſcis, quod ſcriptum eſt: *Neque maledici* „ *Regnum Dei poſſidebunt?* Neque enim tam fœda convicia, nihil te adju- „ vantia, loquereris. “ [*a*] Indigita ſaltem librum ex plurimis a me conſcriptis, in quo ea ſcripſerim, aut conſimilia, aut redolentia ſenſum remotiſſimum. *Sed excurre, quo volueris: remorare, quantum volueris: multiplica gyros tuos, quaquaverſus volueris: quandocumque ad eadem verba veritatis* libelli mei *navis fallaciarum tuarum pervenerit, ſine dubio naufragabis.* (*b*)

528. Ibidem ſcribis: „ Quis itaque *audeat* piam iſtam ſententiam tot „ argumentis, ac teſtimoniis hactenus firmatam, *temeritatis* arguere, vel „ inter devotas exaggerationes rejicere? “

529. Iterum indica librum, paginam, in qua eam *temeritatis* damnaverim. Hæc quidem ſcripſi (*c*) Eſagerazioni divote ſarebbono quelle, di chi pretendeſſe paſſare per Maria tutte le divine beneficenze; e quanto ſi ottien da Dio, doverſi riconoſcere dall' interceſſion ſua. Et hæc ſcripſiſſe, nec pœnitet. Profecto enim *jam te omnino negligit, qui ea, quæ tibi ſupra reſpondimus, legit.* (*d*) Cauſſa omnino laborantes clamoribus pugnant, cum nequeant rationibus: pari ſorte Tu; plura dicis, *ut his, qui te non intelligunt, videreris dicere aliquid, cum diceres nihil.* (*e*)

530. Revocemus pedem. Irrito conatu, ut vidiſti, conjecturas ex Scriptura producis; ſed adtende inſuper eam tibi adverſantem. Ait Chriſtus (*e*) *Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam... Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam*, & pluries alibi conſimilia. Si Virginis interventio adeo neceſſaria foret, ut ais, ſine qua nihil boni reapſe a Deo recipiatur; falſa omnino illa eſſet Chriſti *abſoluta* promiſſio: *Hoc faciam*. Profecto enim *non faceret* ipſe, niſi etiam peteretur in nomine Virginis. Fruſtrarentur certe preces petentium a Deo ſed non in nomine Chriſti: idem petentibus eveniret non in nomine Virginis. Qua igitur veritate dixiſſet Chriſtus *abſolute*: *Hoc faciam*? Iſthæc enim *abſoluta* locutio indicat ſatis, quod bene ſperemus exaudiri, ſi dumtaxat petamus in nomine Chriſti. Debuiſſet pientiſſimus Redemptor noſter ſuboſcure ſaltem in Scriptura revelare, aut Traditione divina tam neceſsarium humanæ ſalutis medium Marianæ interventionis: tacet Scriptura; tacet divina Traditio; tacet Eccleſia in ſuis Catecheſibus (Proferantur, ſed ad Kalendas græcas) inſuper ex *abſoluto* loquendi modo: *Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam*, dilucide apparet, neceſsariam minime eſſe Virginis Matris interventionem. Annon igitur vides oppoſitam tibi Scripturam, necnon & ſolida quævis Theologiæ momenta?

531. Eſt Deus unica principalis cauſsa remiſſionis peccatorum ex meritis Chriſti, noſtræque æternæ ſalutis. At quia voluit etiam, ut nonniſi Sacerdotum miniſterio ordinarie illa dimitterentur in Sacramento Pœnitentiæ; debuit Deus, & fecit, alterum hoc medium remiſſionis revelare; ut illud adhibere poſsemus. Si itaque ſtatuiſset, ut adſequi nequeamus æternam ſalutem niſi ex meritis Chriſti, ſed nonniſi etiam ſecundo ex

(*a*) Libr. 2. Oper. imperfect. numer. 58. (*b*) Ibidem numer. 27. (*c*) Cap. 23. pagin. 318. (*d*) Libro 5. oper. imperfect. numer. 62. (*e*) Libr. 2. numer. 98. (*f*) Joann. 14. 13.

ex interventione Mariæ, debuiſſet pariter Deus, aliquo ſaltem modo, hoc alterum revelare noſtræ ſalutis medium, quo adhibito, eam adipiſci poſſemus. Id minime a Deo factum eſt; quinimo oppoſitum eruitur ex laud. Scriptura. Quo igitur jure veriora ſentientem me afficis opprobrio Reformationis? *Prædixeram, te nihil eſſe dicturum* (ſed oblocuturum dumtaxat) *& ita eſſe, cuivis tardiſſimo clarum eſt.* (*a*)

532. Expertus es, quibus fulcris, pro qua certas, ſuffulciatur opinio: fragilia ſunt, elumbia ſunt, ut ne quidem eam efficere queant probabilem. Adtende modo, quantum, præ te, ſolidius, firmius, momentoſius, ſcripſerim: (*b*) Parimente ci poſſiamo incontrare in chi aſſeriſce, niuna grazia, niun bene venire a noi da Dio, ſe non per mano di Maria (en præſens tua opinio. Adtende mea) Il che va ſanamente inteſo, cioè, che noi abbiamo ricevuto per mezzo di queſta immacolata Vergine il Signor Gesù Criſto, per li cui infiniti meriti diſcendono ſopra di noi tutti i doni, ed ogni celeſte benedizione. Da dociles aures, ut capias, ex quibus hæc mea deprompſerim.

533. Irenæus (*c*) „ Maria *habens* prædeſtinatum virum..... & *ſibi*, & „ univerſo generi humano *cauſſa* facta eſt ſalutis. Epiphanius (*d*) Maria „ cauſſa vitæ facta eſt, *per quam* vita nobis eſt exorta. Et: (*e*) Mariam „ interpretari ſolemus Dominam, atque etiam *Spem*; peperit *enim* Do„ minum, qui eſt *ſpes* totius mundi. " S. Anaſtaſius Antioch. (*f*) Mariam alloquens ait: „ Salvetis... vitæ cibus, ac fons immortalitatis. *Ex* „ *te enim prodiit*, qui interemit corruptionem, ac mortem deſtruxit. " S. Auguſtinus (*g*) „ Decipiendo homini propinatum eſt venenum per fœ„ minam: reparando homini propinetur ſalus per fœminam. Compenſet „ fœmina decepti per ſe hominis peccatum *generando Chriſtum*. " Præterea SS. Germanum, Bernard. Anſelm. Bernardinum, de quibus infra ſuis locis: & cui non ſufficiunt ii, neque omnes ſufficient, præſertim in Appendice poſt Epiſtolam hanc.

534. Eorumdem Patrum exprimit voces Eccleſia in ſuis publicis precibus: (*h*) „ Quod Eva triſtis abſtulit, tu reddis *almo Germine* ..... *Vitam* „ datam per Virginem, gentes redemptæ plaudite. Et: (*i*) Nativitas „ tua, Dei Genitrix Virgo, gaudium annuntiavit univerſo mundo; *ex te* „ *enim* ortus eſt ſol juſtitiæ Chriſtus Deus noſter: qui ſolvens maledi„ ctionem, dedit benedictionem &c. "

535. Verum hic maxime perpendendum ſe offert, cur laud. Patres priorum Sæculorum, in Virgine extollenda ferventiſſimi, commendent eam, quod omnium ſit in nobis origo bonorum, ſed ratione Filii; & tuum taceant privilegium, quod *immediate* etiam per ejus manus omnia nobis obveniant? Certiſſime hic locus erat, & occaſio ſubindicandi ſaltem Privilegium hujuſmodi. At ignorantia iſthæc peſſimum eſt tuæ opinioni præjudicium. Unum quidem reponere vales, & cohærenter, laudatiſſimis illis Patribus negatam a Deo *inſpi-*

(*a*) Lib. 2. oper. imperfect. num. 56. (*b*) Cap. 22. pag. 317. (*c*) Libr. 3. cap. 33. (*d*) Hæreſ. 78. §. 18. (*e*) Orat. de laud. Virginis. (*f*) Serm. 1. in Annunt. (*g*) Ser. 51. de concordia Matth. & Lucæ cap. 2. num. 3. alias ſermo 63. de diverſis. (*h*) In hymno, qui recitatur in laudibus Officii B. M. V. (*i*) In Reſponſorio 6. Officii Beatæ Mariæ Virginis.

inspirationem occultis modis de tali præconio, quod solum posterioris ævi Doctoribus dignatus Deus est inspirare. Optimum tibi perfugium sit: num autem in eo secure lateas, jam vidisti.

536. Sed quid, si ex ipsamet Scriptura idem, quod ex Patribus, concludatur? Maledicens Deus Diabolo in serpente (*a*) ait: „ Inimicitias „ ponam inter te, & mulierem, & semen tuum, & semen illius: *ipsa conteret caput tuum*. Num a Virgine Matre diaboli caput contritum est? Minime prorsus; sed ab eo, de quo Apostolus: (*b*) *Et expolians Principatus, & Potestates, traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso*. Hinc Augustinus: „ Alligatus est fortis, & relegatus in tartarum, „ & *Domini contritus pede*; & direptis sedibus tyranni, captiva ducta est „ captivitas. " Profecto *unus Mediator Dei, & hominum* Christus Jesus diaboli caput contrivit, quod dilucide aliæ exprimunt versiones: *Ipse* conteret caput tuum, *Ipsum* conteret caput tuum. Ut merito Estius: (*c*) „ Quocumque genere efferatur, eodem redit. Si genere masculino, tum „ refertur ad Christum... Si neutro, refertur ad semen; semen autem il„ lud est Christus. Denique si fœminino, referatur ad Evam, vel Virgi„ nem Mariam: eritque sensus, quod utraque *per Christum* ex eis nascen„ dum id factura sit. " Eadem prorsus tui a Lapide, & Tirinus in eumdem locum.

537. Nil igitur mirum, si præeunte Scriptura, ac Patribus, affirmarunt idem sapientiores Theologi. Quatuor proferam, quos suspectos nequeas habere, quibusve fasces ultro submittes. Primus sit Angelicus Doctor, cæteris eminentior. (*d*) „ Christus in quantum est homo ad hoc fuit præ„ destinatus, & electus, ut esset Filius Dei in virtute sanctificandi; hoc „ fuit sibi *proprium*, ut haberet talem *plenitudinem* gratiæ, quod *redunda*„ *ret* in omnes, secundum quod dicitur Joan. 1. *De plenitudine ejus nos* „ *omnes accepimus*. Sed B. Virgo Maria tantam gratiæ obtinuit plenitu„ dinem, ut esset propinquissima Auctori gratiæ; ita quod eum, qui est „ plenus omni gratia, in se reciperet; & *eum pariendo quodammodo* ad nos „ gratiam derivaret. " Dicit I. quod Christo sit *proprium*, ut tanta donetur *plenitudine* gratiæ, quæ *redundet* in omnes. Si id itaque proprium Christo est, nequit Virgini convenire. Dicit II. quod tantam habuerit plenitudinem gratiæ Maria; *ita quod eum, qui est plenus omni gratia in se reciperet*, videlicet, fuerit Mater Christi. Igitur plenitudo gratiæ Virgini contulit, ut donaretur maternitate divina: contulit etiam ei respectu nostri, haudquaquam quod ex ipsa in nos gratia redundaret (quod proprium Christo dixerat) sed quod *eum pariendo quodammodo ad nos gratiam derivaret*. Derivavit in nos gratiam Virgo Mater, sed *pariendo Christum*, & insuper aliam addidit particulam diminuentem: *Quodammodo* derivavit gratiam pariendo Christum. Habemus igitur ex S. Thoma, quomodo intelligendus sit, qui dixerit: De plenitudine gratiæ in Maria gratiam in nos redundare.

538. Alter sit P. Suarez (*d*): Dixerat, haudquaquam adorandam Virginem

(*a*) Genes. 3. 15. (*b*) Coloss. 2. 14. (*c*) Serm. 230. nov. Edit. (*d*) 3. part. quæst. 27. artic. 5. ad 1. (*e*) Tom. 2. in 3. part. disput. 22. artic. 4. sect. 3.

nem cultum latriæ. „ Sed contra, *ait* : Nam Ecclesia videtur hanc ado-
» rationem Virgini tribuere, dum eam vocat *Spem nostram*, *Matrem gratiæ*,
» & similibus titulis eam honorat, ac si ipsa esset Auctor gratiæ, & sa-
» lutis, quod pertinet ad cultum latriæ. Et similia reperiuntur in SS. Pa-
» tribus. Augustinus serm. 2. de Annunt. (*Augustinum non habet aucto-
» rem*) vocat eam *spem unicam Peccatorum*. Similia habet Bernard. serm.
» de Nativit. B. Mariæ, Ephræm orat. de laud. Virginis, ubi vocat *sa-
» lutem*, *gaudium*, *&* *pacem mundi* ; & pleraque id genus in superioribus
» allata sunt. Respondetur (*adtende*) in his omnibus *non verba*, *sed ver-
» borum sensum esse adtendendum*. Quamquam enim inter homines eodem
» verbo petamus a Rege, & ab amico Regis, ut nostri misereatur, vel
» nos adjuvet : tamen non idem respectu utriusque significamus ; neque
» idem ab utroque postulamus, sed alterum, ut faciat, alterum, ut in-
» tercedat, rogamus. Sic igitur Ecclesia, & Patres loquuntur ad Virgi-
» nem, quam etiam, ut sup. vidimus, interdum vocant *Reparatricem*, ac
» *Mediatricem*, *non immediate*, *&* *per se*, *sed per Christum* ; quia Redem-
» torem nobis genuit, & apud illum plurimum valet.... Quæ mens, &
» sensus Ecclesiæ tam est per se perspicuus, & omnibus notus ; ut pro-
» pterea Sancti nihil formident illis modis securissime loqui. "

539. Sed audi validius adversus te loquentem. (a) „ B. Virgo tribus
» modis ad salutem nostram operata fuit. 1. merendo de congruo Incar-
» nationem : 2. orando, & petendo ; & quamdiu fuit in via, de congruo
» nobis merendo salutem. 3. *Concipiendo Christum nostræ salutis auctorem*.
» Quæ omnia ex dictis in superioribus satis patent. Et eisdem modis sæ-
» pissime SS. Patres B. Virgini attribuunt, quod nostræ fuerit salutis
» caussa ... Præter quos videri possunt Irenæus lib. 3. cap. 33. Anselmus
» lib. de laud. Virg. cap. 9. Fulgent. serm. de laud. Mariæ ex partu Sal-
» vatoris, ubi egregie opponit Mariam Evæ, ut sicut hæc fuit humani
» casus principium, ita illa fuerit nostræ reparationis exordium, & caus-
» sa. Unde August. serm. 17. de Nativ. *Auctrix peccati Eva*, *auctrix me-
» riti Maria*. Quæ comparatio prædictum Sanctorum sensum exponit. Eva
» enim non fuit propria, & directa caussa humani casus ; quia in ea non
» peccavimus : dicitur autem caussa nostræ ruinæ, quia Adamum ad pec-
» candum induxit. Ita igitur B. Virgo non fuit per se caussa nostræ sa-
» lutis, nec nos redemit, nec de condigno nobis meruit. *Dicitur ergo
» caussa*, *quia nobis Christum genuit*, & aliquo modo ipsum nobis prome-
» ruit, & obtinuit. " Hoc eodem sano intellectu explicat auctoritates,
quas hic opponis, ut evincas, omnia nobis per manus Mariæ venire ;
non quod dumtaxat Christum genuerit, sed vere, & immediate per se.
Prosequitur : „ Quo sensu dicit etiam Bernard. serm. 98. *Per te Virgo San-
» cta cælum repletum est : infernus evacuatus est*, *&* *ruinæ cælestis Jerusalem
» restauratæ*. Et infra : *Maria omnibus misericordiæ sinum aperuit*, *ut de ple-
» nitudine ejus accipiant universi*, *captivus redemptionem*, *æger curationem*, *tri-
» stis consolationem*, *Peccator veniam*, *Justus gratiam*, *Angelus lætitiam*, *to-
» ta Trinitas gloriam*, *denique Filii persona humanæ carnis substantiam* ; *ut
» non sit*, *qui se abscondat a calore ejus*. Et Germanus serm. de Zona

 „ Do-

(a) Ibidem disp. 23. sect. 1. *Dico* 2.

„ Domini sic Virginem alloquitur... *Nullus enim est, qui salvus fiat, nisi*
„ *per te, Virgo SS. nemo est, qui liberetur a malis, nisi per te o purissima:*
„ *nemo est, cui donum concedatur, nisi per te o castissima: nemo est, cui*
„ *misereatur gratia, nisi per te o honestissima.* Quæ omnia per Christum,
„ quem ipsa *genuit*, veritatem habere intelligenda sunt. Quo modo etiam
„ dixit Andreas Jerosolym. orat. de dormitio. Virginis: *Sola præter natu-*
„ *ram fuit electa ad naturam renovandam.* Quod infra explicans, sic lo-
„ quitur ad Virginem... *Christus per te Deo, & Patri nos reconciliavit.*
„ Similiter Ephræm Orat. ad Virginem inquit... *Tu captivorum redemptio*
„ *& omnium salus. Ave pax, gaudium, & salus mundi: ave Mediatrix glo-*
„ *riosissima: ave universi terrarum orbis conciliatrix.* Deinde Petrus Damiani
„ serm. de Annunt.... *Sicut sine ipso (Verbo) nihil factum est, ita sine il-*
„ *la nihil refectum sit....* Et serm. 1. de Nativit. Virg. *Hodie*, inquit,
„ *nata est illa, per quam renascimur omnes...* Denique Riccardus Victor.
„ cap. 26. in Cantica... *Salus omnium per ipsam facta est; unde & mun-*
„ *di salus dicta est.* " Quam aptissima isthæc, carifs. Plazza, tuæ com-
„ probandæ opinioni, quod *omnia nobis per manus Mariæ sint!* Reapse au-
„ tem opponis, a Suario laudatos Germanum num. 14. Damianum num.
„ 15. consimilia Bernardi num. 17. Et tamen (quis crederet?) tuus Sua-
„ rez, tuus *eximius Doctor*, nedum mecum *fregit genuinum in hoc Virginis*
præconio; nedum est alter mecum Reformator; sed mihi doctrina sua,
pietate sua in Virginem in Reformatione præivit. Utrique enim dicimus:
Quæ omnia per Christum, quem ipsa genuit, veritatem habere intelligenda sunt. Et:
„ Interdum vocant Reparatricem, & Mediatricem, *non immediate, & per se,*
„ *sed per Christum.* " Lacrymabile tibi infortunium; ut tuo eximio Doctori,
vere erga Virginem Matrem pio, facta minime fuerit de tali Mariano præ-
conio *occultis modis inspiratio*! At, quod mirabilius! neque datum illi fit
tantum mentis acumen, ut legere posset hoc Mariæ præconium, in lau-
datis a se Doctoribus, in quibus nescio qua via discernere potueris &
opinionem tuam, & factam illis *inspirationem*. Quid tibi nunc prosunt,
quas coacervasti, auctoritates? Omnes quidem auctoritate sua explanavit
Suarez, mihi, non tibi; & hoc pacto eripuit validius munimentum tuæ
opinioni. *Numquid non post* Suarii *verba, a me interposita, nil aliud quam*
tacere debebis? (*a*) Quod *si subditas aures aperiatis, contentiosa ora clau-*
detis. (*b*)

540. Tertius sit Petavius (*c*) „ Principio itaque plurima per Mariam
„ in universum genus humanum profecta esse commoda, tam certo Chri-
„ stianis constat omnibus, quam certum est, & illam vere esse Genitri-
„ cem Dei, ac Christi, & per hunc omnia nobis vera, & sempiterna
„ suppetere. Nam & *arbori fructus imputari tamquam principio debet*, so-
„ letque: & quidquid utilitatis affert fructus, *id arbori acceptum refertur.*
„ Tum illud usu detritum est Philosophorum in scholis: *Quod caussæ ali-*
„ *cujus est caussa, id ejus etiam, quod ex illa ortum habet, esse caussam.*
„ Quare uti Christus omnium nobis est origo bonorum, sic eorumdem
„ *radix, & principium suo quodam modo*, ac jure potest Mater illius Virgo
„ cen-

(*a*) Lib. 2. oper. imperfect. numer. 104. (*b*) Ibidem. num. 108. (*c*) Lib. 14. de In-
carn. cap. 9. num. 2.

„ censeri. Quæ res cum nota per sese, ac perspicua sit; nec probatio-
„ ne, vel testibus admodum egeat; ex abundanti tamen nonnullis hoc
„ loco testimoniis illustrabitur, non qualiumcumque, sed antiquorum,
„ graviumque Scriptorum, qui eadem fere, quæ Christo Domino, tam-
„ quam primario Mediatori excellenti ratione tribuuntur, in Mariam
„ conferunt, velut secundariam, ac longe inferiorem nostræ salutis ad-
„ ministram, hoc est Mediatricem, & Patronam." (Ejusdem verba hæc
exscribis. (a)) Subinde plurimorum affert loca SS. Patrum, quibus com-
probari posset, quod expetis, nempe Mariam esse omnium nobis bono-
rum originem; quæ tamen loca, ut modo vidisti, de Virgine explicat
ratione Christi, quem genuit. Quartus demum tuus Raynaudus (b) „ Ea-
„ tenus tamen B. Virgo potest dici *Vita nostra*, quatenus *per Christum*
„ contulit omnibus nobis vitam spiritualem." Pari sorte, id est ratione
Christi Filii sui ea explicat Epiphanii: *Mediatrix cæli, & terræ, quæ unio-
nem naturaliter peregit*. Perpende mecum, laudatos S. Thomam, aliosve,
vehementes Sanctorum expressiones veritati conciliare, quod omnia obve-
niant nobis per Mariam, haud quidem *proxime*, & *per se ipsam immedia-
te*, ut exigis, sed *causaliter*, & *quodammodo*, in quantum genuit ipsa Re-
demptorem, *per quem omnia nobis vera, & sempiterna bona suppetunt*, ut
Petav. Obiter ex his in concordiam vocandi sunt S. Bernardus, & Cani-
sius. Ille Virginem vocat (c) *Posterorum vivificatricem*: iste (d) Melanc-
thonis deputat calumniæ, quod Virgo in Ecclesia colatur ceu hominum
vivificatrix. Profecto uterque bene: Intelligendus ille *in sensu causali*,
quod Christum Virgo genuerit, qui solus nobis est *via, veritas, & vita*,
ut videbitur: intelligendus iste in sensu litterali, ac rigoroso; Non enim
Virgo, sed ipsa per Christum nobis vita est. Hactenus nunc asserta pri-
mi moniti vices gerant, quo via sternatur intelligendis auctoritatibus op-
positis, aut opponendis: *Nemo redemptus, nisi per te: Posterorum vivifica-
tricem: Nihil nos Deus habere voluit, quod per Mariæ manus non transiret
&c.* Quo modo scripsi: (e) Parimente ci possiamo incontrare in chi affe-
risce, niuna grazia, niun bene venire a noi dà Dio, se non per mano
di Maria. Il che va sanamente inteso, cioè, che noi abbiamo ricevuto
per mezzo di quella immacolata Vergine il Signor Gesù Cristo, per li
cui infiniti meriti discendono sopra di noi tutti i doni ed ogni celeste
benedizione. *Nunc ergo considera, rogo te; nunc, inquam, ut te salubriter
veritas vincat; deposita vincendi cupiditate considera; utrum nostræ, an tuæ
sententiæ debeas acquiescere.* (f)

541. Alterum monitum sit. Plerumque vehementissimis quibusdam ex-
pressionibus, quibus extollere nituntur Virginis mediationem, nil aliud
sibi Sancti volunt, aliique Doctores, nisi utilem quidem, at minime ne-
cessariam, sed præpotentem Virginis Matris in interveniendo efficacita-
tem, etiam supra cæteros Sanctos. E quanto all'invocarla ne' nostri biso-
gni, comune abbiamo il sentimento della Chiesa, che *più utilmente ri-
correremo a lei*, per ottener benefizj da Dio, che al rimanente de' Santi.

 Id

(a) Cap. 4. n. 26. (b) In glossario ad Nomenclatorem Verbo: *Vita nostra*, *Mater gratiæ*, & *Mater Misericordiæ*. (c) Homil. 2. de Evang. *Missus est* n. 3. (d) Lib. 5. cap. 11. (e) Cap. 22. pag. 317. (f) Lib. 3. cont. Julian. cap. 21. num. 42.

Id monet Suarez (*a*) ubi, complanans illud Damiani de Virgine: *Non ſolum rogans, ſed imperans, Domina, non ancilla*, ait: „ Nullus Chriſtianorum hoc modo orat. Quod enim per Metaphoram dictum eſt *ad exaggerandam efficaciam* interceſſionis Virginis, non eſt proprie uſurpandum: „ ſicut Joſue 10. dicitur: *Obediente Deo voci hominis*. "

542. Sed proferantur Sancti, illi quidem, quos duces, ac ſuffragatores elegiſti; ut præſentias, quid ſibi voluerint quandoque locutionibus ſuis, quibus admodum probabiliter credis tuam ſuffulcire opinionem. S. Bernardus (*b*) „ Opus eſt enim Mediatore ad Mediatorem iſtum; (*Jeſum*) „ nec alter nobis *utilior*, quam Maria. " *Utilior*, dixit, non *neceſſaria* Mediatrix. Mariam quidem *abſolute* dixit Mediatricem ad Chriſtum: at *abſolute* etiam Sanctos nominavit Mediatores ad Jeſum: *Mediantibus illis ad illum Mediatorem aſcendere potero*. (*c*) Et de S. Joanne Baptiſta: *Eo mediante tranſeamus ad Chriſtum*. Optime id ſcriptum. Enimvero SS. Virgo, omneſque Sancti *abſolute* mediatores ſunt ad *Mediatorem unum* per merita ejuſdem; ſed illa utilior præ cæteris, ac potentior, utiles iſti, potentes, ſed longe minus præ ea. Verum in tua opinione, neſcio, qua ratione Bernardum vindices ab antilogia. Tibi (*d*) ſola Virgo abſolute Mediatrix eſt ad Filium; non ita de Sanctis loqueris; ſed Virginis egent mediatione ad ipſum Chriſtum; unde haudquaquam Mediatores ſunt ad eum, ut eſt Mater Virgo. Et tamen Bernardus æqualiter, abſoluteque Mediatores nominat ad Jeſum Mariam, Sanctoſque omnes. Alter ſit Petrus Damiani, qui de Virgine ait: „ Optima ſpes eſt apud eam habere „ confugium, quæ ſcilicet inter omnes cæleſtis Curiæ Senatores *impetrandi* apud Deum *primum* obtinet locum. " Ei erat ſcribendum *Neceſſaria ſpes*, ſi omnia crediddiſſet venire in nos per manus Mariæ. Item ſcribens: *Apud eam habere confugium*, debuiſſet pro ratione ſubtexere: *Cujus ſcilicet manibus cuncta recipimus;* neque ſcribendum erat: *Primum obtinet locum*, ſed *unicum*, ac *neceſſarium*. Tertius ſit Anſelmus (*e*) „ Ideo talem adjutorem requiro, qualem poſt Filium tuum *potiorem*, & *meliorem* inveniri non poteſt mundus. Habet orbis Apoſtolos, Patriarchas, Prophetas, „ Martyres, Confeſſores, Virgines, bonos & optimos adjutores, quos ego „ ſupplex orare concupiſco. Tu vero, Domina, omnibus his adjutoribus „ *melior*, & *excelſior es*. " Et: (*f*) „ Unde *ſecurius* velocem in neceſſitate ſubventionem ſperabo, quam unde mundo proceſſiſſe propitiationem „ ſcio? Aut cujus interceſſio *facilius* reo veniam impetrabit, quam quæ „ illum generalem, & ſingularem juſtum ultorem, & miſericordem indultorem lactavit? " Poſtremus ſit S. Bernardinus: (*g*) Preces & merita Beatorum apud Chriſtum deſideria noſtra juvant. Inter hos omnes „ *præcellentior*, & ad impetrandum *efficacior* eſt Virgo Maria. " Et: (*h*) „ Ad hanc viſionem (*Dei*) nemo *convenientius* pervenire poteſt, quam „ mediante Virginis Devotione, atque affectione. "

543.

(*a*) Ubi ſup. diſp. 23. ſect. 1. (*b*) Serm. Dominica infra Octav. Aſſumpt. de duodecim prærogativis. (*c*) Serm. de S. Joan. Baptiſt. de lucerna ardente tripliciter. (*d*) Ut n. 4. & 29. ais. (*e*) Oratione 45. (*f*) Orat. 50. vid. orat. 48. (*g*) Serm. 1. de origine Carit. cap. 2. artic. 2. (*h*) Sermone 48. de laudibus Virginis, & duodecim donucellis Matris Dei.

543. Quatuor hisce modo laud. Sanctis opinionem tuam quammaxime suffulcire conaris: optime quidem si id perficeres. At in irritum conatus tui cecidere. Profecto enim, si pro te decertarent, dumtaxat dicere potuissent Virginis interventionem *absolute meliorem*, *faciliorem*, *utiliorem*? Apage prorsus: *Necessaria* exprimenda fuisset. Quod enim *utile* creditur, haud certe esse tenetur *necessarium*. Nimirum illud est utile, sine quo res haberi quidem potest, sed difficilius: at quod est necessarium, sine eo haberi nunquam poterit. Falso itaque nominassent illi *utilem*, &, si malis, *utilissimam* Virginis mediationem, quæ eis (te judice) *necessaria* erat. Eo vel maxime, qui serventissimi erant in laudanda Deipara, ad summum usque gloriæ apicem ejus extulissent intercessionem prædicando *necessariam*. II. Virginis mediationem ei, quæ Sanctorum est, comparant absolute, eamve prædicant ista longe utiliorem. Verum quo pacto hanc instituere potuissent comparationem, si eis necessaria fuisset ea, quæ Mariæ est, utilis, quæ Sanctorum? Jam quippe latet neminem nonnisi inter similia comparationem locum habere. Verum quæ similitudo inter mediationem necessariam, & utilem, quæ dissimiles omnino sunt?

544. Ex hactenus consideratis (*a*) rite colligitur, non aliud quandoque intelligi voluisse Sanctos, quos opponis, aliosve, vehementibus suis expressionibus, nisi utiliorem prædicare, præ cæteris Sanctis, Matris Virginis interventionem; quod quidem verissimum est, & scripsi (*b*): E quanto all' invocarla ne' nostri bisogni, comune abbiamo il sentimento della Chiesa, che *più utilmente* ricorreremo a lei, per ottener benefizj da Dio, che al rimanente de' Santi.

545. Tertium monitum illud sit, quod supra (*c*) jam positum est, ibique relegendum; quod videlicet Sancti, aliique Deiparam celebrantes, haudquaquam semper ad litteram intelligendi sint; Rhetorico enim more scribentes, amplificationes adhibent, hyperboles, tropos vehementes; & eo libentius, validiusque, quo ferventiori pietate excitantur in Virginem, cujus quidem & excellentia mare est laudationis intransnatabile. Huc etiam spectat, quod ex Sanctis precantibus Deiparam minime validum desumi argumentum queat ad comprobandam Theologiæ quæstionem. In orationibus hisce primores partes habet Pietas incalescens, quam Theologia: quæ, si in concordiam sint revocandæ, quandoque nimium illa emollienda erit, ne alteri videatur adversa. Quotiens ferventes ex vivida caritate Fideles in hæc, aut consimilia erumpunt, Deum alloquentes: » Millies mori desidero; potiusve eligo æternum incendium, si ibi te » diligam; quam cælum possidere, & hic in te summum mei cordis bo» num delinquere? " Si orationem ad litteram intelligere velis, impia erit, & scelerata: quasi quod sinere possit Deus, ut Justus ardeat æternum, & Iniquus cælum queat possidere. Si vero exæstuantis caritatis, non verba, sed sensum consideres, ea significat, quæ Apostolus scribit: (*d*) *Neque mors, neque vita, neque Angeli..... neque instantia, neque futura .... neque creatura alia poterit nos separare a caritate Dei*. At aliud suppetit exemplum longe validius. Num. 16. Anselmum opponis ex suis Ora-

(*a*) A num. 577. (*b*) Cap. 22. pag. 312. (*c*) A numer. 287. ad 291. (*d*) Rom. 8. vers. 38.

Orationibus. Verum accipe, quid ibidem Pietas incalescens eum coegit efferre. Oratione 48. Mariam alloquitur: „ Et si pro illo innocente Filio „ tuo crucifixo pertransivit gladius animam tuam; quomodo super *mor-* „ *tuis in peccato pupillis tuis* te continere, quomodo unquam *maternis fle-* „ *tibus & lacrymis*, o Domina, poteris temperare? " Credimus quidem ex vera Fide verba Simeonis Virginem alloquentis: *Tuam ipsius animam pertransibit gladius*: succinit Ecclesia: *Stabat Mater dolorosa juxta Crucem*. At quod Beatissima in cælo regnans & doleat, & lacrymetur, eidem fidei consentaneum non est. Et tamen Anselmus hæc orando protulit.

546. Tandem præmoneo, qua ratione versus intelligendi sint Ecclesiæ, cum de Virgine canit: *omni laude dignissima*, aliique eadem de ipsa efferentes. Profecto recolenda sunt, quæ alibi (*a*) diximus: nempe, aliam esse laudem *Effectivam*, aliam *Affectivam*. Illa est, cum laudatur quis prædicando de eo determinatam perfectionem, ut cum dicitur SS. Virgo *Dei Genitrix*, *Virgo Virginum*, *Virgo prudentissima &c.* ipsi nimirum convenire asseruntur Maternitas Dei, summa Virginitas, Prudentia singularis &c. *Affectiva* autem laudatio nullum exprimit titulum honoris determinatum; ut cum canit de Virgine Ecclesia: *O gloriosa Virginum*, *sublimis inter sidera &c.* Utriusque laudationis exempla ex Scriptura colligimus: (*b*) *Deus Fidelis*, *& absque ulla iniquitate*, *justus*, *& rectus*. Effectiva isthæc laudatio est: benedicitur enim Deus ex sibi intrinsecis perfectionibus *Fidelitate*, *Sanctitate*, *Justitia*. Sed affectiva laudatur, cum dicitur: (*c*) *Benedicam Dominum in omni tempore; semper laus ejus in ore meo*. Hac laude affectiva dignissima Virgo Mater est, quam omnes Angelorum Chori æternum collaudantes, omnesque Beati, parum faciunt, nec pro merito ejusdem. Effectiva etiam laude dignissima est, sed quam consecravit Ecclesia, concors SS. Patrum lingua, necnon ratiocinium vera Theologia dignum. De affectiva laude locutum Basilium Seleucien. (*d*) intelligere adstringimur, necnon Ecclesiam canentem de Virgine: *omni laude dignissima*. Cæterum non est, cur intelligendum sit Tω *omni* in sensu rigorosissimo: neque enim semper in Scriptura etiam sensum habet omnino universalem. Dicit Apostolus (*e*) *Spiritualis judicat omnia*. Omnia prorsus? Et: (*f*) *Filii obedite parentibus per omnia*. Etiam in his, in quibus sui juris sunt Filii? Apage. Oppositis adversus me auctoritatibus universim *jam respondi*, *teque inania dixisse convici*. Impræsentiarum hæc satis sint. *Et tamen respondere compellimur*, *nolentes deserere hominum ingenia tardiora*, *ad quos istæ litteræ potuerint pervenire*. (*g*) At quia prolixa nimium hic Oratio flueret, in fine Paræneticæ vide Appendicem.

C A-

(*a*) 1. Part. cap. 7. (*b*) Deuteron. 32. 4. (*c*) Psal. 33. 14. (*d*) Vid. sup. n. 561. (*e*) Corinth. 2. 15. (*f*) Coloss. 3. 20. (*g*) Lib. 1. op. imp. n. 71.

CAPUT VI.

Merito a Fidelibus Mariam, ſpem ſuam appellari, atque in ejus patrocinio ſingularem fiduciam reponi. Ab hac ſpe, & fiducia non eſſe arcendos Peccatores, quibus Mariæ cultus, & invocatio non parum conferre poteſt ad ſalutem.

PRITANIUS.

547. AD novos ſcrupulos ſuffodiendos redeamus. Mens tua terra eſt, ex qua noxia fœcunditate centeni ſemper pullulant, ac revireſcunt. Num. 1. ais: „ Multa pertexit Pritanius, quæ Religionis, & di„ ſciplinæ ſeverioris obtentu, Fidelium præſertim peccatorum in B. Vir„ ginis patrocinio ſpem, atque fiduciam latenter enervant; illoſque adeo „ ab ejuſdem Virginis, exterioribus præſertim obſequiis, colendæ impen„ ſo ſtudio ſenſim, & ſine ſenſu revocant. " Gaudeo, quod hæc monſtranda aggrediaris ex meo libello. (*a*)

548. Gesù Criſto è la ſperanza vera e propria de' Criſtiani, i di cui meriti muovono la miſericordia del ſuo divino Padre a concedere a noi pentiti la remiſſione delle noſtre colpe, a ſoſtenerci fra gli ſcogli e pericoli di queſta vita, e ad aprirci in fine il Paradiſo. Num hic latenter enervatur pietas in Virginem? Omnia iſthæc ad fidem pertinent. Con tutto ciò è a noi permeſſo di chiamare *Speranza noſtra* anche Maria, ſtante l'efficacia delle ſue preghiere preſſo il ſuo Figlio, ed atteſa l'inclinazione della ſomma ſua carità a giovarci.

549. Siſte hic, R. P. Annon vides? Annon ſentis, Virginem a me nominari *Speranza noſtra*? Hoc pacto nominandam Virginem primo monſtras ex illa Eccleſiæ Oratione: *Salve Regina*, in qua dicitur: *Spes noſtra ſalve*. Hanc ſimiliter Orationem veneror. (*b*) Iterum igitur Mariam profiteor *Spem noſtram*. Num. 10. ſcribis: „ Duo ſunt, quæ fiduciam in ali„ cujus patrocinio generant, & fovent. I. Ampla in Patrono opitulandi „ facultas: II. propenſa ad patrocinandum voluntas. " Ex his duobus, quæ reperiuntur in Virgine, colligis, eam eſſe *Spem noſtram*. Optime quidem: ſed Pritanio ſubſcribis, utrumque Mariæ adjudicanti, & in illis verbis, quæ licet exſcribas, non advertis. En harmoniam Plazzæ, & Pritanii. Ais: *Ampla opitulandi facultas*; ego: *Stante l' efficacia delle ſue preghiere preſſo il ſuo Figlio*: & jam nominaveram: (*c*) *Poſſente Avvocata* (*d*) *la noſtra grande Avvocata*. Ais: *Propenſa ad patrocinandum voluntas*; ego: *Ed atteſa l' inclinazione della ſomma ſua carità a giovarci*. Congruit igitur Pritanius Plazzæ. Sana itaque hic mea fides, & quo ad nomen, & quo ad rem. At quæſo te: Cur in latinum vertens mea: Ed atteſa l' inclinazione

(*a*) Cap. 22. pag. 318. (*b*) Ibid. pag. 322. (*c*) Ibid. pag. 313. (*d*) Pag. 316.

zione della *somma* sua carità, omittis *somma*, & scribis: *Suamque in nos caritatem*, cum scribendum fuisset: *Summamque ejus in nos caritatem?*

550. Sed miserum Pritanium! Lyncei oculi tui *sensim sine sensu* nescio quid Reformationis viderunt in illis meis: E' a noi *permesso*. „ Minus castigate, *ais n. 6.* loquitur Pritanius. Ecclesia non permittit tantum; „ verum etiam jubet, sub hoc titulo eam salutare: *Spes nostra salve*. " Dandum tibi scrupuloso, ut in rigida statera appendas mea. Utinam ita in tua Theologia morum. Illud *Permesso* in stricto apud Theologos sensu consideras, quod de malo culpæ unice effertur: sic dicitur *peccatum permitti*: ipse vero in familiari sensu adhibui, qui Idiotis scribo; hoc enim modo etiam de bono usurpatur: *Permitte, ut tibi serviam, ut te amem;* sic etiam: *Sine hoc te exorem*, quod Terentii est. Sic S. Thomas dixisse fertur: (*a*) *Sinamus Sanctum* (Bonaventuram) *pro Sancto laborare*, in conscribenda vita S. Francisci. Item ex Sac. Scriptura (*b*): Paulus persecutor de se ait: „ In quibus dum irem Damascum cum potestate, & „ *permissu* Principum Sacerdotum. " Hi certe gaudebant, ut persecutum iret fideles. Et iterum Apostolus (*c*) „ Spero me aliquantulum temporis „ manere apud vos, si Dominus *permiserit*, " id est voluerit. Prosequamur mea.

551. Ma se mai taluno amplificasse sì fatta speranza, fino a promettere, che chi è suo Divoto, *non potrà* dannarsi, *non sarà* preso da morte subitanea, e gli *resterà tempo* di riconciliarsi con Dio, ed anche promesse di beni temporali: Sappiano i Fedeli, che cotali insegnamenti (così generalmente parlando) non possono aver luoco nella pura Religione di Cristo, cioè nella Cattolica Romana.

552. Quam sane, quam sancte! Ma se mai taluno, sed quo cælesti lumine afflatus, qua superna revelatione securus? amplificasse sì fatta speranza, che il divoto di Maria non potrà dannarsi: non sarà preso da morte subitanea ec. Num tali adhibenda fides erit? Tumet, carifs. Plazza, deceptorem prædicares, phantasticum, visionarium; & si in Sicilia id eveniret, certe traheres ad Inquisitionem. Sed præstat hic tuum audire Crasset, ut vindicetur Pritanius. (*d*) Inquirit: „ Se per esser *salvo* basta „ esser Divoto della Vergine... Questa proposizione *non è da sostenersi*; „ perchè è verità di Fede, che per esser salvo non basta il servire alla „ S. Vergine, nè il portare il suo Scapolare, nè l' essere di tutte le di „ Lei Confraternità. Ma bisogna anche far penitenza, ed osservare i co„ mandamenti di Dio...... Dico lo stesso di que' *falsi Divoti*, che sotto „ pretesto di essere delle Confraternità e delle Congregazioni di Nostra „ Signora trascurano i doveri del Cristiano, e si lusingano di una *vana* „ *speranza di esser salvi* mediante il di lei favore. Se non farete peni„ tenza; se non osserverete i comandamenti di Dio; se non assisterete a „ i Poveri; se non perdonerete a i vostri nemici; se non frequenterete „ i Sacramenti, *per quante orazioni recitiate in onore della Vergine, e per* „ *qualunque zelo* abbiate per lo suo culto, *sarete infallibilmente dannati*. „ In

(*a*) In Breviar. Rom. lectione quinta S. Bonavent. (*b*) Actor. cap. 26. vers. 12. (*c*) 1. Corinth. cap. 16. vers. 7. (*d*) Tomo 1. della Divozion di Maria Vergine Trattato 1. quest. 14.

„ In fatti non è ragionevole il credere, che la divozion della Vergine
„ ſanta ſia più potente per ſalvarci, che quella del ſuo Figliuolo... Ma
„ è coſa certa ſecondo tutte le regole della ragione e della Fede, che
„ l'amor di Gesù Criſto è un mezzo più potente, e più infallibile, per
„ eſſer ſalvo, che l'amor di Maria... Dall'altra parte è coſa certa, che
„ la ſola Divozione verſo il Figliuolo di Dio ſenza buone opere è una
„ pura illuſione, e non baſta per ſalvarci. Chi può dunque dire, ſenza
„ offendere la Fede, che *per andar al Cielo baſta eſſer divoto della Vergine?*
„ E ſe la ſua Divozione non baſta ſenza le buone opere, come ſalverà
„ Ella coloro, che non ne fanno ſe non di cattive? E' coſa fuor di ogni
„ dubbio, ch'*Ella ſi burlerà di eſſi* nel giorno del giudizio; e quando la
„ chiameranno lor Signora e lor Padrona, loro riſponderà, come il Figli-
„ uolo: *Neſcio vos... diſcedite a me operarii iniquitatis...* Mi avete fatto
„ ſervire alle voſtre ſregolate paſſioni; mi avete voluto rendere complice
„ de' voſtri delitti; avete ſcreditata e diſonorata la mia divozione; ne
„ avete fatto l'aſilo delle voſtre empietà, e'l fondamento delle voſtre diſ-
„ ſolutezze. Andate empj, allontanatevi, non ſo, chi voi ſiate: *Neſcio*
„ *vos.* Non vi riconoſco per miei figliuoli e per miei ſervi, ma per miei
„ più crudeli nemici: vi abbandono alla giuſtizia del mio Figliuolo, per-
„ chè vi ſiete abuſati di ſua miſericordia. " Hunc certe inter primores ex
Reformatoribus conſtitues. Hic certe tibi dicendum eſt: (*a*) „ Multa per-
„ texit Craſſet, quæ Religionis, & Diſciplinæ ſeverioris obtentus Fide-
„ lium, præſertim Peccatorum, in B. Virginem ſpem, atque fiduciam la-
„ tenter enervant; illoſque adeo ab ejuſdem Virginis, exterioribus præſer-
„ tim obſequiis, colendæ impenſo ſtudio ſenſim, & ſine ſenſu revocant. "
Hæc certe in tuum ſodalem a te recitanda ſunt; & validiori titulo, cum
ſcripſerit præ me duriora. *Quod ſi non facis: quod dixiſti incautus, corrige admonitus, & confitere,* (*b*) quod injuſte perſequaris Pritanium. Lege
tuum P. Segneri. (*c*)

553. Proſequor. Certamente chi ha una vera interior Divozion alla Madre di Dio, accompagnata da coſtumi corriſpondenti a tal Divozione, dee ſperar molto dall'interceſſione, di chi tanto può preſſo Dio. Hiſce quidem (quod non permitteris non videre) adhortantur Fideles omnes, & urgentur ad fovendam pietatem erga Deiparam: ſed pietatem exigo, quæ vera ſit, quæ interior, quæve a tuo Craſſetio deſcribitur. Ma non ſi ha già da ſpacciare una sì larga promeſſa (videlicet: che non potrà dannarſi, non ſarà preſo da morte ſubitanea ec.) che può divenire una luſinghiera ſperanza, per fare addormentare i cattivi con una ſola eſteriore divozione alla Vergine ne' loro vizj, e far camminare con poca vigilanza i buoni.

554. Profecto nos admonet Chriſtus, ut vigilemus: (*d*) *Quod vobis dico, omnibus dico: Vigilate.* Et: (*e*) *Vigilate itaque omni tempore orantes.* At cur Magiſter bonus id tam frequenter inculcat? *Quia adverſarius veſter diabolus, tanquam leo rugiens circuit, quærens quem devoret.* (*f*) *Et neſcit homo, utrum amore, an odio dignus ſit.* (*g*) Continuo igitur timendum nobis, nobiſve

(*a*) Quæ adv. me ponis num. 1. (*b*) Lib. 6. oper. imperfect. num. 10. (*c*) Divoto di Maria §. 1. (*d*) Marc. cap. 13. 37. (*e*) Lucæ cap. 21. 36. (*f*) 1. Petr. cap. 5. (*g*) Eccle. cap. 9. 1.

bisve vigilandum; ne incautis, aut somnolentis subrepat hostis vigilantissimus, spolia auferat a nobis pretiosa adoptionis divinæ, & in æternæ perditionis abyssum impellat nos. At quod terribilius: pugnam cum inimicis conserimus: videmur generosi resistere: de illis triumphare reputamus; & nescimus tamen, utrum amore, an odio digni simus. Merito igitur iterum nobis: (*a*) *Carissimi ... cum metu*, *& tremore vestram salutem operamini*. Super quæ Augustinus (*b*) „ Quare *cum timore*, *& tremore* „ *vestram salutem operamini*? Subjecit caussam: Deus est enim, qui operatur in vobis & velle, & operari pro bona voluntate. Si ergo Deus „ operatur in te, gratia Dei bene operaris, non viribus tuis. Ergo *si* „ *gaudes*, *& time*: ne forte quod datum est *humili*, auferatur *superbo*. “ Verumtamen nulla prorsus vigilantia, humilitas nulla eis est, qui in negotio æternæ salutis nihil timent; ut ii sunt, qui ex superficiali in Virginem pietate falso sibi blandiuntur, *che non potranno dannarsi: che non saranno presi da morte subitanea ec.* Vides, contra quos scribam? Vides, quam sancte scribam: ma non si ha da spacciare una sì larga promessa, che può divenire una lusinghiera speranza per far *addormentare i Cattivi* con una sola esterior Divozione alla Vergine *ne' loro vizj*, e far camminare con *poca vigilanza* i Buoni?

555. Ne plura. Mea nunc laudata profers, eademque approbas, veritate cogente. Scribis enim n. 4. „ Quæ quidem *omnia*, etsi *sanam doctrinam* in speciem contineant, eo tamen a Reformatoribus congeri, & in„ sinuari videntur; ut juxta ipsorum scopum, & vota, fiducia, & devo„ tio Fidelium in Dei Genitricem, quæ in Ecclesia Catholica adeo vi„ get, si non exterminetur, saltem minuatur, & decrescat, exterioris „ pietatis potissimum improbatis officiis. “

556. Calumniosissimos scrupulos tuos! Parcunt, & sæviunt: laudant, & vituperant. Sanam Pritanii doctrinam fateris. Itaque fateris innoxium. Absit: apagesis. Ad pravam intentionem confugis; ut sagittes in occulto innocentem. Num tibi datum est, penetralia introspicere cordis mei; quæ soli Deo clara sunt, & aperta? O bone, inquies: Rotunde scripsi: „ A Reformatoribus congeri, & insinuari *videntur*. “ Audi: *videntur*, *videntur*. Sed a quo *videntur*? A Plazza solummodo: a Te Scrupuloso: a te solum præjudiciis obruto usque ad verticem. Si *insinuari videntur*, *ut Devotio Fidelium erga Virginem saltem minuatur*, *& decrescat*: cur id dilucidius monstrare neglexeris? Istud operosius comprobandum erat ex meis: hoc præstito, cuncta perfecisses feliciter: trophæum rite caneres, meosque cineres Carnificis manu comburendos rite, meritoque conclamares. Id ipsum, quod omnino faciendum erat, omittis. Usquedum id non perfeceris (ad Calendas græcas) plenissimum mihi jus famam meam tuendi. *Nos tamen non*, *ut calumniaris*, *dicimus*. (*c*) Sed quæso... *Noli obscurare clara*, *recta pervertere*, *implicare simplicia*. (*d*)

557. Num. 14. scribis: „ Statuimus deinde ad Dei Genitricis patroci„ nium fidenter invocandum, invitandos etiam esse Peccatores. “ Quasi quod id inficias iverim: Comproba ex meis: secus tibi fidenter reponam: Ca-

(*a*) Philip. cap. 2. 12. (*b*) Super Psalm. 65. num. 5. (*c*) Lib. 5. oper. imperfect. num. 48. (*d*) Lib. 6. num. 31.

Calumniaris. Relege ſupra Caput XIV. primæ Partis, in quo evidenter admiſi, vel in ipſis Peccatoribus veram poſſe pietatem reperiri. Et in meo libello (*a*) de Virgine Matre ſcribo: Ricolma tuttavia *di quella Miſericordia*, che nudrì in terra, noi la riguardiamo come ajuto de' Criſtiani e *Rifugio de' Peccatori*. Expreſſiora exigis? Cæterum ſi & Peccatores perditiſſimi, ut fidentius ad Deum redeant, ſunt compellendi: Salubrius item hortandi ſunt, ut exaudiantur facilius, vera pietate in Virginem ferri, cujus promptius Patrocinium experiantur. *Debeo ſic tua argumenta refellere; ut ſi poſſis, intelligas, male tibi fuiſſe perſuaſum, quod aliis perſuadere moliris; teque ſalubriter pœniteat incautæ .... progreſſionis, & prolapſionis tuæ, non tantum tibi tua correctione, verum etiam pluribus profutura*. (*b*)

CAPUT VII.

Singularem erga Deiparam Devotionem, unam eſſe ex inſignioribus Divinæ Prædeſtinationis notis.

PRITANIUS.

558. CErtiſſime R. P. me ex nulla in Virginem pietate, ut credis; quinimo ceu Marianæ Pietatis Reformatorem, Reprobis adnumeraſti. Væ mihi, te judice: ſed incomparabiliter væ Calumniatori, judice Deo, niſi indeliberatione excuſeris, quod certe reor. Quid agis? Quid moliris? Doleo te, ceu navem in proceloſo mari ventis agitatam huc illuc; ſonantibus undis percuſſam, repercuſſam; ut neſcias, quo vadas, nequeas ire, quo velis. Ventis cedendum: prohibet unda; vitandi fluctus: impediunt venti. Nec tamen times, nec tamen ceſſas: & ut famam ſubmergas Pritanii, tuæ allidendæ in ſcopulos certum periculum non advertis. *Jam video, quibus premaris anguſtiis... Corrige, obſecro, ſcrupuloſam, præpoſteramque ſententiam: quia utique tunicam corrigeres, ſi te dextra in ſiniſtra forte veſtires*. (*c*)

559. Nova ſagitta confixurus Pritanium, ad ſigna volas prædeſtinationis; de quibus in meo libello nec etiam nomen. Verum, ſi quæ ſcribo, adtendantur; admitto, fateor, profiteor, ſingularem in Mariam pietatem eſſe unam ex inſignioribus notam Prædeſtinationis. Si memineris, ſingularem erga Sanctos pietatem, multoque magis erga Deiparam, mihi eam eſſe, de qua ſcribo: (*d*) *La ſoda e vera* Divozion verſo Maria, piucchè in altro, dee conſiſtere nell'imitazione delle ſue inſigni virtù, per quanto è permeſſo a noi Poverelli. Et: (*e*) La Divozion noſtra ſi ſcorge di ottimo metallo, che ſerve a renderci di cattivi buoni, e di buoni migliori. (*f*) Se ſiamo incitati ad abjurar la vita noſtra troppo diverſa da

(*a*) Cap. 22. pag. 313. (*b*) Libr. 3. contr. Julianum cap. 1. numer. 1. (*c*) Lib. 6. oper. imperfect. numer. 27. (*d*) Cap. 22. pagin. 313. (*e*) Cap. 20. pagin. 208. (*f*) Pag. 269.

quella de' Santi, affin di camminare per la via ſtretta e ſicura, da eſſi eletta, che infallibilmente mena al Paradiſo, e non già per la larga e pericoloſa del mondo, che guida alla perdizione .... Se ci accoſteremo con vera diſpoſizione a i Sacramenti, con riportarne a caſa maggior amor di Dio e del Proſſimo ec. Qui igitur hac ſingulari pietate Deiparam veneratur, me judice, ex inſignioribus, quinimo inſigniorem habet notam ſuæ Prædeſtinationis. Eam nimirum poſſidet, quam Spiritus Sanctus per os Apoſtoli Petri revelavit; (*a*) „ Fratres *magis ſatagite*, ut *per* „ *bona opera* certam veſtram vocationem, & electionem faciatis. " Hoc ſolummodo argumentum tuis in nihilum ſcrupulis redigendis decretorium omnino eſt. Verum totum in me virus tuum effundatur in medium: fors ſanitatem adipiſceris.

560. Quæſo, nomine *notarum* Prædeſtinationis intelligis hic *certa* ſigna, & *infallibilia* comparandæ ſalutis æternæ? Apageſis. Sapienter enim num. 5. illas dicis *probabilia* ſigna, & *indicia* Prædeſtinationis; & ex Raynaudo *ſigna veriſimilia*. Tridentinum quippe docet: (*b*) „ Nemo, quamdiu in „ hac mortalitate vivitur, de arcano divinæ Prædeſtinationis Myſterio „ uſque adeo præſumere debet; ut certo ſtatuat, ſe in numero eſſe Præ„ deſtinatorum; quaſi verum eſſet, quod juſtificatus, aut amplius pecca„ re non poſſit; aut ſi peccaverit, certam ſibi reſipiſcentiam promittere „ debeat. Nam, niſi ex ſpeciali revelatione ſciri non poteſt, quos Deus „ ſibi elegerit. " Verum quid, ſi Pritanius affirmaret dilucide, medium eſſe ſaluberrimum æternæ ſaluti comparandæ Pietatem veram erga Virginem Matrem, mutires? Pœniteret? Annon jure reponerem tibi: *Tu ipſe, tu qui loqueris, nec quid loquaris, adtendis?* [*c*) Nunc ſaltem adtende.

561. In eodem Capite (*d*) in quod offendis, hæc ſcribo: I. E quanto all'invocarla ne' noſtri biſogni, comune abbiamo il ſentimento della Chieſa, che più utilmente ricorreremo a Lei, per ottener benefizj da Dio, che al rimanente de' Santi. II. (*e*) Ricolma tuttavia *di quella miſericordia*, che nudrì in terra, noi la riguardiam come Ajuto de' Criſtiani, e Rifugio de' Peccatori. III. (*f*) Ripeto adunque eſſer utile e lodevole ſopra ogni altra Divozione a i Santi quella della Vergine Santiſſima; e doverſi lodare, chi la promuove ed accreſce, e chi l'abbraccia ed adempie. IV. (*g*) E' a noi permeſſo di chiamare *Speranza noſtra* anche Maria, ſtante l'efficacia delle ſue preghiere preſſo il ſuo Figlio, ed atteſa l'inclinazione della ſomma ſua carità a giovarci. V. Certamente chi ha una vera interiore divozione alla Madre di Dio, accompagnata da coſtumi corriſpondenti a tal Divozione, dee ſperar molto dall'interceſſione di chi tanto può preſſo Iddio. VI. (*h*) „ Suis nimirum precibus Deipara Virgo, præ omnibus aliis „ Sanctis, ſpem nobis uberiorem facit veniæ a Deo per Jeſum Chriſtum „ impetrandæ. " Quid cuncta iſthæc ſibi volunt, niſi veram, & multo magis *ſingularem*, ut ais, in Virginem Matrem, ad immortale Regnum adipiſcendum, viam nobis ſternere planiorem? Quod Theologis dicitur *Probabile ſignum Prædeſtinationis*: nempe qui Fidelis vere pio corde Mariam colit,

(*a*) 2. Petr. 1. v. 10. (*b*) Seſſ. 6. cap. 12. (*c*) Lib. 4. contr. Julian. cap. 1. num. 8. (*d*) Cap. 22. pag. 312. (*e*) Pag. 313. (*f*) Pag. 316. (*g*) Pag. 319. (*h*) In lib. de Superſtit. vitanda cap. 2. verſus finem.

colit, ſpem etiam habet, ut ejus præpotenti interventu perennem vitam conſequatur. Impoſterum, moneo: *Noli præcipitare ſententiam: diligenter conſidera, quid te reſpondere conveniat*. (a)

562. Audiamus te de me ſcribentem. Ordiris Caput: „ Tam inſigne „ Marianæ Devotionis ornamentum (b) ſimul & incitamentum labefacta„ re molitur Pritanius, ſicut antea fecerat ſub Lampridii nomine in li„ bro de Superſtitione vitanda (c) ubi & gloriatus eſt, ſe de hac ſen„ tentia dimoviſſe ſpectatiſſimum virum. “

563. Impium certe Pritanium, ſi hoc fecerit! Auguſtinum imitatus eſſet, de ſe ſcribentem: „ Per idem tempus annorum novem; ab undevi„ ceſimo anno ætatis meæ uſque ad duodetriceſimum, *ſeducebamur*, & „ *ſeducebamus*, falſi atque fallentes. “ Sed eo ſceleratior Auguſtino Pritanius, quod ille adoleſcens erat, ego ſenex. Quid, inquam, ſceleſtius eis, qui *lætantur, cum male fecerint*; (d) quinimo & gloriantur? Verum ſi hujuſce tui aſſerti rationem non probaveris, ſuſtinendus tibi quoque erit idem Auguſtinus: (e) *Tu enim ubi me hoc dixiſſe legiſti, niſi quia calumniaris, ut ſoles?*

564. Cur mea producere negligis ex libro de Superſt. vitand. comprobaturus, quod ais? *Sed ego, etiam te nolente, commemorabo, quod prætereundum putaſti*. (f) Hoc pacto certe *non latebis; lumen quippe te perſequitur veritatis*. (g) Non alia in laud. libro a me proferuntur, quam taliter non eſſe prædicandam pietatem erga Deiparam, ut *damnari non poſſit*, qui eam poſſideat. Quod ſi ob iſta me reum traducis, tibi adverſaris dilucide, cunctiſve Theologis, qui Prædeſtinationis ſigna, non *certa*, non *infallibilia*, ſed *probabilia* dumtaxat fatentur. En mea:

565. „ Fuit mihi olim amica contentio cum viro non minus pietate, „ quam Doctrina ſpectatiſſimo. Laudabam ego in illo *animum effuſum* in „ obſequium, & affectum erga Deiparam. Quis enim in Eccleſia Catho„ lica *non amet*, & *laudet* colentem, & amantem *illam*, cujus enco„ mium Angelus in Evangelio contexere cœpit, & quam SS. Patres or„ nare laudibus non ceſſant? Ejus cultus, amor, & honor *ad Fidem Ca„ tholicam ſpectat*. Verum minime mihi in illo probabatur (*adtende P. „ Plazza*) ita extollere Devotionem erga Mariam, *ut ſine illa ſperanda ſa„ lus æterna non foret* (h) *& cum iſta cœlum e manibus Fidelium* ELABI „ NEQUIRET. Afferebat ille in hanc rem S. Anſelmi verba: *Sicut, o „ Beatiſs. Virgo, omnis a te averſus, & a te deſpectus, neceſſe eſt, ut inte„ reat: ita omnis ad te converſus, & a te reſpectus, IMPOSSIBILE EST, „ ut intereat*... Quibus ex verbis, ultra quam par eſſet, ut mihi videba„ tur, Auditoribus ſuis fiduciam Regni cæleſtis adipiſcendi faciebat; dum „ ejuſdem Devotioni, ac laudibus Virginis quiſque inſiſteret. Contra ego „ ajebam, componenda eſſe cum vera Sanctiſſimæ Eccleſiæ noſtræ doctri„ na; atque ita explicanda, ut adverſus eam nulla ex parte pugnent. „ Non ignoraſſe S. Anſelmum, quæ hac de re ſententia Eccleſiæ foret;

neque

(a) Ibidem cap. 3. num. 30. (b) Prout in Titulo Capitis. (c) Cap. 2. pagin. 16. (d) Lib. 4. Confeſs. cap. 1. num. 1. (e) Proverb. cap. 2. verſ. 14. (f) Libr. 4. oper. imperf. num. 52. (g) Lib. 5. oper. imperfect. num. 64. (h) Tridentinum *utilem* duntaxat dicit, & *bonam*. Relege ſup. cap. 5.

„ neque cenſendum ab ea diſcedere voluiſſe. Si quid crudum, nimium-
„ que exciderit Sanctis Viris, ſive Devotionis fervore, ſive Oratoria li-
„ centia in laudandis Sanctis, emolliendum eſſe ad Canonem Orthodoxæ
„ doctrinæ; & nihil verbis iis inſiſtendum, ſed eorum intentioni, ut ſci-
„ te monuit Card. Bellarminus Lib. I. de Sanct. Beatit. Cap. XVII. alii-
„ que Theologi Polemici. Neque omnes Sanctos in SS. Patrum cœtum
„ eſſe inferendos: & quamquam eum honorem S. Anſelmo deferre mali-
„ mus, illius tamen verba ſano illo ſenſu accipienda, & explicanda eſſe,
„ quem ſup. laud. Theophylus Raynaudus, hæc ipſa Anſelmi, aliorum-
„ que ſimilia loca expendens, ſapienter, & ſecundum Eccleſiæ mentem
„ iis tribuit in Diptyc. Marian. Punct. X. num. 37. pag. 237. " *Qui librum meum intelligens legit, mox invenit, teque pervidet* ſcrupuloſe *agere, qui eamdem cauſſam totam commemorare noluiſti ... Hæc verba mea tibi propoſuiſſes, vel certe hanc ſententiam meam, ſi mihi quoquo modo reſpondere voluiſſes: quibus prætermiſſis, dicis tibi ipſe, quod vis, ut mihi non ea, quæ a me dicta ſunt refellendo, ſed non tacendo reſpondere videaris.* (*a*)

566. Progrediamur ad mea, quæ producis ex Lib. della Regolata Divozione (*b*). Proſequeris num. I. „ Ea propter exaggerat incertum, in quo
„ verſamur, conſequendæ ſalutis æternæ. Eh, che il Criſtiano, ſecondo-
„ chè abbiamo da S. Paolo (*c*) dee, fin che vive, operar *con timore, e*
„ *tremore* l'eterna ſua ſalute. Abbiamo in oltre per Dogma di Fede, che
„ la Perſeveranza finale, non che il riſorgimento da i peccati, è un do-
„ no gratuito di Dio; nè ſenza una chiara Rivelazione del medeſimo Iddio
„ (la quale chi può ſperarla? anzi ſarebbe piuttoſto da ſoſpettare, che
„ veniſſe dal Diavolo ingannatore) noi non poſſiam giammai eſſer ſicuri
„ di finire in bene. " Nonne hic omnia ad amuſſim veritatis, & Fidei ſcripta ſunt? Certe inficiari nequibis. Proſequere.

567. „ Atque hinc reſolute concludit (Pritanius) *Perciò la ſperanza*
„ *ſuddetta* (hæc mea alio caractere ſcribenda ducis: in hiſce quidem la-
„ tebit mortiferum virus) *ſiccome nociva a i Criſtiani, e contraria agl' inſe-*
„ *gnamenti della Chieſa, ed anco ſuperſtizioſa, affatto ſi ha da rigettare.* "
Hic iterum ſiſte. Videris igitur de me proferre, quod a Fidelium cordibus ſpem enitar avellere, qua confidunt æternam quoque ſalutem Virginis interventu adipiſci. *Hæccine monſtra cogitationum aſcendunt in cor tuum!* (*d*) *Tu autem ... abſtuliſti verba, quæ dixi: & dixiſti, quod ipſe finxiſti ...* *Redde* omnia *verba mea, & evaneſcet calumnia tua.* (*e*) Adtende omnia mea, quæ neceſſaria ſunt integro ſenſui perficiendo, & quæ omiſiſti; ut ſaltem vera judicent alii, quæ dixerim.

568. Con tutto ciò è a noi permeſſo di chiamare *Speranza noſtra* anche Maria, ſtante l'efficacia delle ſue preghiere preſſo il ſuo Figlio, ed atteſa l'inclinazione della ſomma ſua carità a giovarci. (Num hæc legere non potuiſti, quibus efficaciter moneo Fideles, ut ſuam in Virginem Matrem fiduciam ponant?) Ma ſe mai taluno amplificaſſe sì fatta Speranza, fino a promettere (adtende, adtende) *che chi è ſuo Divoto, non potrà dan-*

(*a*) Lib. 5. oper. imperfect. numer. 25. (*b*) Cap. 22. pagin. 319. &c. (*c*) Ad Philippenſ. cap. 2. verſ. 12. (*d*) Libr. 2. contr. Julianum cap. 8. num. 30. (*e*) Libr. 4. cap. 8. num. 47.

dannarsi, *non sarà preso da morte subitanea*, *e gli resterà tempo di riconciliarsi con Dio*, ed anche promesse di beni temporali: Sappiano i Fedeli (scito tu, P. Plazza, quam enitar avellere a Fidelium cordibus spem) che cotali insegnamenti (così generalmente parlando) non possono aver luogo nella pura Religione di Cristo, cioè nella Cattolica Romana. Certamente chi ha una vera interior Divozione alla Madre di Dio, accompagnata da costumi corrispondenti a tal Divozione, dee sperar molto dall' intercessione di chi tanto può presso Dio. (Vides, quantum deferam spei erga Virginem Matrem?) Ma non si ha da spacciar una sì larga promessa (videlicet: sino a promettere, che chi è suo Divoto non potrà dannarsi ec.] che può divenire una lusinghiera Speranza, per fare addormentare i cattivi con una sola esterior Divozione alla Vergine ne' loro vizj, e far camminare con poca vigilanza i Buoni. Post sequuntur verba, quæ in hoc Cap. impetis. (a) Cum igitur hic scribo: Però la Speranza suddetta, siccome nociva a i Cristiani ec. de ea loquor spe, che chi è suo Divoto, non potrà dannarsi ec. Annon isthæc verissima, & sanctissima? Relege tuum Crasset, cap. superiori laud. Hæc quivis Theologus & profitetur, & credit: hæc ipsemet P. Plazza ire nequit inficias, qui Prædestinationis signa dumtaxat *probabilia* fatetur. Quinimo adtende, quam dilucidius mihi subscribas n. 9. „ Nos itaque, ais, inter illustrio„ ra divinæ Prædestinationis signa reponendam esse censemus singularem „ in Deiparam Devotionem. (*Adtende*, *quæ sequuntur*) Quin propterea „ Mariæ Clientibus æternam salutem *certo*, *&* *infallibiliter* consequendam „ spondeamus; aut Peccatoribus aditum ad cælum absque salutari pœni„ tentia patere posse dicamus. " O bone, & non vides, quod in te probas, quod in me impetis? Eam unice spem execror, qua credatur, che non potrà dannarsi ec. Prosequere.

569. „ Tum factis mirabilibus, quibus id suaderi solet, fidem abrogat: „ Contansi, è vero, (mea sunt) alcuni Miracoli, per far credere sussi„ stente questo preteso Privilegio de i Divoti della Vergine (videlicet, „ *che non si potrà dannare*: *che non sarà preso da morte subitanea*: *gli resterà* „ *tempo di riconciliarsi con Dio*) ma racconti sì fatti non sono insegna„ menti di Fede; nè il saggio Cristiano dee appoggiare il grande inte„ resse dell' Anima sua a dubbiose o finte Leggende; ma bensì all' infalli„ bil verità delle divine Scritture, che sono contrarie a simili pretensio„ ni, e a i SS. Padri, e Teologi assennati, che le ripruovano.

570. Quid in hisce meis scelerati est? Quid non sanum? quid non sanctissimum? Cave, dilectiss. in Christo, ne falsa quoquo modo dixeris: sibilis excipiendum te proposueris ad minimum veris Theologis, cordatisque hominibus. Et quidem mihi consimilia scribis, & vehementiora præ me; ut videaris omnino ipsemet mihi vindicias scribere pro impactis calumniis. Num. 57. productis tribus miraculis, quibus Virgo narratur quosdam aut vivos sustinuisse, aut ad vitam revocasse, *quousque sacris Mysteriis expiarentur*, sapienter subdis: „ Animadvertendum tamen hic est, „ *insipientem* valde fore, qui istiusmodi miracula sibi promitteret a Deipa„ ræ *clientela*, *&* *patrocinio*, & huic *vanæ*, ac *temerariæ spei*, quæ *tentatio*- „ *nem*

(a) Leg. sup. n. 663.

„ *nem Dei* olet, ſuam æternam ſalutem committeret, ut ex D. Auguſti-
„ no in ſimili monuimus Part. 1. cap. v. num. 39. " quæ hæc ſunt:
„ Ejuſcemodi exemplis optime probari, quod intendebam, quantæ nimi-
„ rum ſint apud Deum efficacitatis Interceſſiones Sanctorum ad peccato-
„ rum veniam nobis obtinendam; ut fiducialius ad eos recurramus. Sed
„ non inde deduci, & hoc poſſe a Sanctis ſperare Peccatores, ut etiamſi
„ in peccatis moriantur, Sanctorum interceſſione ad vitam redire valeant;
„ ut ſalutarem pœnitentiam agant, & a peccatis abſoluti denuo morian-
„ tur. *Vana* profecto, *inſolentiſſima*, & *prorſus temeraria* eſſet hæc ſpes.
„ Ut enim in re ſimili ſcite admonuit Auguſtinus: (*a*) *Hoc in miraculis*
„ *habendum divinæ Potentiæ, non ad humanæ trahendum exemplar naturæ. Nam*
„ *quando Deus voluit, etiam jumentum mutum eſt rationabiliter locutum. Nec*
„ *ideo ſunt admoniti homines, in deliberationibus ſuis aſinina expectare conſi-*
„ *lia.* " Ob præſtitas vindicias ex corde grates rependo, qui calculo tuo meam firmas doctrinam n. 56. licet in initio tota contentione impetere, ac infamare conatus ſis. Sed *nulla ratione docere potuiſti, quamvis fueris multa contentione conatus: quod poſſunt videre, qui legunt & tuas calumnias, & refutationes meas* (*b*) quinimo & tuas.

CAPUT VIII.

Propenſa Fidelium in B. Virginem Devotione ſuperiorem aliam divino Redemptori noſtro debitam, non infirmari, ſed potius ſolidari.

PRITANIUS.

571. ORdiris Caput: „ Infirmari non modo timet, ſed queritur Pri-
„ tanius... Iſtud autem reipſa contingere, tribus probat exem-
„ plis. " Igitur, te auctore, ſcripſi: *Propenſa Fidelium in B. Virginem devotione Redemptori noſtro debitam infirmari*. Condona: *Non, ut calumniaris, ego dixi.* (*c*) Calumniaris, inquam, calumnia patentiſſima, quinimo incredibili. Annon incredibile eſt, ut mihi illud affingas, cujus oppoſitum clariſſime eſt in verbis meis, quæ tumet & in latinum vertis, & profers n. 1. & ob quæ in judicium trahis me? Miſerrimum hominem a ſcrupulis, a præjudiciis! ut videns non videas, legens non intelligas. Age: profer mea, in quibus legis ea a me ſcripta. Profers num. 1. „ Poſſet
„ etiam *inconſulta quorumdam* erga Mariam Devotio *ſupra modum* efferri,
„ ſic ut ſuperiorem, ac neceſſariam divino Salvatori noſtro a nobis de-
„ bitam infirmet. " Potrebbe anche l' *indiſcreta* Divozion *di taluno* cadere nel *Troppo*, con infievolire la ſuperiore e neceſſaria, da noi dovuta al divino noſtro Salvatore Gesù. Igitur, temet referente, *de inconſulta, ex-*

cedente

(*a*) Epiſt. 57. ad Dard. ad quæſt. 2. (*b*) Lib. 4. oper. imperfect. n. 105. (*c*) Lib. 3. cont. Julian. cap. 21. num. 47.

dente Pietate loquor, & *quorumdam*, di *Taluno*: tu ſcribentem indicas me, *de propenſa*, *vera ac fervente* Pietate, & *Fidelium* indefinite. Quod ſcribo, veriſſimum eſt, ſanctiſſimum eſt: quod me ſcripſiſſe fateris, impium eſt. Annon igitur calumniaris patentiſſime? Num idem tibi Pietas inconſulta, indiſcreta, & excedens, ac propenſa, vera, ac fervens? Num idem tibi: La Divozion di *Taluno*, quod ſcribo, ac Devotio *Fidelium*, quod a me ſcriptum comminiſceris? *Vides*, *in quæ fueris abrupta progreſſus? Redi ergo a præcipitio laborioſæ diſputationis tuæ*. (*a*) Si animus tibi eſt, vere mihi adverſari, hoc pacto Titulus hujuſce tui Capitis reformandus eſt. „ Non „ poteſt inconſulta quorumdam Devotio in B. Virginem taliter ad exceſ- „ ſum uſque venire, ut debitam infirmet Redemptori noſtro pietatem. “ Sed iſthæc tuo palato non ſapiunt: ſibilis eſſes excipiendus, ſi faceres. Confitere igitur, injuſte hic Pritanium te impetere.

572. Diuturna meditatione comperi, & experientia, pronum eſſe imbecillitati hominum, ut in pietate erga Sanctos, Sanctorumve Reginam ad exceſſum uſque perveniatur; aut ad impietatis exceſſum, prævalente malitia, ut omnis omnino aboleatur memoria Sanctorum; aut ad ſuperſtitionem uſque, excedente pietate; niſi fidelis animus caute contineat ſe intra ſincera Eccleſiæ documenta. Hujuſce rei ſignum infallibile eſt ipſamet fœcundiſſima ſeges ſuperſtitionum. Metit quotidie Roma plurimas igne comburendas: at nova ſemper ſuccreſcunt germina earum. Id crederem, præter alia, ex eo venire; quod frequentiora experiamur beneficia, Sanctorum ope, potiſſimum Dei Genitricis, venientia: quorum licet Deus unica ſit cauſſa principalis, Virgo Mater, ac Sancti cauſſæ miniſteriales: quot tamen ſunt, qui magis rivulis adtendunt, quam Fonti, ex quo tamen ſolo aqua in nos fluit beneficiorum? Fit proinde, ut velint grati animi vices rependere, habeantque faciliores impoſterum gratiarum largitores. At quandoque evenit quibuſdam, ut, dum hæc deſiderant indicia amoris efferre, nunquam ſatis eſſe, quod faciunt, credentes, ultra debitam virtuti metam excedant. Etenim quo meliora ſunt opera pietatis, eo avidius currit in illa animus ad pietatem diſpoſitus: nec timet in ſatietate exceſſum; quia ex bonitate objecti bonum ſemper reputat, quantum amet; nulloque vult termino circumſcribere amorem ſuum. Eo ſane modo ac facilius in comedendo ſanos cibos exceditur, quam noxios. Hi enim dum comeduntur, continuo auditur interior vox: *Cave*, *ne excedas; noxii ſunt*: ſanos vero comedentibus, ſemper ſanitas apparet eorum; ut proinde & avidius comedantur, & ſecurius excedatur. Quid utilius poſt Deum, quid ſalubrius, quid ſanctius, quam Virginem venerari, impenſius colere? Ejus poſt Deum maxima excellentia divinæ Maternitatis; ejus ſub Deo ſanctitas, qua nemo major, aut æqualis; ejus in nos materna caritas, & ſumma, item beneficia inexplicabilia &c. ut ad eam feramur, ſtimulos agunt pungentiſſimos. Id norunt Fideles omnes: id frequentat per orbem Eccleſia Chriſti. Ex his, in corde vera pietas fervens ei nititur excellentioris gloriæ tributa perſolvere, necnon ferventis animi grates referre. Sanctiſſime quidem. Sed quando ex pietate non ſecundum ſcientiam, eo urget ardor Virginis celebrandæ; ut, omnis veræ pie-

(*a*) Lib. 6. oper. imp. num. 27.

pietatis effracto repagulo, eo modo colatur Deipara, quo nec debeatur, nec possit. Relegatur Cap. II. I. Partis.

573. In hæc animum intendens, scripsi: Potrebbe anche l' indiscreta Divozion di taluno cadere nel *Troppo* (en excessum, & superstitionem) con infievolire la superiore e necessaria, da noi dovuta al divino nostro Salvatore Gesù. Satis ad hanc rem, bina profero exempla: (*a*) Fu santamente proposto dalla Chiesa il sacro Avvento a' Fedeli; acciocchè ognuno si prepari alla gloriosa nascita del Figlio di Dio, e si mediti quell' ineffabil Misterio dell' Amor di Dio verso noi Peccatori. *Si sono trovati Divoti, che han convertito quei sacri giorni in onor di Maria.* En exemplum alterum. Vien poi la Festa dell' Annunziazion della Vergine. Il principal Mistero di quella gran Solennità è l' Incarnazione, e la Concezione del Verbo divino umanato, cioè del principio e della sorgente di tutti i beni spirituali del genere umano. Pochi mi mostrerete de' Sacri Oratori, che trattino allora questo sublime argomento per istruzione e consolazione de' Fedeli. *Il Panegirico ha da essere di Maria SS.* ed è da compatire, chi così opera; perchè non ischiverebbe di comparire poco divoto di Maria, se altrimente facesse. Merita bene assaissimo la Madre di Dio, ma senza paragone merita più il divino Salvatore suo Figlio.

574. Hæc mea zelum tuum incenderunt adversus me. Sed, rogo te, horumne Fidelium affirmaveris laudandam Pietatem, qui privatam præferentes pietati Ecclesiæ *han convertito quei sacri giorni in onor di Maria*, Adventus videlicet, & Annuntiationis? Cave, ne dixeris; nimis enim contumax præteferes directioni Ecclesiæ Matris. (Quod tamen facere non vereris.) Sanctissime quippe Festa hæc ordinavit Ecclesia; ut excitati a gravi sopore Fideles plurimi, saltem quandoque perpenderent divini in nos Peccatores amoris incendium, quo Filium suum, verum Deum de Deo vero, dedit incarnatum in Virgine, ac de Virgine Matre natum in præsepi; ut hoc pacto a creaturis cor avocantes, in eo æternum quiescant, qui *exinanivit semetipsum, & egenus factus est, cum esset dives.* Idcirco nos monet Ecclesia (*b*) ex Apostolo: *Fratres, hora est, jam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus, quam cum credidimus;* easque disponit orationes sanctissimas, ut in die Nativitatis Jesu digni inveniamur, quibus oriatur in cordibus nostris, nunquam interiturus, qui semel in stabulo natus est nobis. Audiatur Bernardus: (*c*) „ Hodie, Fratres, ce„ lebramus Adventus initium, cujus utique, sicut & cæterarum solemni„ tatum, nomen quidem celebre satis, & notum mundo, sed ratio no„ minis forte non ita... Diligenter pensate rationem Adventus hujus, „ quærentes nimirum, *quis sit*, qui veniat, *unde*, *quo*, *ad quid*, *quando*, „ *& qua*. Laudabilis sine dubio curiositas ista, & salubris: neque enim „ tam *devote Ecclesia* universa præsentem celebraret Adventum, nisi late„ ret in eo magnum aliquod Sacramentum. " Et: (*d*) „ Hujus ergo „ Adventus tantæ majestatis, tantæ humilitatis, tantæ caritatis, tantæ „ etiam glorificationis nostræ ab universa Ecclesia semel in anno solemnis „ me-

(*a*) Cap. 22. pagin. 321. (*b*) In Capitulo ad Vesperas Dominicæ I. Adventus ad Roman. 13. (*c*) Sermon. 1. de Adventus numer. 1. (*d*) Sermon. 3. De triplici Advent. Domini num. 2.

„ memoria celebratur ; ſed utinam ita ſemel ageretur ut ſemper . " Si conſiderare libeat Orationes , quas præſcribit Eccleſia in divino Officio Adventus, & in Miſſa; omnes eo collineare videbis, ut infirmitatem noſtram, Redemptoris neceſſitatem, ejuſve in nos immenſam Caritatem aperiant. Cur, inquam, hæc ? Ut recordentur immemores , excitentur deſides, magis accendantur ferventes . Quinimo quanti fecerit Domini Adventum Eccleſia ex eo cape, quod in illo præceperit jejunandum . Conc. Turonenſe an. 570. ait: *De Decembri uſque ad Natalem Domini omni die jejunent* . Vide Rabanum Maurum Sæc. IX. (*a*) & Innocentius III. Sæc. XII. *Jejunium etiam apud nos in Adventu Domini agitur*. Item in SS. Annuntiationis Feſto quid aliud præſtat Eccleſia , niſi Fidelium cordi proponere ineffabile illud divinæ Pietatis Myſterium , noſtræque Redemptionis exordium ; ut illud ſeria meditatione recolentes , eum , excitentur , diligere *ex tota anima*, *ex toto corde*, *ex tota mente*, *ex omnibus viribus ſuis*, qui *propter nimiam caritatem ſuam*, *qua dilexit nos Deus*, *Filium ſuum miſit Peccatores ſalvos facere?* Hinc merito Bernardus : (*b*) „ Conſiderare eſt, Fratres, in ſolemnitate hodierna Dominicæ Annuntiationis velut ameniſſimam quamdam planitiem, ſimplicem noſtræ Reparationis hiſtoriam . " Peragitur quidem hiſce ſup. laudatis diebus quandoque de Virgine Matre, ſed ex neceſſitate conjunctionis. Carnem Chriſtus aſſumpſit: in qua? In Maria. Mundo natus eſt Chriſtus : de qua ? De Maria . Conſiderat, inquam, Eccleſia Virginem ex divina Maternitate ſupra omnes puras creaturas excellentiſſimam. Invocat eam, necnon Sanctos; ut eorum precibus & tenacius credant Fideles myſteria propoſita, & per hæc firmius ſperent, & diligant ſuavius Deum . Sed quod principalius meditandum inculcat, immenſa Dei Caritas eſt, & Miſericordia.

575. Dic ſodes , dilectiſs. P. Num laudandos proferre audebis Fideles eos, qui ex pietate quidem in Mariam , poſtpoſitis Eccleſiæ votis , ac directione, eidemve contumaces, eo pietate excedente feruntur , quo tunc temporis potiſſimum eundum non eſt ? Hi quidem opere ſuo intelligi volunt, majorem erga Deiparam dilectionem , præ Eccleſia Matre, ac Magiſtra . Ipſa enim ad Chriſtum dirigit principalius , principalius ipſi ad Virginem Matrem. Num id ſecundum ſcientiam dixeris ? Certe in ea occaſione verſamur, de qua ſcripſi: Potrebbe anco l' indiſcreta Divozion di taluno cadere nel Troppo con infievolire la ſuperiore e neceſſaria, da noi dovuta al divino noſtro Salvatore Gesù . *Inconſulta* quidem eſt pietas horum; quia oppoſita Magiſtræ Eccleſiæ directioni : *Excedens* eſt ; quia ex votis Eccleſiæ tempus in Chriſti potiſſimum memoriam expendendum, in ejus dilectionem , in gratiarum actionem &c. Marianæ gloriæ principalius impenditur ; ac proinde s' infievoliſce la ſuperior Divozion e neceſſaria, da noi dovuta al noſtro divino Salvatore Gesù . Aſt etiam perpende, quantum præ te addictior Pritanius ſit Eccleſiæ Matris diſciplinæ; qui, quando ipſa edicit noſtræ Reparationis Myſteria recolenda , ejuſdem ſecundare affectus nitatur, in eaque animum effundant ſuum Fideles omnes, deſideret, meditatione, gratiarum actione, dilectione &c. Acciocchè

 ognun

(*a*) Lib. 2. de Inſtitut. Cleric. cap. 22. (*b*) Serm. 2. in Annunt. B. M. de ſeptiformi Spir. in Chriſto num. 1.

ognun si prepari alla gloriosa nascita del Figlio di Dio; e si mediti quell' ineffabil mistero dell' Amore di Dio verso noi Peccatori ; & in die Annuntiationis l' Incarnazione e Concezione del Verbo di Dio umanato, cioè, il principio e la sorgente di tutti i beni spirituali del genere umano. Et tamen Fideles commendas oppositam tenentes viam, Pritanius tuæ est aversionis objectum. Si liber a præjudiciis esses adversus me, certe subscriberes mihi, inhæsitanter affirmo.

576. At ut profundius scrupuli tui suffodiantur ; & , si possibile sit, præjudiciis exuaris, adtende. Si per impossibile nunquam præcepisset Ecclesia, nostræ Redemptionis Mysteria recolenda, Incarnationis, Nativitatis &c. Num impune nunquam recordarentur Fideles eorum ? Absit blasphemia execrabilis. Et ubi grati animi vices, quas Naturæ lex vel barbaris hominibus implantavit? Exigit necessario gratias beneficium ; & eo crescit officium grati animi, quo excellentius beneficium est. Cui non horrori sunt receptorum donorum immemores ? Decem mundaverat Leprosos Redemptor noster: (*a*) unus ad ipsum rediit benefico gratus. At offensus etiam Jesus ait: *Et novem ubi sunt? Non est inventus, qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena*. Super quæ Augustinus: (*b*) „ Jesus Dominus laudat gratias agentem : ingratos improbat, mundatos in „ cute, *leprosos in corde*.

577. Et quidem Sabbati sanctitatem præcepit Deus: (*c*) „ Videte, ut „ Sabbatum meum custodiatis; quia *signum est inter me, & vos* in gene„ rationibus vestris; *ut sciatis, quia ego Dominus, qui sanctifico vos*. " Divinum quippe præceptum fuit quo ad diei septimæ determinationem; At Natura exigebat, ut una dies quandoque foret, qua feriati a temporalibus homines, uni Deo vacarent, Creationis beneficium memorantes: & ut perpenderent, quod solus Dominus sanctificaret eos : subinde grati animi rependerent vices, in eum sperantes meliorem vitam adepturi, eumve super omnia diligerent, qui omnium *Alpha, & Omega est, Principium, & Finis*. Mandaverat item Deus Hebræis, ut Pascha quotannis celebrarent: (*d*) „ Et cum dixerint vobis filii vestri : Quæ est ista Reli„ gio? *Dicetis eis* : Victima transitus Domini est, quando transivit super „ domos filiorum Israel in Ægypto, *percutiens Ægyptios, & domos nostras* „ *liberans*. " Profecto nostrarum actione gratiarum non eget Deus: jubet tamen suorum donorum memoriam ; sua hac jussione ad cor redire nos admonens, ut in eo debitum legamus omnibus a Natura implantatum, nempe, pro receptis beneficiis gratias referre. Jubet, inquam, ne ingrati simus. „ Ex his, quæ habes, gratias age Deo, tanquam fonti boni„ tis, unde habes : atque in omnibus bonis actibus tuis illi da clarita„ tem, tibi humilitatem. " (*e*)

578. Si Creationis memores esse nos, jubet Deus ; si Naturæ id exigit lex; quanto amplius in Redemptionis nostræ beneficio ineffabili id verum erit? *Nihil enim nobis nasci profuit, nisi redimi profuisset*. (*f*) Et quidem quænam creata mens potuit, aut poterit unquam, divinam nostræ

(*a*) Luc. cap. 17. 18. (*b*) Tom. 5. Serm. 176. num. 2. alias 10. de verbis Apostol. (*c*) Exod. cap. 31. 13. (*d*) Exod. cap. 12. 27. (*e*) Aug. Epist. 189. ad Bonifac. n. 8. (*f*) In benedict. Cerei in Sabbat. Sancto.

ſtræ Reparationis Caritatem penetrare? Quodnam majus beneficium recipere, aut expectare valebimus? *Gratias agitis, quia non ex vobis habetis. Quis enim vos ab illa ex Adam maſſa mortis, perditioniſque diſcernit? Nonne ille, qui venit quærere, & ſalvare, quod perierat?* (*a*) Itaque *age gratias, & amplectere, quod donatum eſt; ut merearis perfrui, quo vocatus es.* (*b*) *Quod eſt autem ſacratius laudis ſacrificium, quam in actione gratiarum? Et unde majores agendæ ſunt Deo gratiæ, quam pro ipſius gratia per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum?* (*c*)

579. Tacente igitur Eccleſia, neque ullam jubente noſtræ Reparationis memoriam, ipſa Naturæ lex Fideles omnes adſtringeret; ut quandoque ſaltem ea omnia memorarent ipſi, ac meditarentur: & ex tali memoria, exæſtuante cordis affectu, illi ſe dederent toti, credendo, ſperando, diligendo &c. qui totum ſeipſum tradidit nobis. An quia Eccleſia certum tempus nequaquam præfinit, quo in actus erumperent Fideles Fidei, Spei, Caritatis, ea propter liberi impune erunt ab hiſce nunquam eliciendis? Naturæ lege arctantur, necnon juſſione divina per quam pluries in annum (utinam quovis momento) Deo credere, in Deum ſperare, Deum ſuper omnia incenſo corde diligere.

580. Prænoſcens tamen provida Mater Eccleſia noxiam nimis ſocordiam multorum in eis recolendis; apprime utile duxit, ac neceſſarium, ut Feſta ediceret, in quibus præcipua agerentur Redemptionis Myſteria: hiſce Feſtis admoniti Fideles ad cor redirent, audirentque vocem Naturæ clamantis: *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi?* (*d*)

581. Concludamus tandem. Ex præaſſertis nequis non videre, quam ſapienter, quam ſancte, quam cohærenter ſcripſerim naturali legi, nedum votis Eccleſiæ: Potrebbe anco l' indiſcreta Divozion di taluno cadere nel Troppo, con infievolire la ſuperiore e neceſſaria, da noi dovuta al noſtro Salvatore Gesù. Ageſis, mi P. Quorum credis laudabiliora vota; eorum, qui nihili ducunt Eccleſiæ directionem diebus Adventus, Incarnationis &c. propriæ præſertim indulgentes pietati erga Deiparam; an Pritanii deſiderantis, ut eo feratur potiſſimum hiſce diebus memoria Fidelium, eorumve affectus, Sancti Spiritus directa regimine? Et tamen tu, inquam, tu eos extollis, Pritanium perſequeris. Sed *fruſtra te intorquens argumentationibus vanis, non adverſus me, ſed adverſus communem Matrem.* (*f*)

582. Præceps jam in ruinam corruit tui hujuſce Capitis machina, quam ſuper mea fundaſti: Potrebbe anco l' indiſcreta ec. Tua enim in me te deceperunt præjudicia, & ſcrupuli. Machinam quippe fundaſti ſuper ideas tuas; quæ utpote Scrupuloſi hominis aere leviores ſunt, immo nullæ. Legeras, me dumtaxat loqui *d' indiſcreta* Divozion di *Taluno*, che può cadere nel *Troppo*; & me ſcribentem prædicas de *Propenſa*, vera, ferventi *Fidelium*. Igitur aera verberas, non Pritanium: quibus ſi addideris hactenus dicta; jam machinæ tuæ nec pulverem invenies ullum. Verum, doleo ſcrupulos tuos: proferantur itaque ſingillatim; ut eos contemnere non faſtidias.

583.

(*a*) Aug. & Alyp. ad Julianam Ep. 188. n. 7. (*b*) Aug. To. 5. Ser. 166. n. 4. alias de div. 25. (*c*) Idem Tom. 8. l. 1. contra Adverſ. legis, & Proph. c. 18. n. 37. (*d*) Pſ. 115. (*e*) Lib. 6. cont. Jul. c. 5. n. 11.

583. Num. 3. ut alias, comparas me Luthero, Melancthoni, Calvino &c. Sat erit hujus verba proferre: (*a*) *Eo progressus est vesanus furor, ut Christi propemodum nudati spoliis eam* (Virginem) *ornarint*. „ Sed & (ais) „ Hospinianus Calvinista signanter vituperat: *Festum Annuntiationis hodie* „ *in solius B. Virginis honorem, ac memoriam celebrari*. " Ex his isto argumento quod efformo, me vales ad necem usque ferire: „ Acatholici „ queruntur quod Fideles erga Virginem pii derogarint superiori erga „ Christum pietati. De hoc eodem queritur Pritanius. Igitur par in eis „ doctrina. Igitur concremanda Pritanii ossa carnificis manu. "

584. Et quidem, Plazza judice, sed scrupuloso, sed non serenæ mentis. O bone; *Si de inconsulta quorumdam Pietate, & excedente*, hi dumtaxat loquantur, ut Pritanius, hæretici minime sunt in hac parte, ductum quippe sectantur & omnium vere Theologorum, & ipsius Apostolicæ Sedis, quæ plures hujusmodi devotiones & proscripsit, & damnat. Verum, cariss. P. jam nosti: omnes hi cane pejus, & angue quamlibet oderunt in Sanctos Pietatem, eam quoque Catholicæ Fidei quæ sana, sanctaque est. Hic eorum erroris cardo, hic hæresis est. Verum etiam maligni, si quæ quorumdam sit Pietas inconsulta, & excedens, toti attribuant veræ Ecclesiæ. Evince, cum his Pritanium sentire; & tunc erit in suis ossibus concremandus. „ Illi quippe ipsi (*b*) (*Pictor, & Poeta*) quibus quod- „ libet audendi, sicut eleganter dictum videtur, semper fuit aqua pote- „ stas, confunderentur tale aliquid ridendum fingere, quale tu creden- „ dum non confunderis disputare. "

585. Num. 4. adversus memoratos hæreticos, & Pritanium ais: „ Istis „ nos calumniis (*hæreticorum*) & illis seu timoribus, seu querelis (*Pri-* „ *tanii*) in primis respondemus: Quamtumcumque honorem Dei Geni- „ trici exhibemus, totum in divinissimum ejus Filium tandem redunda- „ re, & refundi, atque ad ipsius exaltationem pertinere. Quemadmodum „ Patres frequenter nos admonent. "

586. Et isthæc proferre non dubitas? Et contra hæreticos? (me certe non feriunt, ut vidisti) An ignoras, quid ex hisce tuis concludatur? *Hinc nunc diligenter adtende: & quod sequitur, ut intelligas, intentus ausculta*. (*c*) Itaque deleantur omnia Redemptoris Festa e Kalendario Romano, solaque de B. Virgine celebrentur: idem Fidelibus erit, ac si Christum, ut par est, venerentur, & colant. Nimirum *quantuscumque honor Mariæ exhibitus*, ut ais, *totus in ejus Filium redundat*. Itaque offer Rom. Pontifici libellum supplicem, ut primævam mutet disciplinam Ecclesiæ: nempe, ut in Festo Incarnationis Dominicæ memoria impost-erum sit principalior excellentissimæ divinæ Maternitatis in Virgine: Nativitatis Christi sit Marianæ lætitiæ, Redemptorem jam mundo natum videntis. Majoris Hebdomadæ dies, Mariæ Doloribus recolendis, adscribantur: In Paschate de gaudio peragatur ejusdem Virginis ob Christi Resurrectionem gloriosam. Etenim *quantuscumque honor Dei Genitrici exhibitus &c.*

587. Annon sentis, quod hoc modo differens, arma subministres Acatho-

(*a*) In cap. 2. Joan. apud Carif. l. 5. c. 11. de M. Deip. (*b*) Lib. 5. cont. Jul. c. 2. num. 6. (*c*) Lib. 6. cont. Jul. cap. 4. num. 10.

tholicis iis, ut in veram Ecclesiam furant pertinacius? Dum enim te vident scribentem, senem Societatis Theologum, Siculæ Inquisitionis Consultorem: *Quantumcumque honorem Dei Genitrici exhibemus, totum in ejus Filium tandem redundare, ac refundi*, credent certe, pervagatam esse apud Catholicos hanc tuam opinionem; quod videlicet Festa recolendis pietatis divinæ Mysteriis instituta, sanctissimum sit, in honorem Virginis Matris convertere. Hoc pacto majores animos capient Sedem Apostolicam infamandi cordatosque Fideles.

588. Equidem vero omnis honor, nedum Virgini exhibitus, sed & Sanctis, in Deum ipsum ultimo refundi, ac redundare necesse est: quis hoc neget? Sed prudens sit cultus, & ad Caritatis legem rite ordinatus. Qui enim honor defertur illis, *se cada nel Troppo*, ut scripsi, si metam excedat Virtutis, superstitiosus erit: & ita neque Sanctis acceptus, neque poterit in Deum refundi. Qua de re admoneo: Fuge extrema; & in medium Virtutis te retrahe. *Omnia tempus habent*, cunctos edocet Spiritus Veritatis (*a*). Nedum congruum quandoque, sed & necessarium soli Deo principalius vacare: ut, cum urget tempus in actus erumpere Fidei, Spei, Caritatis, admissorum scelerum pœnitere; cum ex præscrito Ecclesiæ rememoranda occurrunt Mysteria Redemptionis &c. Cum hæc, inquam, tempora urgent; innoxii minime sumus, si ad Virginem, vel ad Sanctos diverterimus pietatem nostram. Redditis autem, quæ sunt Dei, Deo, exæstuet in veneranda Deipara affectus noster. Tunc certe Matris honor redundabit in Filium. Vide, quam præ te æquior Pritanius, qui a tempore tempus novit discernere. Idcirco scripsi: (*b*) Merita bene assaissimo la Madre di Dio, ma senza paragone merita più il divino Salvatore suo Figlio. Si hoc te gessisses modo, ut ego, consentaneus Bernardo scripsisses, qui ait: (*c*) *Non est dubium, quidquid in laudibus Mariæ proferimus, ad Filium pertinere: & rursum cum Filium honoramus, a gloria Matris non recedimus*. Bernardum opponis n. 8. ut monstres, exhibitum Matri honorem, totum in ejus Filium refundi. At ex eodem honor, Filio præstitus, totus in Matrem redundat. Igitur aut Matrem semper veneremur, *directe, ac immediate* postposito Filio: aut semper Filium (quod esset decentius) postposita Matre; utroque enim modo semper adorabitur Filius, semper Mater coletur. Amat quidem Filius, Matrem honorari; sed multo amplius id amat de Deo præ pura creatura Genitrice: sed etiam Mater impensissime amat & honorare, & honorari præ seipsa. Age, cariss. P. age: ductum sequamur Ecclesiæ magistræ. Cum præcipit Festa Filio colendo, ipsi cor nostrum, & lingua potissimum laudes rependat amoris: etiam honorabitur Mater. Cum præcipit coli Virginem Matrem, in ipsam nostram sese effundant præconia: gaudebit, coletur & Filius Jesus. Unum hic obiter dicam, ne excidat e memoria. Videris, clarissime tibi ipsi adversari, & hic persequi me prorsus injuste. Recordare, quod alibi (*d*) scripsisti: „ Atque hinc ulterius inferimus, Cultum San„ ctorum omnibus præcipi ab Ecclesia. Quia non solum instituit Missas, „ & officia specialia in honorem Deiparæ, atque Sanctorum, certis die„ bus

(*a*) Eccles. cap. 3. vers. 1. (*b*) Pag. 321. (*c*) Homil. 4. sup. *Missus est*. (*d*) 1. Part. cap. 15. num. 15.

„ bus a ſuis Miniſtris celebranda; verum etiam in honorem, & Cultum
„ B. Virginis, & quorumdam ſingularium Sanctorum, cunctis Fidelibus
„ præcipit, ut eorum feſtos dies, inſtar diei Dominicæ auditione Sacri,
„ & ceſſatione ab operibus ſervilibus ſancte obſervent, vel etiam religio-
„ ſo jejunio eos præveniant. Quæ quidem omnia a bonis Fidelibus, niſi
„ incogitantes ſint, eadem mente honorandi, & colendi Sanctos præſtari
„ debent. “ Efficaciora his excogitari nequeunt pro vindicando Pritanio
a tuis aculeis. Hæc tua ſint pro majori Propoſitione. Sed Eccleſia pro
diebus Adventus Miſſas inſtituit, & officia ſpecialia: quinimo & jejunium
edixerat quotidie, quod tamen in more non eſt: in die autem Annun-
tiationis Dominicæ, præter Miſſam, & Officium ſpeciale, feriari jubet a
ſervilibus, & Sacro intereſſe inſtar diei Dominicæ. Igitur a bonis Fideli-
bus eadem mente honorandi, & colendi ſunt dies iſti, qua ab Eccleſia
inſtituti ſunt. Haudquaquam autem Virgini Matri colendæ eos præſcri-
pſit Eccleſia. Te igitur judice, ſanctiſſime ſcribit Pritanius. Te igitur
auctore, boni Fideles non ſunt, che han convertito quei ſacri giorni in
onor di Maria.

589. Ex his jam, reor, adverteris, quam inutiliter, quam omnino abs
re, tot congeſſeris teſtimonia Sanctorum, aſſerentium, quod honor Vir-
gini delatus, aut Sanctis, in ipſum refluat Deum. Idipſum ſcripſeram.
(*a*) Si *abſolute* ſcripſiſſem, veneratione Virgini præſtita, debitam Chriſto
infirmari adorationem; bene quidem pugnaſſes, & expugnaſſes tot teſti-
moniis Sanctorum. Verum optime noſti, quid a me improbetur: nempe
pro particulari caſu, & inconſulta quorumdam pietas; qui, cum noſtræ
Redemptionis Myſteria recolenda ſunt ex inſtitutione Eccleſiæ, privata au-
ctoritate ad Virginem ipſi convertant affectus, & cultum.

590. Proſequamur tua: Num. 17. ais: „ Expendamus modo tria illa
„ facta, in quibus Pritanius Chriſti cultum Mariæ cultui a piis Fidelibus
„ poſthaberi comminiſcitur. Primum oblique queritur, plura in B. Vir-
„ ginis, quam in Chriſti Domini honorem, eſſe Feſta inſtituta; eoſque
„ carpit, qui tot Mariæ Feſtis non contenti, nova alia quotidie commi-
„ niſcuntur. “

591. Pritanius *non hoc dixit: adtende, quod dixit; & corrige, quod dixi-
ſti.* (*b*) Meorum accipe ſenſum, & dilucidum, *qui tibi totiens in faciem
retorquendus eſt, quotiens dicens iſta... fortaſſe non vides.* (*c*) Potrebbe an-
co l'indiſcreta Divozion di Taluno verſo Maria cadere nel Troppo, con
infievolir la ſuperiore e neceſſaria, da noi dovuta al noſtro divino Salva-
tor Gesù. De quibuſdam ſermo eſt inconſultis Mariæ Cultoribus, & in
exceſſum vergentibus. Non contenti eſſi di tante Feſte, *lodevolmente in-
ſtituite* in onor della Vergine, che ſuperano in numero le introdotte in
onor di Gesù Criſto. Audis: *Lodevolmente inſtituite*, che ſuperano in nu-
mero ec.? Non itaque de hac inſtitutione oblique queror. Monſtranda
tibi erat hæc mea *obliqua querela*. Dixi quidem immediate poſt hæc: Ne
vanno meditando ogni dì delle nuove. Quod quidem improbo. At noſſe
potueras, quænam ſint Feſta nova, quæ averſor. Proſequor, & profero,
quæ-

(*a*) Cap. 20. pag. 266. (*b*) Libr. 2. oper. imperfect. num. 212. (*c*) Lib. 5. oper.
imperfect. num. 60.

quænam isthæc sint. Fu santamente proposto dalla Chiesa il sacro Avvento a Fedeli; acciocchè ognuno si prepari alla gloriosa Nascita del Figliuolo di Dio, e si mediti quell' ineffabil Mistero dell' Amore di Dio verso noi Peccatori. Si sono trovati Divoti, che han convertito quei sacri giorni in onor di Maria. Vien poi la Festa dell' Annunziazion della Vergine. Il principal Mistero di quella gran solennità è l' Incarnazione e Concezione del Verbo di Dio umanato, cioè del principio e della sorgente di tutti i beni spirituali del genere umano. Pochi mi mostrerete de' Sacri Oratori, che trattino allora questo sublime argomento per istruzione e consolazione de' Fedeli. Il Panegirico ha da essere di Maria SS. Non itaque, ut ais n. 18. adversus me, ulla *censura in Sedem Apostolicam potius, quam in privatam Fidelium devotionem impeto*, sed institutioni obsequor Apostolicæ Sedis. Tu, tu ille es, qui non adtendis, quam contumacem foveas quorumdam pietatem Ecclesiæ Matri; ut quæ ipsa de Christo Festa præscripserit, mutent illi privata auctoritate in venerationem Deiparæ. Hæc Festa jure aversor, & improbo.

592. Num. 20. scribis: „ Nihil detrahitur gloriæ Christi, quod non „ tam multa sint in ejus honorem Festa peculiariter instituta. "

593. Et quidem nihil derogatur gloriæ Christi ob Festa ab Ecclesia instituta in honorem Deiparæ. Cum enim ea servant Fideles, ordinata Caritate moventur in Matrem, ac proinde in Filium; cui maxime cordi est veneratio suæ Genitricis, præsertim diebus ab Ecclesia statutis. Hic nimis ad rem Bernardus: (a) *Non dubium quidquid in laudibus Mariæ proferimus, id ad Filium pertinere.* Quinimo si hisce Festis diebus ad aliud, etsi sanctissimum, *tota* diverteret pietas Fidelium, Virginis cultu suppresso: nec Matrem colerent, & Filio displicerent. Ita cum Festa urgent, ab Ecclesia præscripta recolendis Mysteriis nostræ Redemptionis; si privata pietate Fideles potissimum tendant in honorem Deiparæ, eorum consideratione omissa, gratiarum actione &c. Tunc certe s' infievolirà la superiore e necessaria Divozione, da noi dovuta a Gesù. Subinde neque Matri placebit inconsulta hæc pietas, & rebellis Ecclesiæ, & Christi (ut loquuntur Theologi) *accidentali gloriæ* derogabitur. Paveant hi Fideles, ne a Christo audiant: *Ecce in die jejunii vestri* (& vestræ solemnitatis) *invenitur voluntas vestra.* (b)

594. Num. 21. prosequeris: *Carpit deinde Pritanius Fideles* (Calumniaris. Non carpo Fideles indefinite, quod vel omnes, vel fere omnes significat; sed Taluno, sed quosdam.) *Quod sacros Dominici Adventus dies in honorem Mariæ converterint. Non alia reor de caussa, nisi quia Fideles hisce diebus Mariam impensius venerantur, frequentius laudant, fidentius invocant.* Calumniaris. Mea tibi hæc proferenda fuissent. *Nisi quia* fu santamente proposto dalla Chiesa il sacro Avvento a Fedeli, acciocchè ognuno si prepari alla gloriosa Nascita del Figlio di Dio, e si mediti quell' ineffabil Mistero dell' Amore di Dio verso noi Peccatori. Et tamen si sono trovati divoti, directioni Ecclesiæ contumaces, qui auctoritate propria han convertito quei sacri giorni in onor di Maria. Cæterum Mariam impensius venerari, frequentius laudare, fidentius invocare, inculcatius

Ee scri-

(a) Homil. 4. sup. *Missus est*. (b) Isai. 58. 3.

ſcripſi eodem cap. 22. quod impetis. Sed *omnia tempus habent*, quod non vis intelligere.

595. Num. 22. ais: „ At quæ melior naſcituro Domino præparatio, „ quam ad ipſius dilectiſſimam Genitricem accurrere, cujus glorioſis me- „ ritis, ac precibus ſperare valeamus, oriturum Salvatorem per gratiam „ in cordibus noſtris? "

596. At quæ melior naſcituro Domino præparatio, quam eam adhibere, ad quam dirigit Eccleſia, directa a S. Spiritu veritatis? Utinam Apoſtolicæ Sedi Conſiliarius ſtetiſſes, cum dies Adventus Redemptoris naſcituri deſtinavit venerationi. Audiens quippe Rom. Pontifex illud tuum: *At quæ melior naſcituro Domino &c.* ſtatim Adventus dies &c. non Chriſti, ſed Virginis cultui dedicaſſet. *O quid perdidit, qui te audire non potuit!* Profecto puderet me, talia ſcribere: nimis enim expreſſe contumacem præmeferrem directioni Eccleſiæ. Et te non pudet? Semper enitere, privatam poſtponere communi Eccleſiæ pietati. „ E poi (per dirla una „ volta per ſempre) vi è ſempre più bene e conſolazione ne' pubblici „ Ufficj della Chieſa, che nelle azioni particolari: avendo Dio così or- „ dinato, che la comunanza ſia preferita ad ogni ſorte di particolari- „ tà. " (*a*) Quinimo docuerat idem S. Innocentius Papa (*b*) „ Ut be- „ ne noſtis, *communibus*, & alternis plus agimus orationibus, quam *ſin-* „ *gularibus*, *aut privatis*. " II. Si *melior*, ut ais, *naſcituro Domino &c.* Igitur Fideles, qui Dominici Adventus diebus potiſſimum Redemptionis Myſteria perpenderent, Chriſti pœnas in gremio Matris, in præſepe, pietatem erga nos, Amorem &c. ut hoc pacto Fidem excitarent ſuam, ut firmius crederent, ut fidentius ſperarent, ut fortius redamarent Redemptorem: hi certe, te judice, non meliorem Chriſto offerrent præparationem; ſi vera ſint, quæ ais: *At quæ melior naſcituro &c. Res dicis, quas ſi nobis ſaltem admonentibus conſiderare non negligas, etiam tibi ipſi erubeſcas.* (*a*)

597. Proſequeris ibidem: „ In hoc etiam Eccleſiam imitamur, quæ „ toto Adventus tempore Orationem de S. Maria in Miſſa quotidie reci- „ tari jubet... Præſcribit quoque, ut in Sabbato dicatur Miſſa principa- „ lis de S. Maria &c. "

598. *Imitaris Eccleſiam*, ais. Quam Eccleſiam? Iſtiuſne conſideraſti Officia, quæ recitaſti? Miſſas, quas celebraſti? Non aliud ea potiſſimum ſpirant, quam vota Fidelium, ut cito veniat, *qui mittendus eſt: Veni Domine, & noli tardare: Veni ad liberandum nos &c.* Nil aliud potiſſimum indicant, niſi Majeſtatem Redemptoris, Neceſſitatem, Pietatem, Caritatem. Et imitari te Eccleſiam, audes dicere, qui laudas i Divoti, che han convertito que' ſacri giorni in onor di Maria? qui potiſſimum Mariano Cultui vacant; cum deberent ex inſtitutione Eccleſiæ principalius Myſteria recolere Redemptionis? Qui Pritanium perſequeris, cui nimium cordi eſt, ut Eccleſiæ votis vota Fidelium ſocientur: Che ognuno ſi prepari alla glorioſa Naſcita del Figlio di Dio, e ſi mediti quell' ineffabil Miſte-

ro

(*a*) S. Franceſco di Sales, Introduzione alla Vita Divota, Parte Seconda Capitolo decimoquinto. (*b*) Epiſtol. nunc 184. alias 97. Aurelio, & Auguſtino. (*c*) Lib. 5. oper. imperfect. num. 10.

ro dell' Amor di Dio verso noi Peccatori? Nimium abuteris patientia legentium. Profecto autem hiscemet diebus interserit Ecclesia laudes Virginis Matris, & Invocationem, necnon Sanctorum. Sed ut suis nostras foveant preces, Cultum, Dispositionem: ut profundius, ut salubrius meditari possimus Mysteria Redemptionis: acciocchè ognuno si prepari alla gloriosa Nascita del Figlio di Dio. Hoc potissimum Ecclesia a Fidelibus exigit: hoc desidero. Exigit quoque ipsa Virginis invocationem, ac Sanctorum, sed minus principaliter. Neque enim scripsi: Si son trovati Divoti, che in questi giorni invocano Maria, quasi hoc displiceret. Absit omnino. Sed si sono trovati Divoti, che han convertito que' sacri giorni in onor di Maria adversus Ecclesiæ institutionem, ut millies audisti.

599. Num. 25. scribis: „ Sugillat denique Pritanius Sacros Oratores, „ quod Festo Annuntiationis die, tacitum relinquentes Incarnationis My„ sterium, in unius B. Virginis laudes passim effunduntur. "

600. Deciperis. Non sugillo; sed doleo, & legitime excuso. En mea: (a) Pochi mi mostrerete de' Sacri Oratori, che trattino allora questo sublime argomento (*Incarnationis*) per istruzione e consolazione de' Fedeli: Il Panegirico ha da essere di Maria SS. *ed è da compatire, chi così opera; perchè non ischiverebbe comparir poco Divoto di Maria, se altrimente facesse.*

601. Num. 26. ais: „ In eo quod Sacri Oratores die isto in extollen„ dis Deiparæ præconiis occupentur, commendabiles sunt. Imitantur in „ primis ipsum Archangelum Gabrielem, qui admirabilis Incarnationis „ Mysterium Virgini annuntiaturus, ab ipsius Virginis laudibus auspi„ catus est legationem suam: *Ave gratia plena, Dominus tecum, benedicta* „ *tu in mulieribus &c.* "

602. *O homo, qui nihil potes dicere, posses saltem tacere.* (b) Et est argumentum te Theologo dignum? Ut persuadeas, commendabiles esse sacros Oratores, ais, quod isto die in extollendis Deiparæ præconiis occupati imitentur Gabrielem. Utinam, R. P. utinam, omnes sacri Oratores Gabrielem imitarentur, qui in Salutatione pauca de Virginis gloria, plura de Christo, ut par erat, aperuit. Auspicentur illi, ut lubet, ut libet, de dignitate divinæ Maternitatis in Virgine; dummodo post agatur potissimum de immensa Dei pietate erga homines, de nimia in Peccatores Caritate, de magnificentia Mysterii &c. Profers duos, aut tres Sanctos eadem die de Mariæ præconiis disserentes; qui etiam, fatente te, de Dominica Incarnatione loquuntur. Alios quidem proferre valerem, principalius agentes de Christo: sed non est, cur hic immoremur. Annon tibi sufficiens Apostolica Sedes, Fidelium omnium Magistra, & Spiritu Veritatis directa, quæ legendum edicit in 2. Nocturno divini Officii ex Sermone S. Leonis, qui de Incarnatione Dominica est; quæ jubet Mysterium recolere Incarnationis?

603. Verum nequeo præterire, quæ de eisdem Sacris Oratoribus scribis n. 29. „ Hoc ipso quod Dei Genitricis dignitatem laudant..... Do„ minicæ Incarnationis fidem declarant, admirantur celsitudinem, gra„ tiam commendant. Incarnati Verbi Mysterium, & Virginis Matris

(a) Cap. 22. pag. 321. (b) Lib. 2. op. imp. n. 197.

„ præconium ita inter se connexa, colligataque sunt, ut unum sine al-
„ tero convenienter tractari minime possit. " Igitur, te etiam judice, præferatur Genitrici, puræ creaturæ, Filius Homo Deus; utpote ea incomparabiliter dignior. De eo principalius agatur; ut ejus potissimum meditentur Fideles Pietatem, Caritatem &c. ut ei grati animi vices rependant, credendo, sperando, redamando &c. Hoc pacto etiam divinæ Maternitatis in Virgine admirantur celsitudinem, gratiam commendant, ac venerantur Deiparam. Etenim, ut ais, Incarnati Verbi Mysterium, & Virginis Matris præconium, ita inter se connexa sunt; ut unum sine altero convenienter tractari minime possit. Imposterum cautiorem te præbeas, moneo, cum aliquem impetere animus est. Nimirum *non mihi quod objecisti, objiceres, nisi tu potius ista, ut non dicam extinctis, certe clausis oculis loquereris*. (a)

CAPUT IX.

Litanias B. Virginis Lauretanas coram Divinissimo Sacramento, publicæ venerationi exposito, cantari, pium esse, atque laudabile: & non sine erroris periculo improbari.

PRITANIUS.

604. Certe in Titulo præsentis hujusce Capitis haudquaquam impetis Pritanium; eadem quippe scribo: (b) Allorchè il nostro benedetto Salvatore Gesù sotto le specie sacramentali vien esposto alla pubblica adorazion de' Fedeli, i quali umilmente poi ne ricevono la santa e salutifera sua benedizione, *uso è di tanti Paesi*, che avanti a Lui si cantino *le Litanie della B. Vergine*, prima di benedire i Divoti astanti. È *da lodare questo uso* (& tu ais: *Laudabile est*.) E tanto più, perchè sapendo esso Popolo queste Preghiere, nè avendone altre da recitare alla presenza del divino Redentore, il prega, come può, e sa, per mezzo della sua gloriosissima Madre.

605. Gratulabar quidem mihi, quod aliquando saltem Plazzæ, me Reformatorem emendanti, congruerem. Sed mea me spe frustratum vidi; percurrens enim tuum num. 1. eam nos inter lego Opinionum distantiam, ea majorem, quæ inter Mundum est, & spatia imaginaria. Ex more tuo imaginariam fingis, mihique affingis Opinionem, cui tuam opponis. En tua: „ Defendendus nobis est (*supra laud. usus in Titulo*) tanquam pius, atque laudabilis; ea potissimum ratione, quod argumenta,
„ quibus recte, vel oblique impetitur a Pritanio, Deiparæ, ac Sanctorum Invocationi non parum incomodent; ne quid gravius dicam.

Num. 2.

(a) Lib. 1. oper. imp. n. 19. (b) Cap. 22. pag. 323.

„ Num. 2. Igitur Pritanius more ſuo *laudat* initio præfatum *uſum* .....
„ Num. 3. Sed ut ad iſtum *improbandum* viam ſibi ſternat &c. “

606. Igitur, te judice, cum protuli: *E' da lodare queſto uſo;* ficte penitus, ſubdole, ac mendaciter ſcripſi. Uſquedum id aperte non monſtraveris, erit Veracitati meæ pleniſſima Apologia verbulum illud: *Calumniaris*.

607. Age tamen: compreſſo certemus pede. Qui inquiro: ſe foſſe PIU' PROPRIO, che i Fedeli teneſſero ..... una Litania appoſta indirizzata al Signor noſtro, allorchè ſta Egli eſpoſto ſul ſacro Altare: cum, inquam, hæc inquiro, inſtituo comparationem inter hunc uſum, aliumve de canendis Deiparæ Litaniis coram SS. Sacramento. Neceſſario igitur uterque *Uſus* mihi bonus habetur, laudabilis, pius; neque enim inter bonum, ac malum, ſed bonum inter, ac melius locus eſt comparationi. Scribit Apoſtolus: (*a*) „ Qui non jungit, *melius* facit. “ Num inferri licebit: „ Qui non jungit, non *bene* facit? “ Abſit. Immediate ante dixerat: „ Qui „ matrimonio jungit Virginem ſuam, *bene* facit. “ Si igitur inquiro, *Se ſia* PIU' PROPRIO coram Sacramento expoſito Litanias canere, ad ipſum directas (ſi quæ darentur) præ illis Virginis Mariæ; uterque uſus mihi bonus eſt; ſed quinam melior ſit, inveſtigo. Jam ſentias, oportet, quam turpiter a vero aberraveris; dum me eumdem uſum laudantem, & improbantem producis. Hæc mea mens aperta, & clariſſima. *Hoc age; huic inſiſte; huic firmamento, ſi potes, aliquid, unde concutiatur, impinge.* (*b*)

608. Sed ut plenius reſipiſcere queas; videaſque, quam ſancte ſcripſerim; dic ſodes: Si quemadmodum Rom. Pontifices Romæ dicendas mandarunt Litanias Sanctorum coram expoſito Jeſu, poſtea recitandam præciperent tantum Sequentiam, Proſam, ſeu Jubilationem eam, quæ in Miſſa legitur SS. Corporis Chriſti: *Lauda Sion Salvatorem &c.* item ſi quemadmodum uſus invaluit canendi in pluribus Eccleſiis Lauretanas Litanias, novus induceretur, hiſce omiſſis, eamdem Proſam canendi: dic, inquam ſodes: Peccarentne Rom. Pontifices, & hi Fideles? Malumne hoc eſſet? *Quis vero ita deſipiat? ... quis iſta ſapiat ſanus; imo quis vel furioſus dicat* (*c*) malum hunc novum uſum futurum, eoſque omnes delinquere? Bonus quippe & reputandus, & eſſet. Quodnam igitur mihi piaculum inexpiabile, qui id deſideravi, quod bonum eſt? Deſideravi quidem; ſed haudquaquam privata auctoritate inducendum. Il perchè non parrebbe fuor di propoſito il deſiderio, di chi ricercaſſe una Litania appoſta, indirizzata al benefico ed amabiliſſimo Signor noſtro, allorchè Egli ſta ſull' Altare, per benedire il divoto ſuo Popolo. *Il darla, appartiene a chi regge la Chieſa univerſale di Dio.* E ſe un giorno la daſſe, chi non benedirebbe la paterna ſua provvidenza e Divozione verſo il divino Salvator noſtro? Inſuper adde humillimum modum, quo meum hoc deſiderium pronuntio. Chieggo perdono, ſe aggiungo un' altra rifleſſione di pari tenore. Et: Sarebbe nondimeno *da ponderare, ſe foſſe più proprio*, che i Fedeli teneſſero qualche particolar Litania, ad Chriſtum directas &c. *Corrigimini ergo; non enim habetis hic aliud, quod facere debeatis.* (*d*)

609.

(*a*) 1. Corinth. cap. 7. v. 38. (*b*) Lib. 3. op. imp. n. 144. (*c*) Lib. 5. cont. Julian. cap. 4. n. 15. (*d*) Lib. 2. op. imp. n. 210.

609. Sed quid, si fateri debueris, *che sia più propria* una Litania apposta, indirizzata al benefico ed amabilissimo Signor nostro, allorchè Egli sta sull'Altare? Profecto inficias ire nequiveris, *absolute esser più proprio*, ac melius *ex objecto*, ut scholæ loquuntur, Fideles recta ferri in Christum, credendo, sperando, amando &c. quam in Virginem Matrem. Non est certe comparatio instituenda inter objectum, quod est Homodeus, & Virginem puram creaturam. Quandoquidem principalius objectum Fidei nostræ, Spei, Caritatis, Jesus Redemptor noster est. Ipse est nobis *Via*, qua incedimus: Ipse est nobis *Veritas*, qua non aberramus: Ipse est nobis *Vita*, qua vivimus. Sub Sacramenti speciebus est *Panis*, quo roboramur: est *cibus*, *&* *potus*, quibus pinguescimus: in ipso omnia possidemus. Verissimum etiam est: Non omne id, quod absolute melius est *ex objecto*, semper melius esse in determinatis quibusdam circumstantiis; sed quandoque minus bonum, quandoque omnino omittendum. Ita directus Dei Cultus absolute melior *ex objecto* est directa quavis veneratione Sanctorum. At, cum urget Ecclesiæ præceptum de Invocatione eorum, cum est Proximi offensio vitanda &c. amat tunc Christus, quod fideles recta ferantur in Sanctos. Hinc optimum est, quandoque eos hoc pacto invocare.

610. Verum, cum in nostra positum est voluntate, ut, quod libuerit, eligamus (ut in casu præsenti est coram Venerabili exposito, in quo laudabile scripsi, vel in Sanctos directe moveri, vel in Sanctum Sanctorum) nonne est absolute *più proprio*, melius, convenientius, cum Christus publicæ adorationi exponitur, ut eo accurrentes adoraturi Fideles, ad Christum præsertim immediate ferantur, quam ad Sanctos, Sanctorumve Reginam? *Jam tu clama contra apertissimam veritatem*. (*a*) Quod melius sit, recta moveri in Deiparam, aut ad Sanctos. *Ostende, si potes... Aut obmutesce, si non potes: imo obmutesce, quia non potes*. (*b*) Cultus enim, quo immediate in Deum movemur, ad Latriam pertinet; & hujusce expliciti actus longe in perfectione excedunt eos, quibus in Sanctos, aut in Virginem directe tendimus ex Dulia, aut Hyperdulia. Principalius enim urget nos Virtus Religionis in Christum, minus principaliter in Sanctos. Quinimo & caussam obtinui, si & ipsi Popello, ac mulieribus (nil de cordatis ambigendum) sincere exponas: „ E' cosa buona e lodevole avan„ ti a Gesù esposto sull'Altare recitar le Litanie della Vergine, o di tut„ ti i Santi, indirizzando ad essi le nostre preghiere: è cosa anco buona „ e lodevole, tralasciate le suddette Litanie, recitare altre orazioni, im„ mediatamente indirizzate a Cristo, colle quali ci raccomandiamo a Lui „ per le nostre necessità, speriamo in Lui, l'amiamo, il ringraziamo ec. „ qual di questi due modi sembra a voi il migliore? " Inhæsitanter clamabunt, etiam Natura impellente illustrata lumine fidei: „ E' Santo il „ primo, è Santissimo senza comparazione l'altro modo. "

611. Profecto pluries in Scriptura invitamur ad Dominum cordis nostri affectibus ire. *Omnes sitientes venite ad aquas*. (*c*) *Stabat Jesus, & clamabat dicens: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat*. (*d*) *Venite ad me omnes*

(*a*) Lib. 5. oper. imperf. num. 41. (*b*) Lib. 3. oper. imperf. num. 146. (*c*) Isai. cap. 55. 1. (*d*) Joan. cap. 7. 37.

omnes, qui laboratis, & onerati estis: ego reficiam vos. (*a*) At quando congruentius tempus erit, ut ad Christum, misericorditer ad se invitantem Fideles, immediate ipsi accurrant, reficiendi ab eo solo, & satiandi, ut quivis eorum dicat: *quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus;* (*b*) est enim *anima mea sicut terra sine aqua Tibi*: (*c*) quandone, inquam, tempus opportunius in Christum dirigere cordis affectus; nisi quando publicæ adorationi, omnium utilitati amat exponi? Quando presente ascolta dal suo Trono le suppliche de' divoti suoi sudditi (*d*), melius: de' suoi dilettissimi Figli? Ipse *nobiscum Deus* est in Sacramento Altaris: & nos coram ipso, ipsum prætereuntes, ad Virginem Matrem, & ad Sanctos cordis nostri convertentes affectum, ut impetrent pro nobis, aut melius judicabimus, aut æque bonum? Quidnam nos præferre impellit in tali circumstantia Virginis Invocationem, & Sanctorum, ei, quæ Christi est? Num excellentior in istis dignitas, præpollentius auxilium, Caritas ardentior? Absit blasphemia. Num quia Christus amat, suam Genitricem invocari, Sanctos adhiberi interventores? Id quidem amat, sed non æque: *omnia tempus habent*. Peramplius enim amat, exigit, jubet, ut sæpius in ipso velut in unico centro sui amoris cor humanum quiescat. At quænam circumstantia opportunior, quam cum publicæ adorationi suorum gaudet exponi? quid est, quod nos valeat remorari, ut in hac circumstantia eligibilius nobis sit, immediate Virginem invocare, non Ipsum? Num peccata, num crimina, num scelera? Absit, absit. Isthæc, licet gravissima, si detestentur sincere, ad unum Medicum Jesum impellunt accedere, non ab eo recedere; quo enim in homine gravior infirmitas, eo Medicus ardentius amatur. „ Ideo times Deum, quia Peccator es: a quo accepturus es auxi„ lium adversus Deum? Quo iturus es? Quid facturus? Vis ab illo fuge„ re? Ad ipsum fuge. Vis fugere ab irato? Fuge ad placatum. Placabis „ enim eum, si speres in misericordia ipsius: atque ita de cætero pecca„ re caveas; ut de præteritis depreceris; ut tibi dimittantur a Domi„ no. " (*e*) Quandonam amabilior Christus nobis, & ad pietatem propensior, quam cum supra Altare amat exponi, ut *omnipotentiam suam parcendo maxime, & miserando manifestet?* Nonne ipse Redemptor est, qui Peccatores ad se invitat verbis illis, infinitam pietatem præseferentibus: *Venite ad me omnes* (non aliquos) *qui laboratis* (lassati in via iniquitatis) *& onerati estis* (gravissima sarcina peccatorum) *Ego reficiam vos?* Quod si sæpissime ad eum incitantem expedit celerare gradus Spei nostræ, & amoris; quanto magis cum ipse ad nos venit publicæ utilitati expositus?

612. Non igitur erat, cur violatæ pietatis in me institueres quæstionem, quod exoptaverim una Litania apposta, indirizzata al benefico ed amabilissimo Signor nostro, allorchè sta Egli esposto sul sacro Altare. Quandoquidem ipsamet Catholica Ecclesia, per universum diffusa, adiaphoram habeat disciplinam hujusmodi. Alicubi enim, ut Romæ, Sanctorum

(*a*) Matth. cap. 11. vers. 28. (*b*) Psalm. 41. vers. 2. (*c*) Psalm. 142. vers. 6. (*d*) Pag. 324. tomo. (*e*) Augustinus divina Caritate ardentissimus sup. Psalm. 146. in fine.

rum Litaniæ recitantur; alibi Lauretanæ; alicubi, ut in Cathedrali Neapolitana, neutra istarum, sed hymnus cantatur *Pange lingua gloriosi Corporis Mysterium*.

613. Sed & ipsa Rom. Ecclesia satis se intelligi vult, quod amet, ut Fideles Christum adeuntes expositum, in ipsum *potissimum* dirigant omnes sui cordis affectus. Adtende Instructionem Romæ datam an. 1705. a Clemente XI. subinde confirmatam ab Innoc. & Benedict. XIII. & a Clement. XII. Hanc laudas n. 5. ut monstres recitandas Romæ Litanias Sanctorum (sed inaniter; cum nullibi id negaverim, aut de eis locutus sim in re præsenti) & addis: „ Has quidem Sanctas Sum. Pontificum „ Instructiones, *sed tacitis Litaniis*, plurimum commendat ipsemet Pritanius. (*a*) Sarebbe pur da desiderare, che queste Sante Istruzioni de' „ Som. Pontefici fossero dapertutto divulgate, e gelosamente osservate da „ ognuno. " *Nulla* tibi *dies absque linea*: sive vigiles, sive dormias, semper unus est scopus tuæ aversionis Pritanius. *Plurimum* a me eas commendari fateris: & quidem indefinite id præsto. Cuncta igitur in eis placent, etiam quo ad Litanias Sanctorum coram Venerabili recitandas. Non igitur hunc usum & improbo, & probo; sed absolute laudo. Cur itaque interponis: *Sed tacitis Litaniis?* Ut velis intelligi, hanc mihi disciplinam non arridere. O bone: Si, ex quo taceo Litanias, earumdem mihi usus non probatur; scribendum fuisset tibi, quod totam aversarer Instructionem, quia ejus cuncta taceo præter unum, quod ad rem erat, de Sacris Imaginibus non apponendis, ut modo dicetur.

614. Quædam igitur hujusce Instructionis adtende. „ Il SS. Sacramento „ dovrà esporsi nell' Altare maggiore... *E si coprirà l' Immagine o la Statua*, che vi sia... Sopra l' Altare non si pongano *Reliquie de' Santi*, o „ *Statue* de' medesimi (non escludendosi quelle degli Angioli, che facciano figura de' *Candelieri*.) E molto meno vi si ponghino figure dell' „ Anime del Purgatorio di qualsisia materia: il che si proibisce anche „ in tutte l' Esposizioni particolari; ed in quelle, che tal volta si fanno „ per suffragio di quell' Anime. "

615. Me miserum, si hæc primus scribere vel somniassem! Incunctanter Pritanium conclamares trucem Iconoclastam, Hagiomachum, & si quid pejus. „ Quid? diceres: „ Adsistunt in cælo Sancti Christo, Christum laudant, Christo aperta facie fruuntur: & a præsentia Christi, „ sub speciebus absconditi, arcendæ erunt Imagines eorum; quinimo & „ Sacræ Reliquiæ? Quot percipiunt amoris incitamenta, grati animi &c. „ in pietate erga Christum Fideles, si Imagines, si sac. Reliquiæ apponantur? Prototyporum enim considerantes caritatem ardentissimam, „ sincerissimas gratiarum actiones, magis magisve accenduntur in Christum pro modulo suo ex imitatione eorum. Quid salubrius pro Animabus illis, piacularibus flammis addictis (quibus ut feramus opem, „ urget nos Deus) quam earum Imagines coram Venerabili expositæ? „ Hoc certe modo validius moventur Fideles ad orandum pro eis, ad „ eis suffragandum. " Hæc, aliave consimilia diceres, necnon subministraret tua Metaphysica, intenso igne animata ac succensa, absumendi Pri-

(*a*) Cap. 23. pag. 338.

Pritanium. Et tamen, quod in me esset certæ hæreseos nota, servandum mandarunt veri hæreseon vindices, laud. Sum. Pontifices absque ulla erroris formidine. Quinimo & sancte, & sapienter. Ad rem maxime adtinet, binos etiam audire Sac. Rituum consultissimos, Bernardum Bissum Benedictinum (qui in fine proxime elapsi sæculi scripsit) apud P. Joa. Michaelem Cavalieri Augustiniensem (a) cujus hæc verba: „ I. *Præsente „ Domino omnium summo, debet cessare Cultus Sanctorum*, scite ait Bissus „ V. Expos. sac. (*Plazza: Num hi etiam tibi Iconoclastæ?*) & insimul „ sanctionis designat caussam, quæ præcedenti §. rite extenditur ad Ima- „ ginem Iconis, aut Statuam Sanctorum inibi permanentem; quæ propte- „ rea cooperiri mandantur: *E si coprirà l'Immagine, o la Statua, che vi „ sia*. II. Quanto igitur minus *ad præsentiam omnium Domini* uti supplices „ apponi poterunt statuæ &c. III. Sacramento itaque publice exposito, „ nedum abstinendum erit ab expositione alicujus Reliquiæ super Altare, „ in quo illud manet expositum; sed etiam a collocatione illarum Reli- „ quiarum, Imaginum, vel Statuarum, quas inter Candelabra Cæremon. „ Episcop. atque Missale distribui laudant. “

616. Vis autem nosse Disciplinæ hujus primordialem rationem? Adtende. Sup. laud. Rom. Pontificibus manebat alta mente repostum; ut, dum Christus, Dominus etiam Sanctorum, in solio Misericordiæ palam sederet Fidelibus suis, horum corda in eum unice anhelarent, omnesque dirigerent amores suos. Ea propter Sac. Reliquias, Imagines, Icones, vetuere ponendas; & cooperiendæ si quæ in Altari invenirentur; ne pietas eorum alio distraheretur, aliove suos ordinaret affectus. Idcirco etiam mandarunt num. 4. „ Potranno anche di giorno oscurarsi le finestre vicino all' „ Altare dell'Esposizione, ad effetto di raccogliere la mente de' Fedeli „ all'orazione ec. “ Nimirum probe noverant, quam fortius afficiamur sensibilibus, mulieres præsertim, Vulgique credula gens. Sapienter igitur caverunt, ne coram exposito Jesu sacræ apponerentur Reliquiæ &c. quæ utpote sensibiles, validius animum illiciunt per oculos. Poterat subinde accidere, quod adeo essent intenti hisce venerandis Fideles plurimi; ut de Christo vix, aut ne vix cogitaret major pars eorum. Hisce innixus, ea scripsi, quæ offensioni tibi sunt; sed Plazzæ, sed scrupulis circumacto, sed præjudiciis occupatissimo.

617. Est & aliud, quo te præmoneam; ne horridiores scrupuli tuam in mentem insiliant. Expeto dumtaxat Litanias ad Christum directas, ut liquet ex meis. Cum enim hæ sint fors solæ preces, quas Populus palam recitat coram Venerabili exposito: desideravi, inquam, ut illius essent modi, quo Fideles recta ferrentur in Redemptorem. Fit proinde, ut nonnisi calumniose affingeretur mihi, quod omnis displiceat in eadem hac circumstantia Invocatio Sanctorum, necnon Virginis Matris. Nulla prorsus. Etenim si tantum desidero ejusmodi Litanias; & has quidem ceu quid melius, & *più proprio*; necessario sequitur, ut omnis tunc mihi sit bona invocatio Sanctorum. Profecto quemadmodum Cap. superiori dictum est, quod licet Adventus dies Christo sint potissimum consecrati ab Ec-

 cle-

(a) In suo *Rituali expenso* quod dicavit Bened. XIV. regnanti an. 1751. cap. 8. §. 4. de sup. laud. Instruct. disserens in ea verba: *Si coprirà l'Immagine ec.*

clesia; eadem tamen, sed minus principaliter, in illis Deiparæ Invocationem intermiscet, & Sanctorum; ita simillima prorsus ratione in SS. Sacramenti Expositione disseras, si libuerit. Qua de re adtende multiplices Pietatis nostræ motus in Deum, & in Sanctos.

618. I. Ferimur dumtaxat in Deum actibus Fidei, Spei, Caritatis, Contritionis, & consimilibus: in hosce actus nulla intrare potest invocatio Sanctorum, adeo ut intrinseca illis actibus sit; ut ex sese liquet. II. Etiam in Deum immediate movemur, cum ei grates rependimus, præsertim ob ineffabile donum Christi in Eucharistia præsentis. In hoc autem subintrare potest mediata, aut, si libet, virtualis Invocatio Sanctorum; cum nempe nostras gratiarum actiones, ut efficaciores sint, Deoque acceptiores, Sanctorum laudibus sociare desideramus; ut dicitur in Præfatione ad Canonem Missæ: *Cum quibus* (Angelis, & Archangelis &c.) *& nostras voces, ut admitti jubeas, deprecamur*. Item cum ab eo aliquid petentes, ut impetremus facilius, merita interponimus Sanctorum. Hoc pacto se gessit Moyses, Deum alloquens. (a) *Recordare Abraham, Isaac, & Israel servorum tuorum*. Idem præstat Ecclesia universim in orationibus, quæ in Festis Sanctorum habentur; quibus directe ipsum Deum precatur; sed, ut facilius exaudiatur, per merita petit illius Sancti, cujus agit Festivitatem. III. Demum cum immediate in ipsos ferimur Sanctos, ut facit Ecclesia: *S. Maria, S. Michael, ora pro nobis*. Primus, & alter modus coram exposito Redemptore optimi quidem sunt: tertius bonus certe, sed a tanta deficit perfectione. Profecto autem laudabilis Populus est, si, Christo potissimum adorato prioribus actibus, in tertium erumpant, Deiparam invocando, aut Sanctos. Verum quis inficias iverit, quod sanctius, Deoque acceptiores gesserint sese Fideles, si exposito Jesu præsentes, nunc credendo, aut sperando, nunc diligendo, aut de culpis dolendo, grates referendo, plures horas impenderint? *Unde breviter admonendi sunt* (legentes) *de hoc unde nunc agitur; ut illud ipsum meum, remotis nebulis* (tuorum præjudiciorum) *adspiciant, & videant, quam sit invictum* [b) quam sanum, quam sanctum.

619. Ad tua excutienda animum adjiciamus: & leviter quidem; tua nimirum ipsamet levitate leviora sunt. Scribis num. 1. de usu Litaniarum Virginis canendi coram divinissimo Sacramento: „ Defendendus nobis est, tanquam pius, atque laudabilis: ea potissimum ratione, quod „ argumenta, quibus recte, aut oblique impetitur a Pritanio, Deiparæ, „ ac Sanctorum Invocationem non parum incomodent. “ Et quidem, R. P. non parum te incomodant scrupuli tui, & insanabile cacoethes absumendi Pritanium. Jam novi, me Hagiomachiæ fuligine tinctum a te indicari. Experieris, senties, palpabis, quam Chaos immensum inter Pritanium sit, & Hagiomachos. Pritanius certe *redargui non potest; quia verum dixit: sed tu non intelligis; (c) & hoc vis putari, quod perstrepunt verba tua, non quod sequitur verba mea*. (d) Supersedendum tibi erat illius usus defensione; rotunde enim scripsi: *E' lodevole questo uso*. Enitendum quammaxime tibi erat monstrare, quod subdole, quod fallaciter hæc scripsissem.

(a) Exod. cap. 32. 13. (b) Lib. 5. op. imp. num. 63. (c) Lib. 2. op. imp. n. 100. (d) Ibidem n. 98.

sem. Profecto rem confecisses omnem. Durissimum tamen os tuis rodendum dentibus prudenter nimis abjecisti; sed abjecisti simul firmam spem expugnandi Pritanium. *Age tamen: Jam tu clama contra apertissimam veritatem.* (*a*)

620. Num. 4. & 5. disciplinam profers S. Caroli Borromæi, necnon plurium Sum. Pontificum, coram Venerabili Litanias communes, seu Sanctorum recitari præcipientium. Quid ad me, de quibus nihil expressi; & de Mariæ *laudabile* dixi? Num. 7. „ Ambæ Litaniæ, *ais*, a Sede Apo„ stolica receptæ, & approbatæ sunt. " Quid ad me, qui veneror? (*b*) Num. 8. „ In ambabus nihil est non pium, non ordinatum; & quod mi„ nus deceat præsentiam divinissimi Sacramenti. " Qui eas veneror, piissimas esse preces profiteor. Quod si hisce tuis mihi nitaris invidiam conflare, quasi innuerim saltem, in eis esse aliquid non pium, non ordinatum, & quod minus deceat præsentiam Jesu: comproba id ex meis; secus reponam: *Calumniaris.*

621. Num. 11. „ Agedum (quod magis interest) argumenta Pritanii „ discutiamus. Primum est: (*c*) Le Litanie di Maria furono istituite, „ per esser cantate avanti alla di Lei sacra Immagine venerata in Lore„ to, e non già perchè servissero davanti a Dio Sacramentato. "

622. Et tam plumbeum reputas me, aut stipitem; ut hoc vellem ratiocinium adhibere: „ Litaniæ Virginis, ut Laureti canantur, institutæ „ sunt. Igitur minus proprium est, coram Venerabili eas cantari. " Absit ratiocinium sibilis, risuque dignum. Ea igitur scripsi; quia poterat rudis Populus credere, Virginis Litanias ad id institutas esse, ut coram SS. Sacramento canerentur: ut tali eos præjudicio liberarem, scripsi: Giacchè le Litanie di Maria furono istituite ec.

623. Num. 14. alterum profers meum argumentum: (*d*) „ Sembra pu„ re, che essendo noi ammessi allora con tanta benignità all' udienza del „ divino Signor nostro, tornasse bene di porgere dirittamente le suppli„ che nostre a Lui, pronto a far grazie. *Lesa* crederebbe (hic totum „ virus mortiferum) Lesa crederebbe un Principe della terra la sua di„ gnità, qualora dando udienza al suo Popolo, con intenzione di eserci„ tar sopra di lui la sua beneficenza, mirasse i memoriali indirizzati non „ a se, ma al suo Favorito. "

624. Num. 15. adversus me ais: I. Igitur male, & inordinate provisum a S. Carolo, & a Rom. Pontificibus, ut coram Venerabili Sanctorum Litaniæ canerentur. II. Igitur non licebit Populo B. Virginis Rosarium eadem occasione recitare; nec Clero horas Canonicas, Mariæ laudibus, & precibus respersas, alternatim canere. III. „ Cum *Deus noster* „ ubique præsentissimus, *adsit cunctis obsecrationibus nostris:* (*e*) jam nec „ in Templis, nec aliis in locis Mariam, & Sanctos, congruenter, & „ absque divini honoris læsione invocare poterimus. Et ecce penitus abo„ litam Invocationem Sanctorum. "

625. Et ecce etiam omnia cumulate, prospereque venerunt Plazzæ. Alio non recta collineant vota tua, quam ut infames libellum *Della Re-*

 golata

(*a*) Ibid. l. 5. n. 41. (*b*) Cap. 20. pag. 270. & cap. 22. pag. 317. (*c*) Cap. 22. pag. 234. (*d*) Ex pag. 324. (*e*) Deut. cap. 4. 7.

golata Divozione. Datum est, ut in eo legeres *penitus abolitam Invocationem Sanctorum*. At quænam infamia major, quam quod liber hæresim doceat? Euge, eugepe, R. P. Scrupulis tuis cane Epinicia, qui oculis quibuscumque oculatissimis oculatiores, quam nulli unquam hæresim viderant ex innumeris tot Legentium, cernere ipsi potuerunt. Pudeat tandem, pudeat. De laudatissimi nominis viro (Deo grates) de Catholico Sacerdote piissimo hæc scribere non cunctari? *Usque adeo cordis in vobis prævalet surditas; ut vos hæc tanta erubescere non compellat absurditas?* (a) Profecto autem in meam defensionem *totiens dicere vera me piget; cum totiens dicere te vana non pudeat*. (b) Si semel saltem percurrisses libellum meum, *nequaquam tam invidiosam quæreres hac occasione calumniam*. (c) Audi nunc iterum Fidem meam de Invocatione Sanctorum. (d) La prima mira della Chiesa fondata sull'antichissima Tradizione, e autenticata da i SS. Padri, è di farci meglio conoscere, chi può esser a noi utile presso Dio, per impetrarci grazie sì spirituali che temporali, secondochè ne abbisogniamo. Certo è, che i buoni Servi di Dio hanno portata con seco al Paradiso l'ardente Carità, che nudrivano in Terra verso l'adorabil nostro Monarca Iddio, e verso il Prossimo da loro amato per amore di Dio. Maggiormente hanno ancora rinforzato ed accresciuto in quel beatissimo Regno questo santo fuoco. Di noi si ricordano, ci amano piucchè mai, e bramano di giovarci, riconoscendo noi per questo nel Simbolo quella communione, che passa fra i Santi comprensori, e i Figli della Chiesa Cattolica militante. Sicchè ove noi invochiamo il loro soccorso, essi leggendo in Dio le nostre preghiere, le presentano a Lui, accompagnate da i meriti del nostro divino Mediatore Gesù Cristo, e facilmente impetrano ciò, che può ridondare in bene delle Anime nostre. Perciò l'Invocazion de' Santi, siccome utile e lodevole mezzo per ottenere grazie dall'Altissimo, è a noi raccomandata dalla Santa Religione: ed abbiamo Litanie apposta, con cui gli preghiamo, che preghino Dio per noi. Attende, quam magnificentius loquor de Virginis Matris Invocatione (e) E quanto all'invocarla ne' nostri bisogni, commune abbiamo il sentimento della Chiesa, che più utilmente ricorreremo a lei, per ottener benefizj da Dio, che al rimanente de i Santi. Itaque *aufer tuas nebulas ab istorum serenitate verborum... Ipsa tam clara sunt, ut se tua caligine obumbrari, obscurarique non sinant*. (f) Si obscurum aliquid esset in meis: Lesa crederebbe ec. (g) Pietas in defunctum Sacerdotem, Caritas in Proximum, te certe impellere debuissent; ut mea hac fideli doctrina, & dilucida, de Invocatione Sanctorum, quod obscurum est, complanares: præjudiciis tamen scrupulisve prohibitus, hæc minime advertere datum est. Num me infamando, obsequium, credideris, te præstare Deo? Cave ne eis socieris, qui obsequium pariter Deo se præstare credebant, Prædicatores fideles persequendo.

626. Age nunc: Achilleum argumentum perpendamus, quo in Pritanio monstras Hagiomachiam (h). Annosus Scholasticus oblitus es, quod [illegible] vel

(a) Lib. 2. op. imp. n. 115. (b) Lib. 3. n. 36. (c) Lib. 1. num. 16. (d) Cap. 26. pag. 263. (e) Cap. 22. pag. 312. (f) Lib. 1. op. imp. n. 135. (g) Vid. sup. n. 720. (h) Relege illud num. 721. in III.

vel in Schola Novitium non latet ; quod videlicet argumenta *a ſimili* ſemper *uno pede claudicent :* nimirum omnimodam non habent convenientiam ; neque in omnibus Rei quadrant , quam monſtrare intendunt ? Unum , & alterum documentum cape. Primum ſit ex P. Plazza, ex teipſo. Num. 17. ais : „ Faceſſat igitur illud terreni Principis pravis affectibus „ obnoxii ineptum exemplum, “ a me productum illis verbis : Leſa crederebbe ec. Tum num. 18. ais : „ Sed & hominem homini comparantes, „ Pritanii exemplo aliud opponimus, a celebri Gerſonio adductum . (*a*) „ *Adtendere debes, o Anima, quod ægrotus aliquis vilis, & fœdus, aut ſcurra, aut morti condemnandus, vel quilibet alius ſimilis, nequaquam præſumeret in conſpectu alicujus excellentis Principis abſque medio ſeipſum exhibere ; præcipue dum deputati ſunt alii, quo tales audiant, & eis patrocinium impendant. Tibi igitur ſuadeo, ut Mediatorem recipias, ad Sanctos te convertens, quorum ſuffragiis apud Deum te quæſtues. Hoc ſane tua exigit humilitas ; hoc fieri vult Deus ad honorem Sanctorum.* “ Si in hoc argumento a ſimili exquiratur, ut in omnibus congruat rei , quam intendit ; neceſſarium erit aſſerere I. quod omni prorſus Peccatori aditus ſit interclusus recta ad Deum confugere ; & nonniſi id queat media interventione Sanctorum. II. quod ſit Peccatori *præſumptio* , ſi ad hoc nitatur . Ait enim Gerſonius , quod non *præſumeret* in conſpectu Principis *abſque medio* ſe exhibere. III. Quod Peccatores in Deum abſque medio currentes , facilem inveniant ad puniendum Judicem , quam Patrem ad miſerandum. Creatus quippe Princeps vindictæ cupidiſſimus eſt ; & difficillime ad pietatem movetur erga ſubditos in perſonam ſuam peccantes , ut ſunt erga Deum Sceleſti. Vides, quæ abſurda ſequantur ex Gerſonii exemplo, & a te adoptato, ſi in omni rigore tenenda erit ſimilitudo ipſius ? Bonum quidem, ac utile in Deum ire media Invocatione Sanctorum ; multoque magis Deiparæ Virginis ; at minime prorſus neceſſarium . Profecto Redemptor Jeſus in firmam ſpem Fideles ſuos erecturus , Prodigi Filii reditum deſcribit ad Paternam domum . Num eum dicit , Patris familiares prius exorantem, ut interveniant ad Patrem ? Minime prorſus . Ad Patrem inducit directe euntem, cujus ſupra omnem ſpem, promtiſſimam miſericordiam ſenſit Filius vere dolens. Non igitur *præſumeret* Peccator , ſi omiſſa Invocatione Sanctorum , in Deum ſperando tenderet : qui, ſecus ac terrenus Princeps, omnipotentiam ſuam parcendo maxime, & miſerando gaudet manifeſtare. In eo igitur apta eſt ſimilitudo Gerſonii ; ut , quemadmodum facinoroſis *neceſſe eſt* , ad Principis familiares accurrere , veniam impetraturis ; ita Fidelibus *utile*, & *bonum* eſt, Deum petere media Invocatione Sanctorum.

627. Aliud exemplum ſit ex Scriptura . (*b*) Chriſtus loquitur : *Jeruſalem, Jeruſalem ... quoties volui congregare Filios tuos , quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti*. Ex hoc gallinæ exemplo , ſi per omnia velis congruere , ut adverſus me ponis , neceſſario conſequitur, Chriſtum impotentem eſſe, & infirmum. Blaſphemiam execrabilem ! Gallina, cui comparat ſe Redemptor, amat quidem, ſed nequit pullos a milvo defendere. Chriſtus itaque amat certiſſime a Dæmonis tyrannide Fideles

(*a*) Tract. de Pauper. & Mendicit. Spirituali. (*b*) Matth. cap. 23. verſ. 37.

les liberare; sed impotens erit. Num idcirco dices: „ Facessat igitur il-„ lud gallinæ, imperfectionibus plurimis obnoxiæ, ineptum exemplum: “ ut adversus me scribis: „ Facessat igitur illud terreni Principis, pravis „ affectibus obnoxii, ineptum exemplum? “ Adtende igitur, haudquaquam per omnia congruere similitudines; satis erit in aliquo. Amat gallina, & *alis suis filios protegens, contra milvum pugnat. Sic Christus protegit infirmitatem nostram; & resistit diabolo, ne nos rapiat. In qua defensione, quod illa adversus milvum conatur AFFECTU, hic adversus diabolum perficit POTESTATE*. In Augustini Verbis (a) similitudinem habes, & discrimen. Abs re igitur adversus me colligis: „ Si læsam credit terrenus „ Princeps suam dignitatem; lædi quoque credendus erit amor Redem-„ ptoris &c. “ Adtende igitur, in quo sit a me instituta similitudo. Quod est respectu humani Principis *læsivum*, ex sibi adjunctis imperfectionibus, *minus proprium* est respectu Christi, a quo omnes longius absunt imperfectiones. Et si subditi, ne Principem lædant, *tenentur* accurrere ad ipsum, cum publice sedet, eis dona largiturus, non ita respectu Fidelium differendum est, si præsente Christo ad Virginem, vel ad Sanctos ordinent suos cordis affectus, videlicet non ullo pacto Christi lædunt honorem, sed *minus proprie* se gerunt, magisque proprie suos ad Christum dirigerent cordis amores. In eo igitur sita est a me producta similitudo ex terreno Principe; quod si lædatur ejus honor, & amor a subditis, non utique lædatur a Fidelibus Christo debitus amor, sed minus proprie se gerant. Eo enim loci inquiro: *Se fosse più proprio*, & haudquaquam: *Se fosse necessario*.

628. Ut autem, quid intersit, accipias, inter humanum Principem, ac Jesum, adtende. I. Ille plerumque zelotypia torquetur, & invidia, si subditos videat, in memorata circumstantia potius, quam ad se, ad suos amicos confugere. II. Esto sit Princeps, Subditorum tamen auxilio eget, ac servitute. Hinc cum statis diebus publice eos admittit, facilis beneficia eis collaturus; quandoque non tam bono eorum consulit, quam suo. Nimirum illos magis sibi studet devincire; ut quando opera eorum indiguerit, fideliores habeat, magisve obsequentes: qui certe hac sua spe frustratur, si ad amicos suos accurrere viderit: tunc enim magis timeri reputabit, quam amari. Merito igitur læderetur suæ dignitatis beneficentia. Omnia isthæc ab Homine Deo ableganda longissime sunt. Invidus esse nequit, ac Zelotypus; nec *bonorum nostrorum* eget, cum sit Dominus omnium. Quod si omnium velit ad se trahere amorem, *magis habet in potestate sua voluntates nostras, quam nos ipsi eas*. Cum itaque palam venerationi exponitur; avet quidem, Fidelibus ad se confugientibus, beneficia impartiri; sed gaudet etiam easdem donare Virginis mediatione, aut Sanctorum. Ea propter usum laudavi Litaniarum Mariæ coram eo. Nullo igitur pacto mihi timendum erat, quod Christi læderetur honor, & amor. Verum in æternum, & ultra inficiari nequibis: *Che sia più proprio di porgere direttamente le suppliche nostre a Gesù, pronta a far grazie ec.*

629. En modo tres tuæ oppositiones, sup. recitatæ (b) in fumum abiere.

(a) Lib. 1. Quæst. Evang. q. 56. (b) Num. 721.

re. Nituntur quippe tuæ phantasiæ, quod a me scriptum crederes, lædi Christi amorem, si Virginis Litaniæ coram eo canerentur. Hinc bene Sum. Pontifices, ac S. Carolus communes Litanias cantari præscripserunt: bene Clerici Canonicas horas Virginis laudibus inspersas, ut ais, persolvunt coram Venerabili exposito: bene Fideles recitant Rosarium &c. Illi nimirum mandant, isti exequuntur, quod bonum est: quodve etiam mihi laudabile est; sed laudabilius existimo, si Litaniæ canerentur in Christum directæ, a Sum. Pontifice in usum probandæ.

630. Tertia adversus me oppositio (a) est hic enucleatius discutienda; ut aliquando experiaris (sed despero) quo tui te scrupuli impellant. In ea quippe totum in me immittis mortiferum virus, & insanabile; cum, nisi Pritanium, saltem libelli doctrinam Hagiomachia fœtentem conclamas. *Et ecce*, ais, *penitus abolitam Invocationem Sanctorum*. En tuum in summa ratiocinium. „ Læditur ex Pritanio Christi dignitas, si coram eo exposito, Litaniæ canantur Virginis Matris, aut Sanctorum. Igitur Dei dignitas lædetur, ubique sua Immensitate præsentis, si coram eo Deipara invocentur, ac Sancti. Et cum Deus ubique præsentissimus sit, ubique pariter tacenda erit Invocatio Sanctorum. Et ecce penitus abolitam Invocationem Sanctorum. “

631. *Quis non rideat, quod nescio, utrum vobis persuadere poteritis; & tamen aliis persuadendum putastis?* (b) Jam accepisti, nullibi a me scriptum, quod lædatur Christi dignitas, si coram eo Litaniæ cantentur; sed morem hunc laudabilem docui. Detur tamen tibi, id a me esse affirmatum. Quid proinde? Nil certe moliris adversus me; sed potius feris teipsum. Equidem prætefers a Dialectica peregrinum; dum ex dissimili ad aliud dissimile tendis; & credis tamen bene concludere. Vide, R. P. & serio adtende; quod Christi præsentia palam expositi, & Dei ubique regnantis, *nobis*, *nobis*, inquam sint insigniter dissimiles. Apostolicæ Sedi dissimiles sunt, necnon Fidelibus. Me forte non percipis: da aures, ut capias.

632. Quandone unquam præcepit Apostolica Sedes, ut coram lapide, arbore &c. ut in Templo saltem, quod sibi elegit Deus cultu peculiari, & sanctificavit, (c) noctu, diuque lampas arderet, ut plurima adhiberentur luminaria, ut a Ministris sacris thus adoleretur &c. ob præsentiam Dei, ubique existentis? Nunquam sane id mandavit, aut præcipiet. Præcepit quidem, ut in quovis Templo, in quo SS. Sacramentum asservatur, continuo una saltem lampas colluceat: ut, si exponatur publicæ Adorationi, plura ex cera ardeant luminaria: adoleatur thus, plurimaque alia servanda decernit in venerationem Christi præsentis. Fidelibus item dissimiles sunt. Nunquam nusquam hi caput aperiunt, genua flectunt, aliave peragunt signa Pietatis Deo ut ubique præsenti; quæ tamen Christo præsenti exequuntur. Omnium item sensus est, quod graviori nimis scelere delinquatur coram Jesu palam exposito, quam coram Deo intime præsenti. Quinimo omnibus dissimilior est Christi præsentia in Tabernaculo latentis præ Ipsomet posito publicæ venerationi; quod liquet ex diverso cultu, quem mandat Apostolica Sedes, & quo Fideles moventur in Christum.

633.

(a) Vid. sup. num. 721. in III. (b) Lib. 1. oper. imperf. num. 67. (c) Libr. 2. Paralipom. cap. 7. 15.

633. Quid hoc, R. P.? Unus, idemve Deus est in utraque præsentia; & tamen tam varia disciplina Ecclesiæ, tam diversus Adorationis motus in Pietate Fidelium? Homines sumus, ex spirituali quidem animo, sed ex corpore etiam compositi: & adeo compositi ex corpore; ut, nonnisi hoc ministrante, animus intelligere nequeat: suo enim modo a corporeis sensibus pendet animus spiritualis; & quo perfectiora sunt corporalia instrumenta, eo perfectior in nobis est usus intelligendi. Ex his venit, ut sensibilia magis, magisve moveant animum sensibus alligatum: ista enim vividius feriunt cum sint connaturalia objecta, quæ primo, & per se ordinat natura ad mentis exercitium: spiritualia autem nec directe, nec primo intuitu percipiuntur.

634. Perpendamus modo, quænam sensibilior *nobis* sit, Præsentia Dei ubique, an in Eucharistia Redemptoris. Neutra quidem quo ad spirituale objectum, quod eis inest, videlicet Divinitatem; sed quo ad alia adjuncta, sensibilior ista præ illa. Determinatum quippe habent objectum sensus nostri, in quod ferantur, Sacram Hostiam; Christus sub speciebus latens est etiam homo; quem, utpote ex se sensibilem, imaginari valemus: centies quotidie in Sacrificio Missæ adoratur, in quo & datur in cibum. Ex hisce omnibus (quæ minime reperiuntur in Deo ubique præsente) pene sentitur Christus, necnon vehementior ejus amor in nos. Uno verbo: numquam imaginari poterimus Deum præsentem ubique; quod experimur facile de Christo in Eucharistia latente.

635. Sensibilior itaque *nobis* est Christi præsentia; fortiusque animum nostrum ferit, ac percipitur dilucidius. Fit proinde, ut vividiori Fide in Christum feramur, quam in Deum præsentem. Hinc factum (sup. dicebamus) ut ex hac Fide universim Peccatores, qui nihil remorantur a patrandis sceleribus, etsi Deum credant sibi præsentissimum; tamen coram SS. Sacramento, & maxime exposito, magis sibi ducunt a culpis esse fugiendum: hinc etiam fit, ut, cæteris paribus, delinquant scelestius coram Jesu, cum tamen in Sacramento ab eis distat; quam cum in quovis loco peccant coram Deo, qui intimius ipsis inest. Quinimo unius Dei præsentia graviori crimine læditur in Templo (nulla ibidem Eucharistia asservetur) quam extra. Porro autem ex clariori notitia Boni fortior amor descendit: & quemadmodum nequit prorsus amari, quod nullo pacto cognoscitur; ita quo vividius percipitur, eo amari potest vehementius.

636. Sensibilior itaque nobis est præsentia Christi in Sacramento, validiusque movet animum nostrum, quam præsentia Dei. Fit proinde, ut Deus, qui juxta humanum captum exigit laudari a nobis, & nostras amat adorationes, vult, ut Christi præsentia in Eucharistia nobis sit dignior veneratione majori; etiamve idcirco peculiarem cultum mandat Ecclesia, & exequuntur Fideles.

637. Verum quæcumque ea sit specialioris cultus origo (quæ enim modo dicta sunt, non asserta quidem, sed disputata intelligantur) jam vides, insigniter *nobis* esse dissimiles sup. memoratas Christi, ac Dei præsentias. Qua igitur Dialectica colligis adversus me: „ Vetantur Litaniæ „ coram Jesu publicæ venerationi exposito. Igitur & coram Deo ubique

„ præ-

„ præsenti? " Nimirum ex dissimili concludis dissimile, quod impossibile nosti. Expressius loquamur. Profecto haudquaquam læditur Divina Majestas, si coram eo ubique præsenti, nulla lampas colluceat, thus non adoleatur &c. (ut sup. dicebamus) (*a*) : certissime vero Christi dignitas læderetur, si publicæ venerationi posito, non peragerentur ea, quæ universis Ecclesia præcepit, & delinquerent, si ea omitterent Fideles. Sentis igitur, quædam esse, quæ Christi lædant præsentiam, non eam Dei. Non itaque bene concluditur, quod si in quodam lædatur Christi præsentia, in eadem lædatur etiam præsentia Dei. Inter ea (in suppositione loquor, gratis tibi data, quod Christi læderetur dignitas, si coram eo exposito, Litaniæ canerentur) Inter ea autem, quæ læderent Christi honorem, adnumero, si coram eo converterentur Fideles ad Sanctos invocandos. Viderentur enim saltem minus curare infinitum ejus amorem, singularemve pietatem: qui, cum gaudeat quandoque, immensæ Majestatis Homo Deus, nostris præsentari conspectibus in Sacramento, ut ejus experiamur Potentiam, Beneficentiam, Caritatem; nos coram ipsomet, eo postposito, ad Sanctos convertimur, quasi pluris faciendo horum beneficentiam, & amorem. Posset Christus nobis reponere, quod olim Discipulis: *Nam semper pauperes habetis vobiscum: me autem non semper habetis*. Posset, inquam, reponere: „ Semper in vestra est potestate Sanctos invocare, sive domi, si- „ ve in via, sive in Templis: me autem non semper habetis publicæ ve- „ nerationi expositum, & pro vestro majori bono; sed *quandoque*; & in „ quibusdam locis, *rarissime*. In hac itaque circumstantia pietatis meæ er- „ ga vos, in me semper amores vestri dirigantur; ad me preces vestræ, „ omnisque convertatur fiducia. " Intelligis modo, quam procul a sana Dialectica exorbitaveris; cum, ex quo me dixisse, credideris, lædi Jesu dignitatem; subinfers adversus me, lædi similiter divinum honorem? Itaque *quæris inaniter*, *multum laborans*, *ut ostendas* me Hagiomachum. Verum *quid hoc evidentius*, *quid apertius*, *quid expressius*, quod Hagiomachia Pritanii in spatia imaginaria excesserit tuæ phantasiæ? (*b*)

638. Demum adtende (utinam resipisceres) in quot, qualiave præcipitia inconsideratus abieris. Peroptas me Hagiomachum conclamare? Indulgeo tibi: Prædica, ut lubet. Non irascor; non inficior, sed nunc admitto. Repende tamen grati animi vices: aliud, precor, tu indulgeas mihi. Nimirum ut ratiocinio eodem, quo me niteris hostem monstrare Invocationis Sanctorum; eodem omnino prædices laudatos Sum. Pontifices (*c*) Clem. XI. Innoc. Benedict. XIII. & Clem. XII. veros Iconoclastas, hostes videlicet Sac. Imaginum. Si indulgere nolueris, adverte: vires suppetunt, & insuperabiles, quibus redactus ad incitas, & indulgere, & fateri cogaris, quod precor. Verum cur quæro, ut indulgeas? Indulsisti jam, & confessus es; sed scrupulosis adversus me præjudiciis obrutus, non advertisti, quid diceres. Da nunc dociles aures; dum te annosum scholasticum impeto scholastica forma, qua ad internecionem usque feriaris; & videre nequeas præcipitium, in quod ruis.

639. En tuum adversus me ratiocinium: (*d*) „ Ille infensus est In-

Gg „ vo-

(*a*) Num. 632. (*b*) Lib. 5. cont. Inl. c. 3. n. 10. (*c*) Num. 614. (*d*) Quod habes num. 15. 16. & hic sup. num. 624. in III.

„ vocationi Sanctorum, qui docet, nullibi eos eſſe invocandos. At ex do-
„ ctrina Pritanii (*a*) idipſum dilucide ſequitur. Pritanius itaque infenſus
„ eſt hoſtis Invocationi Sanctorum. Major certe admittitur: probatur mi-
„ nor. Docet Pritanius, neutiquam invocandos Deiparam, ac Sanctos,
„ coram Venerabili palam expoſito; ne dignitas ipſius lædatur. Igitur
„ ſimillima ratione neque invocandi ſunt coram Deo, ne dignitas læda-
„ tur divini honoris. At Deus ubique præſentiſſimus eſt obſecrationibus
„ noſtris; Ubique igitur ex ejus doctrina non erunt Sancti invocandi. Et
„ ecce abolitam a Pritanio Invocationem Sanctorum. Et ecce dilucidam
„ Pritanii Hagiomachiam." (*b*) Egregie, R. P. egregie, & bis optime.
Et ipſe totum hoc ratiocinium nunc tibi indulgendo, fateor veriſſimum.
Sed progredere mecum; ut videas, hoc eodem argumento laudatos qua-
tuor Sum. Pontifices monſtrari a te Iconoclaſtas.

640. „ Ille hoſtis infenſus eſt Sac. Imaginum, qui docet, nullibi eas
„ ponendas eſſe, nullibi eſſe ſervandas. At ex Inſtructione eorum Sum.
„ Pontificum (*c*) idipſum dilucide ſequitur. Laudati itaque Sum. Pontifi-
„ ces infenſi hoſtes ſunt Sac. Imaginum. Major certe admittitur: Proba-
„ tur minor. Docent illi, Sacras Imagines ponendas non eſſe coram SS.
„ Sacramento, publicæ Adorationi expoſito. Igitur ſimillima ratione ne-
„ que coram Deo ponendæ erunt. At Deus ubique præſens eſt Venera-
„ tionibus noſtris. Ubique igitur ponendæ non erunt Sacræ Imagines."
Quod ſi Fideles eas domi occulte ſervarent; idem eſſet, ac ſi coram Deo
ubique præſenti ponerentur. Ne igitur hoc eveniat, erunt penitus omnes
comburendæ. Et ecce abolitum uſum, ac cultum Sac. Imaginum. Et ec-
ce quatuor Summos Pontifices Iconoclaſtas. *Si hoc tibi placet, tu videris.*
(*d*) *Quod ſi dicere horreſcis; quoniam revera horrendum eſt.* (*e*) *Muta ante-
cedentia, ſi vis cavere ſequentia.* Una nimirum tibi ſuppetit via, Romanis
hiſce Pontificibus vindicandis; ſi fatearis ingenue, ratiocinium adverſus
me elaboratum, te ſomniantem ſcripſiſſe. *Cernis, quidquid contra me di-
cis, contra quos dicas?* (*f*) Poterit quidem tibi, neſcio quæ gloriola ſub-
repere, quod tot protulerim huic tuo argumento refellendo: quod inſuda-
rim. Et quidem laboramus utrique; at quam diſpari ſorte! Mea *refellere
cupiens, inutiliter tu laboras; laboras enim pariendo ſpinas, non evellendo:
nos autem laboramus, ut ſpinas tuas, quantum donat Dominus, evellamus.* (*g*)
Verum *totus iſte Epiſtolæ* (Parænetica) *locus, ſi* a ſcrupulis tuis *non cor-
rigit, nimis obduruiſti.* (*h*)

641. Num. 19. hæc mea recitas: Una ſola ragione a mio credere può
addurſi pel Rito ſuddetto (ideſt, canendi coram Venerabili expoſito Dei-
paræ Litanias) cioè, che le noſtre ſuppliche al Salvatore avran più for-
za, ſe accompagnate, ed avvalorate ſaranno da quelle della ſua S. Ma-
dre. Ma queſta ragione pruova troppo, e però nulla pruova, nel preſen-
te caſo. Altrimente *non converrebbe mai* ſupplicar Gesù ſenza invocar l'in-
terceſſion di Maria: *il che niuno oſerà di dire.*

642.

(*a*) Cap. 22. pag. 324. quæ ſupra habetur num. 720. *Leſa crederebbe ec.* (*b*) Sup. n. 614. (*c*) Hoc ratiocinium expreſſum ex Tuis eſt quo ad ſenſum. (*d*) Lib. 5. cont. Jul. cap. 12. n. 46. (*e*) Lib. 6. op. imp. n. 27. (*f*) Lib. 1. op. imp. n. 86. (*g*) Lib. 6. op. imp. n. 29. (*h*) Lib. 6. cont. Jul. c. 4. n. 8.

642. Num. 20. impetis in hæc : ſed moneo , ne extra arenam inſilias totus. „ Num cenſes, *ais*, nihil reipſa noſtris ad Chriſtum Deum ſuppli„ cationibus conferre ſimul invocatam Virginis Interceſſionem? “

643. Num cenſes , reipſa verum Pritanium impugnare ; an , neſcio quem, fingere, ut abſumere valeas? Obſcuratam nimis mentem prætefers (quam maxime doleo, hæc ſæpiſſime revibrare in te ; ſed juſtiſſima defenſione cogor) ut meos ſenſus planos, apertos, expreſſos non percipias. Aliud eſt , quod Virginis preces , noſtris adjunctæ , *faciliori impetrationi non conferant :* (quod quidem impium eſt ; cujuſve oppoſitum nervoſe ſcripſi cap. 22. cum id tamen non eſſet mei libelli ſcopus .) Aliud eſt, che non convenga *mai* (adtende) *mai* ſupplicar Gesù ſenza invocar l'Interceſſion di Maria. Hoc falſum reputo cum Eccleſia Catholica, hoc falſum judicas; & de hoc ſcripſi: *Il che niuno oſerà di dire*. Tu vero excurris, & ſaltas, ut utilem monſtres Virginis Invocationem ex Tridentino. Vides, quantis paraſangis procul a campo exceſſeris? Proſequere.

644. „ Si enim bonum, atque utile eſt, etiam coram SS. Sacramento, „ ſuppliciter Sanctos invocare , ut fit in Litaniis communibus ; cur bo„ num , & utile tunc non erit , Dei Genitricem ſuppliciter invocare, „ quod fit in Litaniis Lauretanis? Hanc diſparem rationem nuſpiam , & „ nunquam invenies. “

645. Certiſſime *nuſpiam* , *& nunquam invenies* hominem , quem fingis, tam plumbeum, tamque a ratione devium ; ut bonum prædicet, & utile, coram SS. Sacramento communes Litanias cantari, non autem Lauretanas. Annon vides, in communibus Litaniis invocationem contineri Virginis Matris, *S. Maria*, *S. Dei Genitrix*, *S. Virgo Virginum*, *ora pro nobis?* Stipes igitur erit, aut lapis, qui communes, non Lauretanas cantari poſſe reputabit. Id de me te ſomniaſſe, certum non reor : ſed ſi a ſcrupulis ad ſomnia tranſieris , evigilans monſtra , id a me affirmatum : tunc quidem ſubſcribentem habebis me , *hanc diſparem rationem nuſpiam* , *& nunquam inveniri* . Fateri itaque cogeris , me admiſiſſe , utile, ac bonum eſſe coram Venerabili expoſito communes Litanias cantari ; etenim ſup. laudatam Inſtructionem laudavi (*a*) quatuor Sum. Pontificum, in qua Romæ præcipitur haſce Litanias canendas. Igitur fateri omnino compelleris, in eadem circumſtantia laudatas eſſe Virginis Litanias a Pritanio.

646. Num. 21. „ Ad Conſequens (*b*) inde deductum reſpondemus, id, „ quod Pritanio *abſonum* videtur, decentiſſimum viſum eſſe D. Bernardo „ ajenti (*c*) *quidquid illud eſt*, *quod offerre paras* , *Mariæ commendare me*„ *mento ; ut eodem alveo ad Largitorem gratiæ gratia redeat*, *quo influxit*. Et „ rurſus: *Ideoque modicum iſtud*, *quod offerre deſideras* , *gratiſſimis illis* , *&* „ *omni acceptione digniſſimis Mariæ manibus offerendum*, *tradere cura*, *ſi non* „ *vis ſuſtinere repulſam*. “

647. Abſonum mihi reputatum eſt, & reputo: (da aures iterum) *che non convenga* MAI , MAI , MAI , ſupplicar Gesù ſenza invocar l'interceſſion di Maria. Et merito, & fideliter cum tota Catholica Eccleſia: dandus enim locus eſt Invocationi Sanctorum ; dandus eſt multo magis acti-

 bus

(*a*) Cap. 22. pag. 238. (*b*) Vid. ſup. n. 641. [illegible] *Altrimente non converrebbe ec.* (*c*) Serm. de Aquæduct. prope finem.

bus Latriæ, qui directe in Deum tendunt. Scrupulosissime homo, nonne tu ille es, qui communes Litanias coram SS. Sacramento cantari, utile ducis, & bonum? At cum Sancti invocantur, Apostoli, Doctores, Virgines &c. omnis certe tacetur Invocatio Virginis Matris. Nonne tu ille es, qui num. 22. scribis: „ Si de publica Oratione, servanda erit illa „ precandi formula, quam præscripserit Ecclesia. Ecclesiæ autem mos est, „ nunc *ad solum Deum Patrem preces suas immediate dirigere:* nunc vero ad „ Filium ejus Redemptorem nostrum: nunc denique ad SS. Dei Genitri- „ cem, vel ad reliquos Sanctos. " Ex more igitur Ecclesiæ, te referente, te approbante, multotiens in Deum itur, omni omissa Invocatione Deiparæ, ac Sanctorum: quinimo in illis precibus, quæ *Orationes* dicuntur, seu *Collectæ* in divino Officio, & Missa, unice semper in Deum movetur precantis Ecclesiæ affectus. (Per transennam hic: Sanctissimum igitur desiderare; *quandoque*, videlicet coram SS. Sacramento exposito, in solum Jesum nostras preces dirigere, fiduciam, amorem) *Rogo; Cede aliquando etiam per os tuum tibi loquenti veritati.* (*a*)

648. Quædam autem de objecto Bernardo dicamus, cujus mentem jam sup. habes (*b*). De eo loquitur, de quo ibidem immediate ante verba secundo loco opposita ait: *Forte enim manus tuæ aut sanguine plenæ, aut infectæ muneribus, quod non eas ab omni munere excussisti.* De eo, inquam, loquitur, qui scelerum fœditate perterritus, pusillanimus timet recta tendere ad Judicem Christum. Tunc certe sanctissimum, si confugiat ad mediationem Virginis Matris, che ricolma tuttavia di quella misericordia, che nudrì in Terra, noi la riguardiam come *ajuto de' Cristiani, e Rifugio de' Peccatori* (*c*) stante l'efficacia delle sue preghiere presso il suo Figlio, ed attesa l'inclinazione della *somma sua carità a giovarci.* (*d*) Verum si immanissimus licet Peccator, in flagitiis Prodigum filium imitatus, imitari animus esset in conversione; ut, quemadmodum ille, amoris non immemor, nullo mediatore interposito, ad suum directe curreret Patrem Deum; *Qui proprio Filio suo non pepercit; sed pro nobis omnibus tradidit illum:* (*e*) hic, inquam, Peccator, si vivida spe, uni innixus suo Mediatori Jesu, ac corde dolens, ad Patrem Deum vellet confugere, veniam precaturus, eum remoraberis hisce: siste; ne excurras ad Deum: *tuam coram oculis Dei vilitatem agnosce: indignum te reputa, qui summum illum Regem solus solum, & ore ad os alloquaris.* (*f*) An solus esset Peccator cum Redemptore suo, cum Hominedeo? Et quid ei sufficiet, cui non sufficit Deus? In æternum, & ultra ea numquam protuleris, multo minus Bernardus.

649. Prosequeris num. 23. „ Sin autem de Oratione privata sermo fuerit, quæ e propria orantis devotione pendet; non est, cur vetemur: „ ne in omni prece nostra ad Deum, vel Christum, Dei Genitricis opem, „ & præsidium advocemus, sic ore, vel corde Patrem orantes: *Ut qui ti-* „ *bi placere de actibus nostris non valemus, Genitricis Filii tui Domini nostri* „ *intercessione salvemur;* quemadmodum in Festo Assumptionis orat Ec- „ clesia. "

650.

(*a*) Lib. 3. cont. Jul. cap. 15. n. 29. (*b*) Cap. 5. §. de S. Bern. (*c*) Me[illegible] c. 22. pag. 313. (*d*) Pag. 319. (*e*) Rom. 8. 32. (*f*) Hæc refers n. 31. ex tuo Scriptore.

650. Nihil penitus moliris adversus me. I. In loco, quem carpis, de publica oratione loquor: Uso è di tanti paesi, che davanti a Gesù esposto si *cantino* le Litanie della B. Vergine, prima di benedire i divoti astanti; tu autem hic de privata sermonem habes. II. Mihi subscribis: Etenim mihi in votis est, ut coram SS. Sacramento directe in ipsum moveatur affectus orantis: qui autem voluerit hoc modo tendere in Christum, interponendo etiam merita Virginis Matris (de quo nihil a me expresse assertum) optime quidem facit; sed jam concedis, quod desidero; ut videlicet in Jesum dirigant preces suas Fideles. Quod & sanctissimum est; imitantur enim Ecclesiam (*a*) quæ in suis publicis *Orationibus*, seu *Collectis* Divini Officii, & Missæ, semper quidem ad Deum dirigit preces suas, sed plerumque merita interponit Sanctorum, ut in Oratione facit a te laudata: *Ut qui tibi placere &c.* quod & ego tot annis præstiti Missam celebrando, recitando Divinum Officium. Aliud quippe est, recta ferri in Deum, precando per merita Virginis Matris, & Sanctorum: aliud immediate in Virginem, & in Sanctos.

651. Num. 26. Quartum profers meum argumentum, ut ais: (*b*) E ne abbiamo l'ineffabile promessa dalla bocca del Redentore stesso, che così dice: (*c*) *Se mi chiedete qualche cosa in mio nome, la farò*. E forse che ci dee mancar la fiducia e la voce, per supplicar questo benedetto Signore? Ascoltiamo l' Apostolo, che così parla: (*d*) „ Avendo noi dunque un „ gran Pontefice, che è salito nel Cielo, cioè Gesù Figlio di Dio, stiamo „ forti nella Fede, che abbiam professato: imperciocchè non abbiamo „ un Pontefice, il quale non sappia compatire le nostre infermità, „ avendole Egli provate tutte, somigliante a noi fuorchè nel peccato. „ Adunque andiamo con fiducia al Trono della grazia, per conseguir „ Misericordia, e trovar grazia ed ajuto ne' bisogni. " E certamente chi si dee credere, che ami più il suo Popolo, la Vergine, e i Santi, o pur Gesù Cristo? Neppur si dovrebbe mettere in disputa. Chi è morto per nostro amore, chi tuttavia ci pasce col suo preziosissimo Corpo e Sangue; e tanto desidera di farci del bene, e di esserne pregato da noi: come potrà mai lasciare in noi diffidenza e timore? *Adversus verba mea sic argumentaris homo acutissimus... ac per hoc secundum mirabilem intelligentiam tuam* (*e*) ais:

652. N. 27. „ Non video, quid intersit inter hoc Pritanii argumentum, „ & illud Hagiomachorum, quod quarto loco ita sibi opponit Cardin. Bel„ larminus (*f*) *Deus paratissimus est nos audire, & magis nos diligit, quam* „ *ullus Sanctorum. Ergo frustra invocantur Sancti. Imo signum diffidentiæ est,* „ *Sanctos invocare; ait enim Dominus*: (*g*) Petite, & accipietis. *Et* (*h*) „ Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. *Et Paulus*: (*i*) „ Accedamus cum fiducia ad Thronum gratiæ ejus. Quidquid ergo Prita„ nius, tanquam bonus Orthodoxus, huic argumento responderit, & nos „ suo argumento respondebimus. "

653. *Bonus Orthodoxus* Pritanius! Hui, R. P. quid dormiens loqueris?

In

(*a*) Ut sup. (*b*) Ex pag. 325. (*c*) Joan. 14. 14. (*d*) Hebr. 4. 14. (*e*) Lib. 6. cont. Julian. cap. 17. n. 51. (*f*) Lib. 1. de Beatit. & Canoniz. Sanct. cap. 20. (*g*) Luc. 11. (*h*) Joan. c. 16. (*i*) Hebr. 4.

In his certe apparet, vana, & inepta esse tua præconia (*a*) quinimo, tua pace, impia. Quo jure, qua fide, *Orthodoxus, & bonus Orthodoxus*, (*b*) qui, te judice, de Immaculata Conceptione „ piæ sententiæ firmitatem dire„ ctis, & obliquis viis labefactare conatus est (*contra clarissimam Sum„ Pontificum prohibitionem?*) Qui ferventiorem in ipsam Dei Matrem Fi„ delium pietatem obiter carpere, & sugillare non omittit? Qui Chri„ stianorum in Sanctos, Sanctorumque Reginam, eorumque Festa, Ima„ gines, Reliquias, propensam Devotionem reformare contendit: multis„ que objectis scrupulis, & offendiculis, pluribusque consuetæ Pietatis of„ ficiis, clam, vel palam improbatis, modis omnibus infirmare videtur? „ Qui non veretur ad novam istam Christianæ Devotionis Reformationem „ conficiendam iisdem interdum argumentis imprudenter uti, quibus No„ vatores Hagiomachi, & Mariomachi omnem Sanctorum, & Dei Matris „ Cultum evertere, & convellere tentarunt? " Qui favet Hæreticis (*c*) & in cujus libello *della Regolata Divozione* plures docentur errores? Is, inquam, & *Orthodoxus, & bonus Orthodoxus* erit? Apagesis: absit, & si quid pejus. Neque hic ulla valet Pritanium liberare excusatio ex ignorantia. Num ignorantia in eo, cui & sapientia, & omnigena litteratura, & copia sapientissimorum operum, pares potuit habere Italia, neutiquam sapientiores; quemve Europa omnis & admirata est, & mirabitur? Neque obscuri sunt Errores, & Hæreses, sed solemni judicio ab Ecclesia & reprobati, & contriti. Igitur sciens, & volens impegit: impius errores docuit; ut merito tuus Concellita æternis jam ignibus addictum prædicaverit. (Qua Revelatione?) Igitur exhumandi saltem cineres erunt, & Carnificis manu concremandi. Dele igitur, dele, & longa litura ex tuo hoc Opere ea deme: *Bonus Orthodoxus*. Libellum meum conclama; dic mentem meam sentinam errorum, hæresum Colluviem, Augiæ Stabulum, ex qua in voluntatem altissima refunditur massa impietatis. Quod si tantum audere animus non est, ut ea expungas *Bonus Orthodoxus*, necessario tibi obliteranda sunt, quæ adversus me scribis in hoc tuo Opere; quod certe ut *Infamatorium* tui Proximi, comburendum da, non igni, sed septuplo Incendio. *Cum ergo illud fatearis*, quod bonus sim Orthodoxus: *cur hoc negas?* (*d*) Cur non exequeris eo validissimo igne Opus hoc tuum concremare? At calumniare, ut libuerit: *Ego in laudem meam tua sumo convicia*. (*e*)

654. Cæterum cogor hic ingenuitati tuæ laudis præconium contexere. Etenim sincere quidem, sed ut par erat, cœcum te profiteris: *Non video*, inquis, *quid intersit inter hoc Pritanii argumentum, & illud Hagiomachorum &c.* Tanta nimirum obrueris in hac caussa Pritanii tenebrosa cæcitate incredibili; ut, si Cœco illi (*f*) homines videbantur velut arbores ambulantes: tibi, quod nihil est, mons Olympus appareat. Hinc certe, *quæ commemorare me tædet, te non puduit aggerare*. (*h*) (Condona, precor: displicent certissime, quæ scribo: sed quia vera sunt, sunt defensioni meæ necessaria. Insidiaris quippe, nedum Sapientiæ, sed & Pietati, sed & Fidei

(*a*) Lib. 6. oper. imperfect. num. 17. (*b*) In tua Præfatione. (*c*) In tua Idea part. 1. cap. 1. (*d*) Lib. 5. oper. imperfect. n. 63. (*e*) Lib. 6. n. 21. (*f*) Marc. 8. 24. (*g*) Lib. 5. oper. imperf. n. 15.

dei meæ) Quomodo? *Non video*, ais, *quid intersit &c.* Non vides, quod non videre non potes? Nequis in pleno meridie discernere lucem a tenebris? Jure igitur, meritoque despero, te ad sanitatem reducendum. Verum quia scrupulos tuos extirpandos suscepi: *Ecce respondeo, sive capias, sive non capias*, (*a*) quid intersit inter Hagiomachos, & Pritanium.

655. Et quidem non est ovum ovo similius, quam sint quædam verba Pritanii, & Hagiomachorum apud Bellarminum (*b*): quinimo & eadem prorsus testimonia Scripturarum. Quid inde mali? quid inde? inquies. Pritanius itaque Hagiomachus; quibus enim communia sunt Scripturæ testimonia, & momenta rationum, communis item Opinio est. At considerasti, ad quem collineant scopum doctrina Pritanii, Hagiomachorum doctrina? Hic labor, hoc opus præstandum erat, nec perfunctorie. Id omisisti: nil mirum, si scrupulosis tenebris circumseptus, non es permissus videre: *Quid intersit inter hoc Pritanii argumentum, & illud Hagiomachorum &c.* Adtende, & perdisce, quo tibi erat calle incedendum.

656. Non alio tendit Pritanius verbis a te recitatis (*c*) quam firmam, vividamque excitare spem in Fidelibus erga Redemptorem Jesum, ut directe in ipsum ferantur. Et hoc quidem non semper, dicit, faciendum, sed *quandoque*, hoc est *nel presente caso*, videlicet cum publicæ Adorationi exponitur. Altrimente *non converrebbe mai* supplicar Gesù senza invocare l'Intercession di Maria: il che niuno oserà di dire. Nimirum hoc monstrandum aggredior; Nessuno oserà di dire, che *non convenga mai* supplicar Gesù, senza invocare Maria. Brevius, & positive: *Che convenga qualche volta supplicar Gesù senza l'invocazion di Maria*. Ut ista comprobem, prosequor: I Santi, e chiunque s'accosta alla sacra mensa, fanno, e santamente fanno i lor Colloquj con quello amoroso Signore: ed a misura della loro divozione e fervore ne ricavano frutti di vita eterna. Vides, quo pacto monstrem, sanctissimum quandoque esse, ut in Jesum immediate feratur orantis affectus amando, gratias agendo, sperando. Subinde quasdam Scripturas profero, a Deo dictatas, ut in vividam spem & Peccatores valeant erigere. E ne abbiamo ec. (*d*) Hæc certe ad Fidei amussim posita sunt, quibus firmissima in nobis fiducia oriatur, qua in unum Mediatorem nostrum recta moveamur, quin ulla *semper* necessaria sit Mariæ invocatio, aut Sanctorum. In hisce meis hic *proximus* mihi scopus est; ut videatur tandem, quam veræ Pietati congruat, quod post ea immediate subinfero: „ Il perchè non dovrebbe parer fuor di proposito il „ desiderio, di chi ricercasse una Litania apposta, indirizzata al benefico „ ed amabilissimo Signor nostro, allorchè Egli sta esposto sul Sac. Altare, „ per benedire il divoto suo Popolo. " Profecto isthæc hæresis neutiquam est Hagiomachorum. Si alius in hisce meis tibi apparuerit scopus, & sensus; ne cuncteris proferre. Sed poteris ad Kalendas Ausonias, nisi calumniari volueris.

657. Videamus modo, quinam hæreticorum fuerit scopus, videlicet ad quam Conclusionem probandam, doctrinam suam posuerint apud Bellarm. (*e*) Noli longius abire: Relege Bellarm. certe statim offendes, quo ipsi col-

(*a*) August. (*b*) Vid. sup. n. 652. (*c*) Cap. 22. pag. 324. V. sup. n. 651. (*d*) Vid. sup. n. 651. (*e*) Vid. sup. n. 652.

collineent: Nempe ut omnem velint a ſana Fide diſterminare Invocationem Sanctorum, ceu impiam, ceu Scripturis adverſam, ceu læſivam unius Jeſu Mediationis. En ipſos apud Bellarm. *Ergo fruſtra invocantur Sancti. Imo ſignum diffidentiæ eſt Sanctos invocare:* ad quæ comprobanda eas Scripturas proferunt, ex quibus impium eſt aſſerere, quod ejuſmodi errores colligantur. Aliud quippe eſt, de uno Mediatore Jeſu diffidere, ſi Sancti invocentur, quod eſt Acatholicum: aliud poſſe nos quidem ad Deum confugere per merita eorum; ſed quam maxime enitendum, ut omnis abigatur a nobis diffidentiæ torpor in meritis Chriſti; ut firmiſſimam ſpem concipientes ex eis, in Deum moveamur directe per merita unius Mediatoris Hominis Dei, quod omnes fatentur Doctores Catholici, & ipſe cum eis.

658. Num evolvens tu Lutherum, legenſque in eo, verba Euchariſtiæ conſecratoria ea eſſe: *Hoc eſt Corpus meum &c.* & ex his Chriſti realem præſentiam eum propugnare adverſus Calvinum, Zuinglium &c. ſubinde legens, fideles Polemicos, eadem ex eiſdem verbis aſſerere, ac docere adverſus item Calvinum, Zuinglium &c. Num, inquam, actutum clamares: *Non video, quid interſit inter horum Opinionem, ac Lutheri de Præſentia Chriſti in Euchariſtia?* Ex tuo diſſerendi modo adverſus me alterutrum tibi aſſerendum eſſet: *Vel Lutherus fidelis, vel fideles Polemici Lutherani.* Noli præcipitare ſententiam: conſidera prius, quo tendat ſua doctrina Lutherus, quo illi. Lutherus ad probandam collineat Chriſti realem præſentiam, & bene: ſed pergit ad *Conſubſtantiationem*, & Acatholice: alii autem ad realem Chriſti præſentiam per *Tranſubſtantiationem*, & omnino fideliter. Itaque nec fidelis Lutherus, nec fideles Polemici ſunt Lutherani. Vides, quantum interſit, longe eſſe a præjudiciis? Annon unquam legiſti Auguſtinum (*a*) profundius docentem: „ Neque enim natæ ſunt „ hæreſes, & quædam dogmata perverſitatis illaqueantia Animas, & in „ profundum præcipitantia; niſi dum *Scripturæ bonæ intelliguntur non bene*: „ & quod in eis *non bene intelligitur*, etiam temere, & audacter *aſſeritur*. “ Hæreticorum lingua Scripturas loquitur, eaſdem lingua Fidelium: illi ſpiritui erroris innixi, ea ex Scripturis colligunt, quæ minime colligenda ſunt: iſti Spiritu veritatis dirigente, eo collineant, quo ducit prima Veritas Deus. „ Omnes enim hæretici, qui eas (*Scripturas*) in „ auctoritatem recipiunt, ipſas *ſibi videntur ſectari*; cum *ſuos* potius *ſectentur errores*; ac per hoc non quod eas contemnant, ſed quod eas non „ intelligant, *hæretici ſunt*. “ (*b*) Cariſs. P. eamdem penitus viam tenent ad Civitatem unam Amici, & hoſtes; ſed ut cuſtodiant illi, iſti ut diruant.

659. *Nos certe contra quos nunc loqueris, non hoc dicimus*, (*c*) quod hæretici: & inſtituta a me hæc comparatio, *nonne tam robuſta eſt, ut argumentationes veſtras tanquam pueriles, & ludicras tabellas, robore ſuo frangat, & conterat?* (*d*) Vides modo, quid interſit inter argumentum Pritanii, & Hagiomachorum? Vides diſcrimen patentiſſimum, quod amplius eſt, quam ab abyſſo diſtet cælum, & lumen a tenebris? Vides, quinam ſit mo-

(*a*) Tom. 3. part. 2. Tract. 18. in Joa. n. 1. (*b*) Id' epiſt. ad Coſentium 120. 3. n. 13. alias 222. (*c*) Lib. 5. op. imp. n. 67. (*d*) Ibid. n. 59.

modus habendus Catholico saltem Auctori, ingenuo, cordato; ut omnem moveat lapidem, omne studium adhibeat, a nota hæreseos tueri Catholicum hominem, præsertim in Catholica defunctum, potissimum si sit laudatissimi nominis? Vides, quam facillime, quam vere ab impacta calumnia vindicaverim me? Poteras & tu facilitate eadem, si scrupulosis præjudiciis tuis nimium non indulsisses. Cave impostèrum.

660. Cæterum, quam sana sit Fides mea de Invocatione Sanctorum (a) jam nosti. *Quod tibi jam sæpe dictum, sæpiusque dicendum est.* (b) Igitur *ista, quæ manifesta sunt, adspice. Non enim in obscuro conjicimus, sed in luce clarissima cernimus.* (c) La prima mira della Chiesa fondata sull' antichissima Tradizione, ed autenticata da i SS. Padri, è di farci meglio conoscere, chi può essere a noi utile presso Dio, per impetrarci grazie sì spirituali che temporali, secondocchè ne abbisogniamo. Certo è, che i buoni Servi di Dio hanno portata con seco al Paradiso l' ardente Carità, che nudrivano in Terra verso l' adorabil nostro Monarca Iddio, e verso il Prossimo da loro amato per amore di Dio. Maggiormente ancora hanno rinforzato, ed accresciuto in quel beatissimo Regno questo santo Fuoco. Di noi si ricordano, ci amano piucchè mai, e bramano di giovarci, riconoscendo noi per questo nel Simbolo quella Comunione, che passa fra i Santi Comprensori, e i Figli della Chiesa Cattolica militante. Sicchè ove noi invochiamo il loro soccorso, essi leggendo in Dio le nostre preghiere, le presentano a Lui, accompagnate da i meriti del nostro divino Mediatore Gesù; e facilmente impetrano ciò, che può ridondare in ben delle Anime nostre. Perciò l' Invocazione de i Santi, siccome utile e lodevol mezzo, per ottener grazie dall' Altissimo, è a noi raccomandata dalla santa Religione; ed abbiam Litanie apposta, con cui gli preghiamo, che preghino Dio per noi ec. Et de Virgine Matre: (d) E quanto all' invocarla ne' nostri bisogni, commune abbiamo il sentimento della Chiesa, che più utilmente ricorreremo a lei, per ottener benefizj da Dio, che al rimanente de' Santi. Num doctrinam hanc Hagiomachia laborare credideris? Profiteor itaque cum Tridentino (e) utilem, ac bonam Invocationem Sanctorum, non autem *semper, & absolute* necessariam cum Ecclesia, sed quandoque pro circumstantia loci, & temporis: Hagiomachis autem nunquam, nusquam sana absolute est: semper, & ubique impia, ac Verbo Dei repugnans. Vides, quam intersit, scrupulis oppressum, obrutum præjudiciis, in sapientissimos viros irruere more Andabatarum? » Nihil te, cum hæc scriberes, censura doctorum virorum, nihil revera » futuri judicii (*saltem apud cordatos*) nihil ipsa litterarum monumenta » moverunt? Patere jam calumniam tuam, & deprehensam teneri non » vides? " Si mente serena, & pacato *corde cogitares, erubesceres, contremisceres, obmutesceres.* (g)

(a) Cap. 20. & 22. (b) Lib. 6. oper. imperfect. num. 23. (c) Ibid. n. 20. (d) Cap. 22. Pag. 312. (e) Sess. 25. de Incarnat. ec. (f) Orat. 1. in Catilin. Tull. (g) Lib. 1. oper. imp. n. 24.

CAPUT X.

Audito Mariæ nomine, reverentiæ caussa caput a Fidelibus inclinari, valde consentaneum esse.

PRITANIUS.

661. SCripseram (*a*) : Intanto non vo' lasciar di aggiugnere, che se i nemici della nostra Santa Religione osservassero molti del Popolo chinare il capo con riverenza, allorchè nelle Litanie della Vergine si dice *S. Maria, ora pro nobis*, e niun segno mostrassero di ossequio alle precedenti parole : *S. Trinitas, unus Deus, miserere nobis* : se ne andrebbono forse scandalezzati. E' forse Maria da più di Dio ? direbbono essi. Anzi messa in confronto con Dio questa felicissima Creatura, per se non ha splendore ; e se splende, tutto riconosce il suo lume da Dio stesso. Perciò uffizio spezialmente sarà de i Parrochi di ben istruire il Popolo ne i doveri della Pietà, esortandolo a lodare la Vergine SS. e ad implorare il suo ajuto, e raccomandandone la Divozione, ma secondo l' intenzion della Chiesa, e senza oltrepassare i limiti da essa prescritti ; perchè altrimente sarà dalla Vergine stessa condannato non solo l' eccesso, ma chiunque ancora osa di proporlo.

662. Ebullierunt hic scrupuli tui, nimium effervescentes : & incredibile est, quot, impia quidem, ex integro legere potuerunt in hisce meis; quæ si vera essent, animum certe præmeferrem infensissimum pietati erga Virginem Matrem. I. *Quod non sit valde consentaneum, caput a Fidelibus inclinari, Mariæ nomine audito*. Id liquet ex Titulo, & doctrina hujusce tui Capitis; ais enim in Præfatione (*b*) „ In singulis uniuscujusque Partis Capitibus unum aliquod Pritanianæ Reformationis documentum, sive aperte traditum, sive occulte insinuatum ... confutandum aggredimur. “ II. „ Quod ex Litaniis occasionem arripiam Mariani Nominis veneratores oblique carpendi, tanquam in Dei nomen minus Religiosos. “ Ex num. 1. III. Quod de multis Mariæ *DEVOTISSIMIS* jactem *invidiose*, ad ejus nomen caput inclinare, non autem ad nomen SS. Trinitatis. Ex num. 2. IV. „ Quid sibi volunt verba illa, a Pritanio in ore „ hostium Religionis posita : *E' forse Maria da più di Dio ?* An censet „ Pritanius, inclinari caput ad *Mariæ*, & non ad *Trinitatis* nomen, argumento esse, quod pluris fiat Maria, quam Deus ? “ ex num. 3. V. „ Ut quid etiam Fideles monet Pritanius, Mariam per se nihil splendoris habere ? Num forte Fideles, cum ad Mariæ Nomen caput inclinant, illam velut aliquod *ens a se* venerantur ? “ VI. „ Ne ista Pritanii monitio, & invidiosa comparatio, Religionis objectu, *sensim* removeat Fideles a pia ista consuetudine, qua, audito Mariæ Nomine, „ caput inclinare consueverunt &c. “ ex num. 5.

663.

(*a*) Cap. 22. pag. 326. (*b*) Pag. 12.

663. Feliciſſimam mentem paſtam Chimæris! *Sentiſne, quid dicas? Accipe aliud: Audiſne, quid dicas? Accipe & tertium: Intelligiſne, quid dicas?* (a) *Noli obſcurare clara, recta pervertere, implicare ſimplicia.* (b) Ex meis, ſup. hic recitatis, hæc colligis, & typis vulgas? Qua adamantina fronte tam expreſſas calumnias appingere non erubeſcis; cum alioqui mea neque hæc præſeferunt, neque ſubindicant? Ubi ſunt momenta rationum, quibus evincas, probabiliter ſaltem, ex meis ea omnia deſcendere? A num. 6. ad 24. plura conſarcinas, ut comprobes: *Audito Mariæ nomine caput eſſe inclinandum.* Scrupuloſiſſimum hominem! Vehementiſſimo æſtu in me abreptiſſimum! quid? Taces neceſſaria, & in ſuperfluis ſpatiaris ampliſſime? Norunt omnes caput Mariæ nomini inclinandum: at nemo novit præter Plazzam, quæ profers adverſus me, ex meis illa venire. Hoc certe monſtrandum erat; ut in nihilum me redigeres, qui me abſumere ſatagis. Reſolutiſſime, P. Plazza: Uſquedum non monſtraveris, Juſtiſſima mihi eſt, & Apologia validiſſima: *Calumniaris, ut ſoles.* (c)

664. Quædam ſubtexo, ut non videre nequeas, quam craſſe, quam aperte calumnieris Pritanium; & latibula potius quæras huic tuo Operi; vel, quod æquius eſt, incendium ignis, quo abſumatur. Legiſti, quod immediate ſcribo poſt mea, quæ impetis? (d) Saltem nunc audi. Perciò ufizio ſpezialmente ſarà de' Parrochi di ben iſtruire il Popolo ne i doveri della Pietà, eſortandolo a lodare la Vergine SS. e ad implorare il ſuo ajuto, e raccomandandone la Divozione, ma ſecondo l' intenzione della Chieſa, e ſenza oltrepaſſare i limiti da eſſa preſcritti. Qui igitur hic fideles dirigo, erudiendos a Parochis *ſecondo l' intenzione della Chieſa, ſenza oltrepaſſare i limiti da eſſa preſcritti*, moneo inclinandum Caput & Mariæ Nomini, cum conſuetudo Fidelium ſit ut Mariæ nomini caput inclinent. Legiſtine unquam, quæ ibidem ſcripſi? (e) Debueras certe. Saltem nunc audi: Nel numero de' Santi non ſolo entra anche la Beatiſs. Vergine, Madre del Signor noſtro Gesù Criſto; ma con ragione eſſa è appellata *Regina de' Santi;* giacchè oltre all' aver ſuperato tutti i Santi coll' eminenza delle ſue virtù, concorre in eſſa una sì ſublime prerogativa, che al confronto ſuo ſpariſce lo ſplendore d' ogni altro Concittadino del Cielo. L' eſſer ella ſtata eletta per Madre dell' Unigenito Figlio di Dio, è un pregio di sì alta contemplazione, *che le menti noſtre non poſſono far di meno di non concepirne quella maggior venerazione*, di cui ſia capace una mera Creatura beneficata in ſommo grado da Dio. *Perciò un onor ſuperiore a quello degli altri Santi è da noi dovuto a così eccelſa Signora.* E qui tam magnifica ſcribo (pro modulo quidem noſtro) de Virgine Matre; ſubinde poteris, impune vel de me ſuſpicari, quod diſpliceat, cum Mariæ nomini caput inclinant Fideles? Iſthæc mea *ſi prudenter cogitare voluiſſes, non ipſe imprudenter veritati maniſeſtiſſime reſtitiſſes.* (f)

665. Ordiris Caput: „ Ex Litaniis occaſionem arripit Pritanius Maria„ ni nominis Veneratores oblique carpendi, tanquam in Dei nomen mi„ nus religioſos. “ Cariſs. P. neque *indefinite* eos carpo; neque ceu *Ve-*

 „ *ne-*

(a) Lib. 6. oper. imperf. num. 27. (b) Ibid. num. 31. (c) Libr. 4. oper. imperfect. num. 52. (d) Vid. ſupr. num. 661. (e) Cap. 22. pag. 312. (f) Lib. 4. oper. imperf. num. 62.

neratores Mariæ (quod fors velle videris intelligi ; ut novam semper mihi confles invidiam) sed *molti del Popolo ;* qui certe minus religiosi apparent, non in Dei Nomen, ut ais, sed in Nomen Trinitatis. Et quidem tecum carpo ; qui num. 2. eorum *incogitantiæ* adscribis, ut ad Mariæ nomen caput inclinantes, obsequium idem non etiam præstent Nomini SS. Trinitatis. Et in *Idea* hujusce Operis tui (*a*) de hisce *molti del Popolo* ais : *Emendandum* in illis esse hunc morem. Tibi *molti del Popolo emendantur*, non carpuntur : mihi *carpuntur*, non emendantur *veneratores Mariæ. Hic risum tenere difficile est.* (*b*)

666. Num. 2. scribis : „ Quod de multis Mariæ Devotissimis invidiose „ jactitat Pritanius ; ego & alii nequidem in paucis observavimus. " Quod nempe Mariæ nomini Caput inclinent, non autem Sanctissimæ Trinitatis.

667. *Tu vero magnus Mirabiliarius.* (*c*) Quin imo excellentissimus Figulus, qui artem possides mirabilem ; ut meos sensus ex arbitrio vertas, invertas, subvertas, detrahas, addas &c. O bone P. Ubinam *Mariæ Devotissimos* impeto? Nomino dumtaxat *molti del Popolo* : & tu qua fide affingis mihi, quod *de Mariæ Devotissimis* jactitem, quod caput Mariæ nomini inclinent, haudquaquam Trinitatis SS. ? Crede saltem tibi in latinum mea vertenti : „ *A multis de Populo* reverenter inclinari caput &c. " Num credis, *Devotissimos* esse Mariæ, qui caput ejus nomini inclinant? Bene. At in honorem Mariæ jejunantes, quod amplius est, quo pacto nominaveris ? *Devotissimos* certe. (Barbara vox, sed tibi necessaria : Rideamus) At qui ex secura magis Pietate Virtutes nituntur imitari Virginis Matris ; quod melius omnino est & inclinatione capitis, & jejunio, quo eos nomine duxeris appellandos? Tuum solummodo est, novam vocem excogitare, & ex integro in Latium intrudere ; qui tanta polles facundia, ex integro adinvenire calumnias, mihique affingere. Mirum autem, ut in Sicilia neminem e Populo, uni tantum Mariæ nomini caput inclinantem, & neutiquam Trinitatis, imposterum adtentiorem te præbe: fors certe offenderis.

668. Prosequeris ibidem : „ sint autem multi, qui, audito S. Mariæ, „ secus SS. Trinitatis nomine, caput inclinent : nisi censores iniqui fue„ rimus, non id minori erga divinissimam Trinitatem observantiæ, sed „ incogitantiæ tribuendum erit. "

669. Gratulor huic pietati tuæ erga Populum, cujus non sustines esse *iniquus Censor*. Et hæc tua Pietas tota exaruit erga Pritanium ? Nullibi unquam parcis : ubivis lethali vulnere niteris famam ejus impetere. Quinam Censor appares Pritanii ? Æquus, an iniquus ? optime quidem monenes, debere non esse Populi iniquos Censores ; ut proinde eorum tribuas *incogitantiæ* : verius ego *defectui instructionis ;* & idcirco scripsi : Perciò ufizio spezialmente sarà de i Parrochi di ben istruire il Popolo ne i doveri della Pietà ec. (*c*)

670. Num. 3. scribis : „ Præterea quid sibi volunt verba illa, a Pritanio in ore hostium Religionis posita : *E' forse Maria da più di Dio ?* " An

(*a*) Part. 2. cap. 10. (*b*) Lib. 6. oper. imp. n. 27. (*c*) Lib. 5. oper. imp. num. 9.
(*d*) Lege sup. n. 661.

» An censet Pritanius, inclinari caput ad Mariæ, & non ad Trinitatis » nomen, argumento esse, quod pluris fiat Maria, quam Deus?

671. Annon advertis, quod tibi ipsi non constes? Si fateris ea verba, a me posita in ore hæreticorum; proinde ex horum sententia proferri; cur adversus me scribis: *An censet Pritanius;* quasi ex mea opinione sint? Non ego censeo, sed Hæretici, in quorum ore a me posita sunt, & sapienter. Si enim illi venerationem nostram erga Sanctos impie Idololatriam nominant; quanto magis pejorem Idololatriam opponerent nobis, videntes, specialiori cultu, præ Deo, puram creaturam adorari? Quid ego censeam, jam modo audisti. (*a*)

672. Num. 4. „ Demum, ut quid etiam fideles monet Pritanius, Ma» riam nihil per se splendoris habere? Num forte Fideles, cum ad Ma» riæ nomen caput inclinant, illam veluti aliquod *Ens a se* (ut schola» stice loquar) venerantur? "

673. Non ego moneo Fideles, Mariam nihil per se splendoris habere; sed ex ore loquor hæreticorum. E' forse Maria da più di Dio? direbbono essi. Anzi messa in confronto con Dio questa felicissima Creatura, per se non ha splendore; e se splende, tutto riconosce il suo lume da Dio: ac si dicerent: „ Absonum quidem est nomini Mariæ caput incli» nari, & minime Trinitatis SS. Etenim Maria non est pluris, quam Deus. » Quinimo, Deo comparata, in immensum distat a Majestate divina. " Jam vides, hæc ultima: *quinimo Deo comparata &c.* validiorem esse confirmationem eorum: *Maria non est pluris &c.* Ex ore igitur hæreticorum ea scribuntur: Anzi messa in confronto ec. Verum, ut tibi liberalior sim, mea sint ea: *Anzi messa in confronto ec.* Profecto, ut isthæc vera sint, haudquaquam necesse est, eam venerentur Fidele ceu *Ens a se*: satis erit, si in eadem circumstantia loci, ac temporis majorem præseferant cultum, præ Deo, erga Virginem Matrem, sive ex incogitantia, ut ais, sive ex defectu instructionis. Etenim in hòc facto posset etiam Fidelibus hisce vere denuntiari: „ Badate bene: Se chinate il capo al nome di » Maria, molto più dovete al nome della SS. Trinità. Poichè questa fe» licissima Creatura ec. " Hæc, inquam, ad indulgentiam dicta sunt.

674. Scripseram, plures e Populo Mariæ nomini caput inclinare, haudquaquam SS. Trinitatis: scripseram quoque de illa (ut vis) Messa *in confronto* con Dio ec. Adversus hæc, quid moliaris, videamus. Num. 5. » Ne ista Pritanii monitio, & *invidiosa comparatio*, Religionis objectu, » sensim removeat Fideles a pia ista consuetudine, qua, audito nomine » Mariæ, caput inclinare consueverunt &c.

675. Injuste prorsus, ac pessime *invidiosam* hanc meam nominas *comparationem*. Ubinam gentium sumus? Puram Creaturam Deo comparare, Deo posthabendam dicere; proindeque admonere fideles, quod nedum Virginis, sed multo amplius caput inclinandum sit Nomini Trinitatis; idipsum nominare audes *invidiosam comparationem*? Dic, R. P. Ne hæreas tantillum, dic: *verissimam, sanctissimam comparationem* cum Spiritu Sancto (*b*) comparante creaturas Creatori, & hunc præferente creaturis: *omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo; & quasi nihilum, & inane reputa-* *tæ*

(*a*) Num. 669. (*b*) Apud Isai. cap. 20. 17.

tæ sunt ei. Scripseram de Virgine Matre (*a*) „ *Al confronto* suo sparisce „ lo splendore di ogni altro Concittadino del Cielo: Perciò un onor su„ periore a quello degli altri Santi è da noi dovuto a così eccelsa Si„ gnora: Più utilmente ricorreremo a lei, per ottener benefizj da Dio, „ che al rimanente de' Santi: “ Num has *Comparationes* nominare audebis *invidiosas*? Annon potius *verissimas*, *sanctissimas*? Et si Virginem Sanctis comparare, eisque anteferre, jure meritoque vera dicenda comparatio est; quo pacto *invidiosam* proclamaveris, quando Virgo Mater comparata Deo, ipsi posthabenda asseritur, & præferendus Deus prædicatur? Justa igitur, & optima comparatio est inter ea, quorum unum alteri præferendum, certo liquet, & reapse antefertur; ut in superiori mea comparatione constat. Invidiosa autem esset, quinimo impia, si comparatæ Deo Creaturæ, aut coæquarentur Ipsi, aut postferretur eis: *Et cui assimilastis me, & adæquastis, dicit Sanctus*? (*b*) Item invidiosa merito censenda est, cum unum alteri antefertur ex laudantis arbitrio; quin ipsi perspecta sint unius præ alio merita excellentiora. Tunc quippe periculo exponitur, ut præponat, qui postponendus est; aut posthabeat anteferendum.

676. Verum postremo non est, cur perturberis, credens de me, cui nedum displicuerit, caput non inclinari Nomini Trinitatis, sed etiam quod Nomini Mariæ inclinetur; ex quo scripserim mores improbando di molti del Popolo, i quali chinano il capo a *S. Maria*, e niun segno di ossequio mostrano a *S. Trinitas &c.* Haud certissime tam crassæ Minervæ te reor, quod credideris, utrumque mihi displicere. Adtende sanam doctrinam.

677. Ut Propositio comparativa falsa sit, aut aliquod enuntiet detestabile; haudquaquam necesse est, utrumque membrum, quo componitur, falsum habeatur, aut malum: sed sufficit omnino, etsi primum bonum sit, si alterum malum sit, & credatur. Exemplis doctrina clarescet. Quotidie audiuntur divini verbi Prædicatores: „ Gran cosa! Siam tanto grati „ alle Creature, dalle quali riceviamo benefizj finiti: e poi siam tanto „ poco grati, e talvolta, per non dir sempre, sconoscenti ad un Dio, „ da cui abbiam ricevuto, da cui aspettiamo benefizj a quelli infinita„ mente maggiori. “ Profecto primum hujusce Propositionis comparativæ membrum cunctis laudabile est: videlicet, siam tanto grati alle Creature, dalle quali riceviam benefizj finiti. Etenim congenita omnibus Naturæ lex omnes urget, ut vel ipsis beneficis Creaturis grati animi vices rependantur. Alterum dumtaxat membrum iniquum est: E poi siam tanto poco grati ec. Aliud accipe ex Scriptura exemplum. (*c*) Interfecto a Davide Goliath, egressæ Hebrææ Mulieres in occursu, epinicia Sauli Regi canebant, & Davidi: *Saul percussit mille, & David decem millia*. Hoc displicuit Sauli. Fors quod sibi mille dedissent? Haudquaquam certe. Nulla in Saule commotio, si cecinissent iliæ: *Saul percussit mille, & David decem*: decem millia displicuere, David tributa, in comparatione sui, cui mille dederunt. Et quidem subdit Scriptura: (*d*) *Iratus est autem Saul nimis*,

(*a*) Cap. 22. pagina 312. (*b*) Isai. cap. 20. 25. (*c*) 1. Regum 18. vers. 7. (*d*) Vers. 8.

nimis; & displicuit in oculis ejus sermo iste; dixitque: Dederunt David decem millia (en displicentiæ objectum) *& mihi mille dederunt: quid ei superest, nisi solum Regnum?* Ratione prorsus consimili: In mea Propositione comparativa unum placet, quod Caput inclinetur SS. nomini Mariæ: alterum displicet, quod non idem, & profundius, præstetur obsequium nomini Trinitatis SS. Ista plusquam satis tuis hic scrupulis extirpandis, quibus *ostendisti quidem, sed quemadmodum tu intelligeres, vel potius non intelligeres, non quemadmodum deberet intelligi* (*a*) quod scripsi. Imposterum comproba, nec pertunctorie, quæ mihi affingis. Secus, jam nosti, quænam verissima mihi sit Apologia: *Aut calumniaris; aut* (ut voluntatem tuam a malevolentia erga me liberem) *nescis, quid loquaris*, (*b*) præjudiciis actus incredibilibus.

CAPUT XI.

Pie, ac laudabiliter agere Mulieres illas, quæ in publicum prodeuntes, B. Virginis Corollam, seu Rosarium in manu gestant, vel etiam per viam orant.

PRITANIUS.

678. NUnquam tibi arrisit erga me vulgare illud effatum, quod in hostes etiam non sit tota, & atrox exerenda crudelitas. Si neci destinentur; occidantur quidem: at cogitet Persecutor, & quod homo sit, & quod homines perimat: in hos autem sævire, ferinum est, non humanum. Persequeris me; & usque ad famæ ruinam. Detur tuis præjudiciis scrupulosis. At sævis etiam; & sævis ad tyrannidem usque. Nullam ex humanitate mihi requiem præstas: continuo, incessanter novos armas errores, quibus impetas me, quos affingas mihi, quibus haudquaquam meam famam perdas, sed dilanies, discindas, & minutatim concidas. Vah truculentam sævitiem! quis eam crederet in pectore Religioso! in Auctore Catholico, & sapiente! Et contra Catholicum Sacerdotem! & omnigena litteratura Sapientissimum! Da quandoque tantulam requiem Adversario tuo: cogita te hominem; hominem cogita. Cave ab adversariis, a te in desperationem actis. Quid si vires resumant? Pœnas certe lues & persecutionis, & crudelitatis. A Redivivo Pritanio nil timeas omnino: suum sibi dumtaxat vindicat jus, non tangit alienum. Quot potuissem tua vellicare: Tacui, ut vidisti, & tacebo. Sed cave, si alter pro me in campum prosiliat, præ te ferventior. Unum est, fateor, quo possis timeri: Nempe ex nihilo producis calumnias. Verum, quia non ex malignitate id præstas, sed ex præjudiciis, nemo est, quem terreas. Etenim calumniæ, quas procreas, tam crassæ sunt, tam grandes; ut vix in

(*a*) Lib. 4. op. imp. n. 45. (*b*) Lib. 1. n. 43.

in comparationem positas, lusciosi etiam queant discernere. Age: videamus, quid hic novi moliaris.

679. Scripseram: (*a*) Dassi ancora qualche affettazione innocente, ma che non lascia di esser affettazione. E' venuto il costume in alcune Città d'Italia, che le Donne escono in pubblico colla Corona, o sia col Rosario in mano. Forse per distinguersi dagli Ebrei, e da i non Cattolici? Ma in Italia Eretici non ci sono; e tocca agli Ebrei, e non a i Cristiani, il portare un distintivo della loro credenza. Forse per biasciare in cammino de i Pater-nostri, e profittare ancor di quel tempo? Ma il Signor nostro ci ha avvisati, che volendo far Orazione, entriamo nel Tempio, o ci ritiriamo nel segreto delle nostre Case. Si proccuri, che quella non sia ivi apparenza mera di Divozione: e meglio sia, il ritirarsi almeno nel segreto del cuore, e coll' accompagnamento dell' esterior Divozione soddisfare a i doveri della Pietà.

680. Per transennam. Falso penitus in latinum vertis mea: *Forse per biasciare in cammino de i Pater-nostri*, hoc modo vertis: *An ut precatorios globulos per viam precaturæ demittant*. Ignorantia vocis *Biasciare* impulit te in errorem. Poteras consulere Il Vocabolario Italiano (vulgo) della Crusca compendiato: in ea voce legisses: „ E' proprio il masticar di chi „ non ha denti, che non può rompere il cibo, ch' egli ha in bocca. " Consulto quidem eam vocem adhibui; ut plurium, præsertim Mulierum, notarem minus religiosum orandi usum. Ii nimirum tunc contenti sunt, si plurimas recitaverint preces, parum tamen solliciti de voluntaria mentis evagatione, necnon de mutila pronuntiatione, & præpropera: quæ ut plurimum orantibus evenit in foro, & in via.)

681. Num. I. irruis in mea: „ Hunc quoque simplicissimum, & inno„ centissimum Marianæ pietatis morem (quis crederet?) sua illa magna, „ & Ecclesiæ necessaria Reformatione indigere censuit Pritanius. "

681. Quis crederet, nisi hoc tuum Opus evolveret, quam truculenter sævias in unius Pritanii memoriam? Reformationis intorques odiosissimam notam, quod nominaverim *Affettazione innocente* morem quarumdam mulierum, quæ prodeuntes, Rosarium B. Virginis præ manibus gestant! Num adversor Conciliorum Canonibus Sum. Pontificum scitis? Num saltem eum laudant morem? Num approbat universalis Pietas Fidelium, aut eorum sanior pars? Nil horum certe. Mulierum de trivio consuetudo est; neque omnium, neque ubique. Ex alterius relatione fateris, in Lusitania & nobiles viros, & Mulieres Rosarium deferre: audivi oppositum a religiosissimo Lusitano, neque ab uno, quod dumtaxat Mulieres gerant, sed *per vanità, non per divozione*. Coronas quippe amant ostentare ex Indica materia pretiosissima, aut saltem quæ globulos habeant argenti, aurique ornatu circumnexos. Et quidem etiam in Regionibus nostris uni ex Mulieribus hisce binæ donentur Coronæ, ex vili ligno una, in qua tamen Orationes recitanti indulgentiæ plures concedantur (dicuntur vulgo: *Corone di S. Brigida*) pretiosa altera sit, lemniscata, sericis ornata fasciolis multicoloribus, e quibus aurea pendeat Sacra Imago, aut argentea: utram capiet Mulier publice deferendam? Inhæsitanter reponet ipsa: *Nobiliorem volo*. Ut

(*a*) Cap. 25. pag. 366.

Ut videas, ut capias, regulariter gestari Coronas, vel quia alias id viderint factitare, vel quia aliud non suppetit, quod præ manibus gerant: proindeque cum universim non fiat ex vera Pietate, pulcriores amant, & nobiliores. Considera item mille ex Mulieribus hisce; nescio, num plures videris recitantes orationes; & ex his vix paucas inspicies, quæ religiose, quæ demissis oculis, ut par esset, Rosarium recitent ex interiori Pietate. Quid igitur in me malæ Reformationis, quod morem hunc paucularum de trivio, & quatrivio Mulierum castigatissime dixerim: *Affettazione innocente*? Et tu non erubescis? Et te non pudet? Et audes sapientissimum Sacerdotem irridere, & contumelia afficere Reformatoris? „ Hunc „ quoque, ais, simplicissimum, & innocentissimum Marianæ Pietatis mo„ rem (quis crederet?) sua illa magna Ecclesiæ necessaria Reformatio„ ne indigere censuit Pritanius. " Si sapis, *noli ulterius hæc nova jactare*. (*a*)

682. Verum Pritanio vindicando a nova Reformatione, quam opponis, aliud cape solidius momentum, & tibi documentum expressius, quod mea non perceperis. Consuetudinem Rosarium deferendi haudquaquam *absolute* carpo eo loci, quem impetis; sed solum quando sit *mera apparentia* Pietatis: quod si gerant ex interiori Pietate, præsertim Rosarium recitaturæ, tunc quidem & approbo, & veneror. Relege mea nimium clara, & expressa: Si proccuri, che quella *non sia ivi apparenza mera* di Divozione: e *meglio sia il ritirarsi* almeno *nel segreto* del cuore, e coll' accompagnamento dell' esterior Divozione soddisfare a i doveri della Pietà. Vides, quod aversor *la mera apparenza di Divozione*; quod placeat *l' esterior Divozione* cum interiori, *col ritirarsi nel segreto del cuore*? Profecto autem (ut ex more facis) dum irruis in me, tui oblitus, mihi subscribis. Laudas Mulieres Rosarium deferentes; sed quas interior Pietas in Deum moveat, & in Virginem Matrem. Audi tua num. 6. „ Qui Rosarium religiose, „ ac reverenter tractat, illudque titulo rei sacræ, tanquam quid sibi ca„ rissimum, & gratissimum, præ manibus gerit (ut de piis illis seu Vi„ ris, seu Mulieribus, credere par est) Deo, & Deiparæ honorem ex„ hibet &c. " Utinam, saltem major pars, hac Pietate deferrent. Item num. 21. ais: „ De hoc igitur *admonendæ* sunt piæ illæ Mulieres; ut jux„ ta consilium Apostoli (*b*) *redimentes tempus*, pergant quidem etiam per „ viam Orationes Dominicas, & Salutationes Angelicas recitare: *Sed ob„ servent Orationis affectum*, hoc est eas preces *intentione sancta*, interio„ rique devotionis affectu consocient. " Vides, quam accurate sensus meos amplectaris? Scripsi: Soddisfare agli doveri della Pietà; Tu: *Observent Orationis affectum*: Ego: Ritirarsi nel segreto del cuore, e coll'accompagnamento ec. Tu: „ Eas preces *intentione sancta*, interiorique Devotio„ nis affectu *consocient*. " Quod hic Reformatorem nomines me, *quantum erraveris*, *puto me satis demonstrasse*. (*c*)

683. Quædam hic mea tibi scrupuloso præstabit explanare. De hisce Mulieribus Coronas deferentibus scribo: Forse per biasciare in cammino de i Pater-nostri (admoneo de minus pia pronuntiatione, & evagatæ mentis oratione) e profittare ancor di quel tempo? Ex Ironia: vide. Ii licet

(*a*) Lib. 3. cont. Jul. c. 5. n. 5. (*b*) Ephes. 5. 16. (*c*) Lib. 3. cont. Jul. c. 24. n. 55.

licet tanta pietate moventur; ut circumeuntes Urbem, tempus velint redimere, Orationes fundendo &c. An tibi difficile non erit, quod Mulierculæ, quarum *oculi non ſatiantur viſu*, *neque aures auditu implentur*, gyrovagæ, videre cupientes, & plerumque videri; hæ, inquam, ea Pietate orabunt per viam, quam exigit infinita Majeſtas? Quanta mentis adtentio, quam validum indomitis ſenſibus frænum, quam conſtans oculorum modeſtia, ut fixum cor habeatur in Deum, & cordis affectus! Si in Eccleſia, Orationis loco, ſi in cubiculo a clauſis Adoratoribus perſæpe animus evolat; quid in via erit? quid in Plateis? quid in Mulieribus? Te hic quoque habeo ſponſorem, & vadem (*a*) „ Si locus ſacer ſit pu„ blicus, poteſt contingere, ut in eo ſit occaſio aut *evagationis* mentis, aut „ *inanis gloriæ*; ideoque utilius ſit juxta Chriſti conſilium ingredi cubicu„ lum ad orandum. " Hic tantillum ſiſte. Comparemus Piazzæ Pritanium; ut videatur, uter ſcripſerit duriora. Ego, te judice, ab oratione in via, & plateis Mulieres retraho ad Eccleſiam, aut ad cubiculum; ut ſecurius vera oratio ſit: Tu ab orando in publicis locis, etiamve in Eccleſia, omnes revocas ad ſolum cubiculum ob mentis evagationem fugiendam quandoque, ob periculum inanis gloriæ. Certe Plazza duriora ſcribit. Et tibi, Sanctum eſt, quod ais: & mihi, impium erit, & Reformatio! *An utrumque æqua lance perpendis* (*b*) an potius non æqua?

684. A num. 4. ad 11. adlaboras monſtrare, quod pium ſit præ manibus deferre Roſarium. Inutiliter prorſus; iſthæc enim conſuetudo pertinet ex ſeſe ad exteriorem pietatem, ut dixi: ſi ſuperaddatur interior, certiſſime pia erit, ac laudabilis (*c*), qua quidem pietate illi geſtarunt, quorum profers exempla. Unum autem eſt, de quo jure monendus es. Num. 6. ſcribis: „ Roſarium autem, nempe ſeries illa globulorum filo „ innexorum, quibus utimur ad certum numerum Orationum Dominica„ rum, & Salutationum Angelicarum perſolvendum, aliquid utique eſt, „ ad Cultum Dei, ac Deiparæ deputatum. " Ex nimia pietate deciperis. Roſarium *proprie*, quod vere ad Dei Cultum dirigitur, eſt *certa precandi* „ formula, qua quindecim Angelicarum Salutationum decades, Oratione „ Dominica interjecta, diſtinguimus; & ad earum ſingulas totidem no„ ſtræ Reparationis Myſteria pia meditatione recolimus. " (*d*) Illud autem Inſtrumentum ex numeratis globulis compoſitum, quod improprie Roſarium nominamus, ſeu Coronam &c. *ſuapte inſtitutione* neque ſacrum quid eſt, neque Deiparæ cultui deputatum. Dumtaxat, ut memoriæ conſulerent, Fideles coegit illud adinvenire, quo abſque errore poſſent quindecim eas Decades numerare. Quot ſunt, qui, ne errent, adhibent pro Corona digitos manuum, lapillos, aut globulos veſtium ſuarum? Num iſthæc Roſaria paupertati, aut neceſſitati apprime utilia, dices, Dei Cultui deputata? Sunt autem Coronæ veneratione ſuo modo dignæ (ſed aliunde, non quia Coronæ) ſi Eccleſiæ precibus benedicantur, aut pendeat ex eis ſacra Imago, ut fieri conſuevit. Cæterum ſi ſupra memorati lapilli projiciantur, poſtquam Coronæ vices tenuerint, nullum inde erit in projiciente ſacrilegium: quod eſſet quidem, ſi id fieret ex intentione prava

(*a*) Cap. 2. n. 22. (*b*) Lib. 6. cont. Jul. cap. 9. in 26. (*c*) Vid. ſup. Part. 1. c.14.
(*d*) In lectione 4. Officii Virginis Roſarii.

prava ad ipsas orationes, quibus numerandis inservierunt. Ratione consimili differas de coronis; nisi quod istæ suam quoque, ut dictum est, venerationem mereantur ex Benedictione, vel ex Imaginibus Sacris; quæ tamen ad Coronæ institutionem minime pertinent.

685. Age, mi Pater: incalescant scrupuli tui, effervescant præjudicia. Profer aliquid novi: sed momentosum sit caput accusationis, quo me solide monstres Reformatorem. *Dic, quod tibi placet: cur enim perdas res tam bellas, quæ tibi in mentem venerunt?* (a) Audiamus. Num. 11. „ Ad „ alterum, quod adtinet de Oratione: Pritanius, qui eam fieri vetat in „ pubblico, & in via, extra Templum, & extra Cubiculum; quid dicet „ de Processionibus Rogationum, in quibus ab incedentibus Clericis per „ vias publicas Litaniæ cantantur? Quid de ipsis Sacratissimi Rosarii sup„ plicationibus publicis, quæ tam solemniter Romæ peraguntur; & qui„ bus Sum. Pontifices insignes Christianorum adversus Turcas victorias „ retulerunt acceptas? "

686. Quid dicet Pritanius? ais. *Non ut calumniaris, ego dixi.* (b) *Et quod est pejus: Fingis me dicere, quod non dico, & concludis tibi ipse, quod RENUO.* (c) *Quid dicet Pritanius?* ais. Nosse debueras. Cum vehementissima te incessit cupido libellum meum absumendi; legendus, relegendus erat: ad exactissimam veritatis stateram libranda erat doctrina: pluries a Deo invocandum erat auxilium; ne præconcepta judicia mentis serenitatem obnubilarent. Hoc si te gessisses modo, certe tacuisses: *quid dicet Pritanius?* Quinimo neque ausus esses mutire.

687. Haudquaquam *quid dicet*, adtende, sed *quid dixi*. I. In eodem loco, quem carpis (d), etiam in publico posse Orationes fieri profiteor; de Mulieribus enim differens recitantibus per viam Rosarium, scribo: E meglio fia il ritirarsi (non in Templo, non Domi, sed) almeno nel segreto del cuore: e coll'accompagnamento dell' esterior Divozione soddisfare a i doveri della Pietà. Nosti, quid sibi velit Tò *Almeno?* Videlicet cum Mulieres per viam incedentes, palam recitent Rosarium; ut bene orent, *saltem* retrahant sese in penetralia cordis, intentione sancta, & adtentione. II. Audi quid dixi: (e) Dio è dapertutto, *e dapertutto dà udienza a chi ricorre* a Lui, ricevendo da quel clemente Signore, che è, volentieri i memoriali di chiunque ha bisogno di Lui; e però *anche* nel segreto delle nostre abitazioni lodevole ed utile sarà la nostra Orazione. Il luogo nondimeno *più proprio*, e in particolar forma destinato per l' Orazione, è il sagro Tempio, dove Iddio alza piucchè altrove il trono della sua Maestà e Clemenza, per aspettare i ricorsi del Popolo suo. E principalmente è bene eleggere que' Templi, dove l' umanato Figliol di Dio sotto le spezie Sacramentali si conserva. Num dices, Pritanium fieri vetuisse Orationem in Publico, & in via? *Quid dicet Pritanius*, ais, *de Processionibus Rogationum, in quibus ab incedentibus Clericis per vias publicas, Litaniæ cantantur?* Dixi. I. (f) Il luogo più proprio... per l'Orazione è il Sacro Tempio ... *Lo stesso è da dire delle Sacre Processioni*, isti-

Ii 2 tuite

(a) Lib. 6. oper. imperf. num. 29. (b) Lib. 3. contr. Julian. cap. 21. numero 27. (c) Ibid. cap. 7. num. 24. (d) Vid. sup. n. 679. (e) Cap. 10. pag. 120. (f) Ibid. & pag. 121.

tuite dalla Chiesa fuori del Tempio, dove tutto il Popolo si unisce, per implorare le grazie del Cielo, cessando allora l' ombra della singolarità, allorchè ognuno prega. II. I più antichi e meglio regolati secoli usarono... *le piissime Processioni*, che tuttavia pratichiamo nelle *Litanie maggiori* (in die S. Marci) *e minori* (in Rogationibus) e in tempo di Penitenza, o per altre Divozioni. (*a*) III. Vergogna è de' Cristiani, che intervengono *alle Processioni*, santamente istituite per le *Rogazioni*, o per corteggiare Gesù Cristo sacramentato, ma senza quel silenzio, o quel divoto contegno, che esige Iddio presente, Iddio, da cui si desiderano i benefizj. Andandoci tanti e tanti per vedere, ed esser veduti, cioè per vagheggiar quanti oggetti si truovano per le finestre e per istrada, con compiacersene dipoi, o farsene beffe: costoro van ben pregando Iddio, che gastighi la lor poca divozione. Bel vedere all' incontro i Fedeli, che assistono alle funzioni Ecclesiastiche colla venerazione dipinta ne' loro volti, che con gli occhi dimessi lodano, e pregano l' Altissimo, e colle ginocchia piegate, ma più col cuore umiliato adorano quel Signore, che non vedono, ma vivamente credono presente, e benigno ascoltatore delle loro preghiere. (*b*) IV. (*c*) Sopra gli altri nondimeno per cagione del loro ministero son tenuti gli Ecclesiastici a far conoscere l' interna lor Divozione coll' esterna. Dovrebbe ogni persona dedicata a Dio distinguersi anche fuori di Chiesa da i Secolari, non già pel solo abito, che questo è ben poco, ma per la compostezza e saviezza nell' andare, parlare, e conversare. Or quanto più hanno essi in qualsivoglia funzione sacra da comparir da conoscenti di quella somma riverenza, che meritano le cose di Dio? Sopra di loro son rivolti gli occhi del Popolo. Trovando in essi l' irriverenza, ne ha da nascere scandalo, o poco concetto de' sacri Misterj; e se non altro, il disprezzo di chi ha l' onore di esser Ministro dell' Altissimo. Certamente se questi tali o in Coro, o nelle *Processioni*, o anche nel *solo condurre alla sepultura i Defunti*, si osservano privi di serietà, volgendo gli occhi ora alla dritta, ora alla sinistra, senza quella pia attenzione, che conviene a chi canta o recita i Cantici e i Salmi di Dio ec. *Quid dicet Pritanius*, ais, *de SS. Rosarii supplicationibus publicis*? Jam dixi. Absolute omnes veneror „ le sacre Processioni „ istituite dalla Chiesa fuor del Tempio: nelle Litanie maggiori, e minori: per penitenza, o per *altre Divozioni* (en Rosarii Litanias) del SS. Sacramento: e nel condurre alla sepoltura i Defonti. " Modo quid dicet Plazza? Vetuitne Pritanius, orationem fieri in publico, & in via, extra Templum, & extra cubiculum? Hæc mea te non legisse: nemo credet. Lecta non intellexisse: minus nemo credet. Legisse, intellexisse, sed calumniari voluisse: id apparet (sicut de cæteris, quæ mihi affingis errata, quorumve oppositum scripsi) sincere autem, ac certissime hoc nunquam credidi, neque æternum credam. Quid igitur? Sicut decet me, Sacerdotem fidelem; ut te a nota liberem malignitatis, imprudentissimus in te fuit pietatis excessus (neque aliud suppetit) erga Sanctos, Sanctorumve Reginam; necnon præconcepta præjudicia adversus me, quod sanguinarium votum oppugnaverim: Hæc, inquam, tam potuere mentem tuam

(*a*) Cap. 23. pag. 341. (*b*) Cap. 25. pag. 362. (*c*) Ibidem pag. 363.

tuam excæcare, alioqui doctam; ut supra recitata mea legeris quidem corporeis oculis, intellectu tamen percipere nequaquam potueris. *Quod si prudenter cogitare voluisses, non ipse imprudenter veritati manifestissime restitisses.* (*a*)

638. Verum quænam mea occasioni tibi esse potuerunt, ut de me scriberes, quod *orationem fieri vetem in publico, & in via, extra Templum, & extra Cubiculum?* Repones hæc: Le Donne escono in pubblico colla Corona in mano ..... Forse per biasciare in cammino de i Pater-nostri? Ma il Signor nostro ci ha avvisati, che *volendo far orazione entriamo nel Tempio, o ci ritiriamo nel segreto delle nostre Case.* Dilucide videtur hic vetari a Pritanio, orationem fieri posse in publico, & per viam? Subinde prolixius agis adversus me ex Scriptura, ex SS. Patribus, ab exemplis, quod etiam in publico queant Fideles Deum precari.

689. O bone, hoc, quod omnibus compertum est, prolixius monstras: quod erat operosius faciendum, certum supponis. Nervosius probandum tibi erat, hunc a me errorem doceri, quod omittis. Pauculis hisce meis (*b*) recitatis contentus hunc mihi affingis errorem: alia autem mea, & pluries repetita, & in pluribus locis, & expressiora, quibus sanam Fidem profiteor, quod & in publico Deo valeamus nostras preces offerre, minime potuerunt impellere te, ut ab errore me liberares? Ex hoc uno saltem intellige, quanto in me feraris impetu vehementissimo, ut mentem meam perverse interpreteris. An forte credideris tantillum errorem, asserere, quod nequeamus in publico Deum precari? mihi quidem hæreticum est, utpote expressæ Scripturæ contrarium. *In omni loco Dominationis ejus benedic anima mea Domino* (*c*) Et viæ, & plateæ, & publica quævis loca sub ditione Dei sunt. In iis igitur exorare Deum poterimus, in quibus hortamur benedicere; hoc enim Orationis species est. Hinc merito (*d*) edocemur: *Laudans invocabo Dominum, & ab inimicis meis salvus ero*: laudantes precamur, & exaudimur. Quinimo addit Scriptura (*e*) *Semper laus ejus in ore meo*, quando sumus in Templo, in via, ubique. Et quid est, quod ait Apostolus (*f*) *Volo ergo viros orare in omni loco.... Similiter & Mulieres?* (*g*) Et sapientissimo Auctori, & Catholico Sacerdoti, hæresim affingere, tam leve duxisti, ut hoc omiseris comprobare? Saltem, ut omnem effugeres umbram temeritatis, aut calumniæ, enixius monstrare debueras: quod, etsi pluries admisissem, Fideles posse & in publico Deum exorare, reapse tamen oppositum docuissem. Affingis itaque mihi hæresim eam, de qua a Lapide (*h*) „ Ridicula est ergo hæresis ex „ hoc loco male intellecto, nuper in Hollandia exorta, a quodam No„ vatore, qui rejicit omnia Templa, & tantum in cubiculo agit suas „ sectæ Synaxes. " Hanc nominat *hæresim cubiculariam*, quæ & Templa, & publica loca rejicit: Mea erit *hæresis Templaria, & cubicularia*, quæ dumtaxat in publico orationes fieri vetat. Scilicet?

690. Propius accedamus. Equidem scripsi: (*i*) Ma il Signor nostro ci ha

(*a*) Lib. 3. oper. imperf. num. 62. (*b*) Num. superiori. (*c*) Psalm. 102. vers. 17. (*d*) Psalm. 4. (*e*) Psalm. 33. (*f*) 1. Timoth. 2. vers. 8. (*g*) Vid. Illum in hunc loc. (*h*) In cap. 6. Matthæi in ea: *Tu autem cum oraveris, intra in cubiculum.* (*i*) Cap. 25. pag. 366.

ha avvisati, che volendo far orazione, entriamo nel Tempio, o ci ritiriamo nel segreto delle nostre Case. Si ex his docentem me credis, quod nequeant Fideles in publico Deum invocare, affirmare omnino cogeris, eadem docuisse Christum in laud. loco Matthæi. Ipse enim nil aliud præsto (neque aliter a me scriptum, unquam monstraveris) quam quæ ipse docuit, & in eadem simillima occasione. Alterum alteri comparemus. Erudiebat Christus Apostolos (*a*) „ Et cum oratis, non eritis sicut hypo„ critæ, qui amant in Synagogis, *& in angulis platearum stantes orare*... „ Tu autem, cum *oraveris*, *intra in cubiculum tuum &c.* Orationi in publico hypocritarum ex inani gloria opponit Orationem in secreto faciendam, ad vitandum periculum ostentationis (quod periculum & tu fateris (*b*)). Eadem prorsus ego, & in occasione eadem: hoc solum discrimine, quod de Hypocritis Jesus, ipse de Mulieribus loquor. Idcirco autem non exclusit Christus Orationes in Templo. Idipsum enim certum Hebræis erat (*c*) *Domus mea domus Orationis vocabitur cunctis Populis*, quæ etiam Christus protulerat ibidem (*d*). Neque etiam in Templo Orantes ullum urget proximum inanis gloriæ periculum; cum omnes norint, adeundum Templum esse, nonnisi ut preces fundantur: singularis quidem penitus foret, qui aut nugaretur in Templo, aut sæculi negotia perageret. Igitur immerito me docentem prædicas, quod fieri vetem in publico orationes.

691. Reponis num. 19. laudata verba Matth. *Intra in cubiculum &c.* intelligenda haudquaquam esse de proprio, ac *materiali* cubiculo; (*secus si materialiter accipiantur, ne quidem nos in Templo nos orare permittent* (*e*)) sed de spirituali cubiculo cordis; quo videlicet, etsi in publico oretur, soli tamen Deo placere quæramus, omnes humanæ gloriæ titillatus fugientes.

692. Et quidem fateor, spiritualem hunc sensum Matthæi ex mente esse, nedum Chrysostomi, quem laudas, sed Ambrosii, Augustini &c. Verum, quod inficias ire nequiveris, intellectus alter de proprio, ac *materiali* cubiculo, veritati etiam quammaxime quadrat. Quinque laudabo Doctores id approbantes, vindicando Pritanio plusquam satis. Primus sit P. Plazza. Tu, tui oblitus, quid hic scripseris adversus me, cap. sequenti num. 22. scribis oppositum, mihique subscribis. En tua: „ Ex „ accidenti autem potest magis conferre ad orationem cum mentalem, „ tum vocalem privatam, locus honestus secretus, vel remotus, & si „ non sacer. Quia si *locus sacer* sit publicus, potest contingere, ut in „ eo sit *occasio* aut *evagationis* mentis, aut *inanis gloriæ*; ideoque *utilius* „ *sit*, *juxta Christi consilium*, *ingredi cubiculum ad orandum*. Specialiter „ etiam juvare potest *secretus locus* ad liberius exhibenda exteriora signa „ quæ attentionem excitare solent, vel ad loquendum altius, vel submissius juxta uniuscujusque Devotionem. " Quinimo adverte, quam duriora præ me loquaris. Ipse vitanda, consulo, publica loca non sacra dumtaxat, & ingrediendum Templum, aut cubiculum; cum in his nullum

(*a*) Ibidem vers. 5. (*b*) Cap. 12. numero 22. Referentur tua infra numero 693. (*c*) Isaiæ cap. 56. vers. 7. (*d*) Matthæi cap. 21. vers. 13. (*e*) Huic oppositioni jam modo factum satis est.

lum sit ostentationis, aut singularitatis, periculum proximum: (a) Tu autem suades, quandoque etiam fugiendum sacrum locum, ac in materiali cubiculo orandum; ut inanis gloriæ vitetur periculum. *Tu assere, si potes, quomodo tibi non obscure, sed aperte adverseris.* (b) *An tandem aliquando concedis, quod obstinatissima contentione negaveras,* (c) dum me *temere, ac tacite* opponentem scribis ea Matthæi. (d) Alter Doctor sit tuus a Lapide in laud. Matthæi verba: „ Hic sensus (*spiritualis, quem hic probas ex Chrysostomo*) verus, & appositus est, sed symbolicus potius, & Mysticus, „ quam litteralis; nihil enim vetat, *Cubiculum* hic *proprie*, ut sonat, *accipi:* per cubiculum autem a pari quemvis locum secretum signat. “ Quinimo a Lapide videtur præferre litteralem sensum de *proprio* cubiculo spirituali intellectui de cubiculo cordis. In idem laudat etiam S. Cyprianum in libro de oratione. Quartus est doctissimus Calmet in eumdem locum Matthæi. Quintus denique sit S. Bernardus (e) „ O Sancta „ Anima sola esto, ut Soli omnium serves te ipsam, quem ex omnibus „ tibi elegisti. Fuge publicum, fuge & ipsos domesticos: secede ab amicis, & intimis, etiam ab illo, qui tibi ministrat. An nescis, te verecundum habere Sponsum; & qui nequaquam suam velit tibi indulgere „ præsentiam, præsentibus cæteris? Secede ergo, sed *mente*, non corpore, sed intentione, sed devotione, sed spiritu. “ (Ea spiritualem solitudinem, qua etiam in publico loco bene oratur) „ Spiritus enim ante „ faciem tuam Christus Dominus, spiritusque requirit, non corporis solitudinem. (*adtende sequentia*) Quamquam & *corpore* interdum non otiose *te separas*, cum opportune potes, præsertim in tempore Orationis. „ Tenes etiam in hoc & *mandatum* Sponsi, & *formam*. Tu, inquit, *cum oraveris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora*. Et quod dixit, fecit. Solus in oratione pernoctabat, non modo se *abscondens a turbis*, „ sed nec ullum quidem *Discipulorum*, nec ullum *Domesticorum* admittens. „ Denique tres secum intimos sibi adduxerat, cum ultro properaret ad „ mortem; avulsus est & ab ipsis orare volens. *Ergo & tu fac similiter*, „ *quando orare volueris.* “

693. Annon tibi sufficiunt Cyprianus, Bernardus, a Lapide, Calmet? Annon tibi tu ipsemet sufficis? Igitur ea: *Intra in cubiculum tuum* bene intelliguntur a Christo asserta de materiali, proprioque cubiculo. Nunc rogo te: Jesus, Fideles admonens, ut secreta locorum orantes peterent, idcircone absolute vetuit, fieri posse in publicis locis orationes? Absit blasphemia. Admonuit quidem de eo, quod conducibilius est sanctæ Orationi, quo periculum vitatur humanæ gloriæ captandæ; quam ibidem aversatur Christus in hypocritis. Pritanius igitur ab omni errore immunis evasit, qui ea Matthæi sane intellexit, & tecum, & cum reliquis modo laudatis Auctoribus, ac eodem sensu, eademve protulit occasione, qua Redemptor noster. Quibus adde, quod ibidem sim etiam amplexus spiritualem intellectum eorumdem verborum cum Chryso-sto-

(a) Vid. numero 687. (b) Libro 6. contra Julianum cap. 10. numero 31. (c) Ibidem cap. 12. numero 38. (d) Part. 2. Ideæ tuæ cap. 11. (e) Sermone 40. in Cantica numero 4.

Romo, Ambrosio, Augustino &c. de fugienda videlicet ostentatione, cum subdo: E meglio sia il ritirarsi *almeno* nel segreto del cuore &c. Hæc quidem satis indicant (*a*) mihi similiter probari, quod fieri possint in publico orationes; sed *almeno* col ritirarsi nel segreto del cuore; ut omne scilicet caveatur inanis gloriæ periculum.

694. *Ecce feci verba mea planiora; non ut invenires, quod contradiceres; sed ut intelligereris, non potuisse invenire, quod diceres.* [*b*] Verum *eadem repeto, iterum audi*, (*c*) quid sibi velint mea: Ma il Signor nostro ci ha avvisati, che volendo far orazione, entriamo nel Tempio, o ci ritiriamo nel segreto delle nostre case. Moneo, inquam, in Templo potius orandum, quia il luogo più proprio, e in particolar forma destinato per l'Orazione è il Sacro Tempio ..... Perchè ivi più facilmente si sveglia la Divozione, e si pratica l'attenzione dovuta: Vitatur quoque singularitas, qua inanis gloria subrepit: Cessando allora la singolarità, allorchè ognuno prega. Moneo item orandum esse intra cubiculum, fugiendum inanis gloriæ periculum. Etenim ante mea, quæ in hoc capite impetis, (*d*) scribo: Pericolosa ed anche biasimevole sovente può essere ogni singolarità in ciò che riguarda l'esteriore della Pietà, ut in eis est, qui in publico orantes videntur. Et (*e*) Ma se vi ha persone riprensibili per la poca esterna lor Divozione, potrebbe accadere, che altre se ne trovassero, le quali facessero servire l'esteriore loro veste e divozione di mantello all'Ipocrisia, nel di fuori Pecorelle innocenti, nel di dentro Lupi rapaci. Ad hæc omnia fugienda; ad cohibendas item Mulierum evagationes, quæ quandoque sub prætextu pietatis, quod Rosarium recitantes incedant, facile prodeunt in publicum, consulto scripsi: Ma il Signor nostro ci ha avvisati ec. Vides mea, quam sana sint, quam sancta, quam expressa? Igitur *quid verba lucida caliginosis disputationibus obscurare conaris* (ut apparet?) *Erumpunt omnino; &, te licet obsistente, fulgore suo vincunt tenebras tuas.* (*f*)

C A-

(*a*) Ut supra dictum est. (*b*) Libr. 3. oper. imperf. num. 188. (*c*) Libr. 3. contra Julianum cap. 21. num. 42. (*d*) Quæ vid. sup. n. 679. (*e*) Cap. 25. pag. 365. (*f*) Lib. 1. oper. imp. n. 80.

CAPUT XII.

In loco etiam sordido, ubi quis alioqui reperiatur, honestum esse, privatim orare.

PRITANIUS.

695. INduciæ hic inter nos: Utinam semper: profiteris nimirum adversus me non agere. Verum perpende, quam diverso calle incedamus: tu calumniis nequaquam impetere me niteris, sed obruere, sed consummere; ego, cum, nulla mihi sit in te iracundia, cum scribis apposite, veneror pietatem tuam, laudo doctrinam. Approbo, quod ais, in quovis loco nos posse cordis affectus, linguæ voces ad Deum dirigere. Et quidem Scripturæ auctoritate urgemur: *In omni loco dominationis ejus benedic Anima mea Domino.* (a) *Semper laus ejus in ore meo.* (b) Cum omnis omnino locus Dei ditioni subjaceat, immensitate sua repleatur, nullus excludendus locus est, nullum tempus ab oratione Fidelium.

696. Præstat hic Augustinum monentem audire. (c) „ Quibus admone„ mur exemplis, non esse præscriptum, quomodo corpus constituatur ad „ orandum, *dummodo animus Deo præsens* peragat intentionem suam " (videlicet ne in eo loco sit, aut corporis situ, in quo a necessaria erga Deum intentione retardetur) „ Nam & stantes oramus; sicut scriptum est: (d) „ Publicanus autem de longinquo stabat: & fixis genibus, sicut in Acti„ bus Apostolorum (e): Et sedentes, sicut David (f) & Elias (g) Nisi „ autem jacentes oraremus, non scriptum esset in Psalmis (h) *Lavabo per* „ *singulas noctes lectum meum; lacrymis meis stratum meum rigabo.* Cum „ enim quisque Orationem quærit, collocat membra, sicut ei occurrerit, „ accommodata pro tempore positi corporis ad movendum animum. Cum „ autem non quæritur, sed infertur appetitus orandi: hoc est cum aliquid „ repente venit in mentem, quo supplicandi moveatur affectus gemitibus „ inenarrabilibus, quocumque modo invenerit hominem, non est utique „ differenda oratio, ut quæramus, quomodo sedeamus, aut *ubi stemus*, „ aut *ubi prosternamus.* " Sed de hisce satis.

(a) Psal. 102. (b) Psal. 33. (c) Lib. 2. ad Simplicia. qu. 4. (d) Luc. 18. (e) Cap. 8. 20. (f) 2. Reg. 7. (g) 3. Reg. 18. (h) Psal. 6.

CAPUT XIII.

Immaculatæ Conceptionis Officium recitare, & in ejuſdem honorem Novendialia peragere, fas, & pium eſſe.

PRITANIUS.

697. NOli amplius, precor, noli inducias Pritanio dare. Hujuſce tui Operis principalis meta, ut meam perderes famam, ut abſumeres: id, quæſo, inceſſanter exequere. Capite ſuperiori inducias dediſti; ut adverſus me non ageres. At in præſenti, reſumpto validiori ſpiritu, ingraveſcunt adverſus me ſcrupuli tui; & adeo, ut intolerabiles, ut incredibiles omnino videantur. Num intermiſſum calumniis tempus in ſuperiori Capite, in præſenti compenſare niteris calumnia impudentiſſima?

698. Itaque, te auctore, docuit Pritanius (*a*) „ Fas, & pium non eſ„ ſe Immaculatæ Conceptionis officium recitare, & Novendialia perage„ re. " Tam impudentiſſimæ opinionis indigita in meo libello Caput, & paginam. En, inquis, num. 1. „ Pritanius cap. ultimo (*b*) reſolute, „ & indiſcrete denuntiat " (quæ ſequuntur, mea ſunt, a te in Latium translata) „ *Innocentium Papam XI. menſe Februar. an. 1678. juſſiſſe, ut in„ terdiceretur Officium Immaculatæ Conceptionis SS. Virginis. Et tantumdem fe„ ciſſe ſtudioſum regnantem Pontificem Benedictum XIV. prohibendo die 4. Maii „ an. 1742. aliud ſimile officium Immaculatæ Conceptionis, & Novendiale „ quoddam in honorem Immaculatæ Conceptionis.* " Si Officium itaque, & Novendiale vetita ſunt; neque fas, neque pium erit ea recitare.

699. *O intellectum! quid aliud dicam, quam* ſcrupuloſum? (*c*) Etenim *multiloquio tibi excitas caliginem, quæ te non permittit*, (*d*) lucentiſſimam cernere veritatem: eoque magis incredibiles tenebræ mentis tuæ omni commiſeratione digniſſimæ ſunt; ut ipſam non videas veritatem, quam tumet fateris. Teterrimum me conclama, perfidumque ſycophantam, ſi hoc meridiano ſole clarius non monſtravero: quinimo ex tuamet doctrina id comprobaturum ſpondeo. *Te potius utar judice pro mea ſententia contra tuam.* (*e*) Igitur *rogo: Cede aliquando etiam per os tuum tibi loquenti veritati.* (*f*)

700. Impetis in me, & affingis, quod *mihi fas, & pium non ſit officium recitare Immac. Conceptionis*; quia ſcripſi vetitum *OFFICIUM* Immac. Concept. Optime quidem. Verum impiam hanc Opinionem numquam mihi poſſes appingere, ſi ſcripſiſſem interdictum *UNUM OFFICIUM*, & *UNUM NOVENDIALE*. Profecto, qui *unum* vetitum dicit, alia non vetita eſſe affirmat; ac proinde, fateatur, neceſſe ſit, fas, & pium eſſe

(*a*) Ut in tua Præfatione. (*b*) Pagina 380. (*c*) Libro 2. oper. imperfect. numero 70. (*d*) Ibidem numero 44. (*e*) Libro 3. contra Julianum cap. 21. numero 42. (*f*) Ibidem.

esse non vetita recitare. Hoc certissime ire inficias nequiveris, cum tu doceas idipsum (*a*). En tua: „ Esto vero sit prohibitum *peculiare aliquod* „ & Officium, & Novendiale; non idcirco vetitum *simpliciter* est Immac. „ Concept. Officium, multoque minus sunt vetitæ novendiales Feriæ, „ quæ in honorem Immac. Conceptionis, aliorumve Sanctorum ubique „ Terrarum, & in ipsa urbe Roma, solemniter celebrantur. "

701. Euge, mi Plazza, eugepe: acutissimum mihi porrigis gladium doctrinæ tuæ, quo certissime confodiaris. Adtende. At Pritanius scripsit interdicta: UN' UFFIZIO, ed UNA NOVENA. Igitur, te judice, mihi non idcirco vetitum *simpliciter* est *Officium* Immac. Concept., multoque minus Novendiales Feriæ. Igitur tibi, si quæ prohibita minime sunt, ubique Terrarum, & in ipsa Urbe Roma sancte celebrantur; etiam mihi, quæ neutiquam interdicta sunt, sancte queunt celebrari. En mea: (*b*) Così nel Febbrajo del 1678. comandò lo stesso Papa (Innoc. XI.) che si proibisse *UN' UFFIZIO* dell' Immac. Concezione della SS. Vergine. Altrettanto ha fatto lo zelantissimo regnante Pontefice BENEDETTO XIV. col proibire nel dì quattro di Maggio del 1742. *UN ALTRO* somigliante *UFFIZIO* dell' Immac. Concezione, ed *UNA NOVENA* in onore dell' Immac. Concezion di Maria. *Usque adeone surdus es, ut ista non audias? Usque adeo cæcus, ut ista non videas?* (*c*) Igitur *Conclusio, quam velut meam inferre voluisti, non est mea* (*d*) quod videlicet, mihi *fas, & pium non sit &c.* Vis autem nosse, quænam sequatur legitima Conclusio ex meis hic laudatis: Così nel Febbrajo ec? Adtende. „ Igitur „ Pritanio fas, & pium non est recitare *un Uffizio* dell' Immac. Concez. „ proibito da Innoc. XI. ed *un altro Uffizio* con *una Novena* proibiti da „ BENEDETTO XIV. " Conclusionem sanctissimam. Si hisce adversari temeritas esset, hæc esset Thesis statuenda: „ Fas, & pium est in hono„ rem Immac. Conceptionis *duo quædam Officia* recitare, & *Novendiale* „ *unum* peragere, respective vetita ab Innoc. XI. & Bened. XIV. " Pietati tuæ erga Romanos Pontifices id arridere nequiverit: Pietate tua item in Proximum Pritanium, totum opus tuum, præsertim hoc Caput ultricibus flammis comburendum trade. Sed ut confundaris apertius, accipe. Mihi pium non esse dicis, recitare Officium Immac. Concept. ex quo scripserim *indefinite* interdictum *Officium* ejusdem. Verum, cum tu met fatearis, me scripsisse vetitum *quoddam* Novendiale; qua ratione colligis, quod mihi pium non sit *Novendialia* peragere? Audi tuum ratiocinium, vel novitio in Logica indignum: „ Refert Pritanius *quoddam* Novendiale „ prohibitum. Igitur nefas putat *omnia* Novendialia peragere. " Ex *particulari Antecedente* colligis *universale*? At qua Dialectica? At quo Naturæ lumine? *Vides nempe, quam dialectice nihil dixeris: & nulla quidem culpa Dialecticæ disciplinæ tu quantum a tramite ejus exorbitaveris?* (*e*)

702. Dic sodes, cariss. P. Quid in caussa fuit, ut mea *si proibisse un uffizio*, tu produceres: *Ut interdiceretur Officium?* Diversissima enim sunt: mea significant, *unum aliquod* Officium prohibitum, quod & verissimum

 est,

(*a*) In Anacephalæosi hujus Cap. 13. in fine tui Operis, & in præsenti Cap. n. 12. (*b*) loc. a te indicato cap. ult. pag. 580. (*c*) Lib. 2. op. imp. n. 222. (*d*) Lib. 3. cont. Jul. cap. 7. n. 15. (*e*) Lib. 3. cont. Jul. c. 7. n. 16.

est, ut legenti apparet Indicem librorum prohibitorum sub littera O: tua indicant, *omne* Officium vetitum, & *simpliciter*, ut ais. Istud autem impudentissimum est asserere, & impium; Catholica enim Ecclesia 8. Decembris celebrat solemnissime, etiam cum Octava, Officium, ac Missam Conceptionis Virginis Immac. Cur igitur hoc pacto mea profers? Fors obscura sunt? *Scis enim, scis omnino: tam quippe apertum est, ut qui libros illos* (libellum meum) *legit, hoc nescire non possit.* (*a*) Fors mea non legeris? Apage insulsam responsionem. Mea producis, mea in latinum vertis, & mea neutiquam legis! Apage iterum. Quod specie tenus apparet, a te consulto id factum: ut posses Pritanii famam impudentissima calumnia afflare: impium item monstrando me, impudentem, & si quid pejus; dum me aversantem prædicares Officium, ac Novendialia ea, quibus tota Dei Ecclesia veneratur Immaculatæ Deiparæ Conceptionem. Si enim mea fideliter retulisses, certe nil suppeteret, quo tali, tantaque calumnia me onerares, ut supra modo dictum est. *Nunc ego magis admoneo, ut tua, & mea legant, qui volunt scire, quantum ibi fueris a veritate devius, & quanta sis veritate convictus.* (*b*)

703. Dic, precor, amice P. Si in tuo quovis Opere scripsisses: Il Som. Pontefice ha proibito una Sacra Bibbia, & ipse hæc tua verterem: Sum. Pontifex *Sacra Biblia* interdixit: execrareris hanc meam versionem? Vociferareris usque ad sidera, usque ad abyssum? Sycophantam, calumniatorem, & si quid pejus, me conclamares? Et merito, & juste. Hujusce enim damnationis sensus esset: Verbum Dei, quo nutrimur ad Fidem, esse a Rom. Pontifice interdictum. Quo quid scelestius? Et hoc pacto ex Roma sancta evaderet Babylon impia, ac scelerata. Primum autem illud verissimum est; reapse enim *quædam* Sacra Scriptura damnata est, videlicet: *Biblia Briani Waltoni Angli*, ut in Indice librorum prohibitorum. Hinc pariter verum: Il Som. Pontefice ha dannato *una* Bibbia. Eodem omnino pede currit, quod supra scripsi de Immac. Concept. ejusve Novendialibus, & quod in latinum vertisti. *Quid respondeas, non habebis, si vana respondere nolueris.* (*c*)

704. Æmularis hic, & oh quam bene! tuum P. Valentia: hoc solo discrimine, quod ille maximum Ecclesiæ Doctorem Augustinum truncare ausus fuerit; tu Pritanium, isti minime comparandum, sed sapientissimum quoque, & Orthodoxum: ille coram Sum. Pontifice Clemente VIII. pluribusque & dignitate, & sapientia eminentissimis (*d*), tu coram toto Orbe, & Catholico, & Etherodoxo: ille truncando verbulum *scilicet* ex Augustini verbis (*e*) inexpugnabilem Vindicem Gratiæ Dei, ejusdem Gratiæ inimico Pelagio, nolens deteriorem constituebat: tu similiter truncando verbulum *Uno*, laudatissimum Scriptorem, & Catholicum, temerarium reddis, & impudentissimum. Mecum vero considera P. Valentiæ adamantinam frontem, quinimo ipso adamante duriorem. Profecto nosse poterat, eademmet die dolum seipso aperiendum truncationis verborum Augustini, etsi P. Lemos id minime advertisset (advertit tamen, & detexit)

(*a*) Lib. 1. oper. imperf. num. 62. (*b*) Ibid. n. 64. (*c*) Lib. 1. oper. imperf. n. 63. (*d*) Ex P. Petr. Serry lib. 3. cap. 5. histor. de Auxiliis. (*e*) Ex lib. 19. de Civit. Dei cap. 13.

texit) Auditores enim domum regressi, certe Augustinum legissent, ipsoque primo intuitu fraudem vidissent incredibilem. Isthæc poterat P. Valentia prævidere; fors advertit: maluit tamen, præ momentanea victoria, non curare dedecus immortale. Vide, quo tendat animi pertinacia, ex præconceptis judiciis nimis incensa. Consule tibi; ne dum ex importuna pietate Pritanium niteris infamare, in temet ipso illud experiaris: *Sagitta in Sagittarium*.

705. Num. 2. scribis: „ Quid sentiat Pritanius de Immac. SS. Dei Ge-
„ nitricis Conceptione, notum est omnibus Eruditis ex libro Antonii
„ Lampridii *de superstitione vitanda*, & ex septemdecim Epistolis Ferdi-
„ nandi Valdesii; in quibus ipse Lamindus Pritanius sub istis larvatis no-
„ minibus, suscepta occasione, oppugnandi Votum tuendi usque ad san-
„ guinem piam de Immac. B. Virginis Conceptione sententiam; hanc
„ ipsam sententiam modis omnibus infirmare conatur, ut innuimus in
„ Præfatione. Unde non mirum, quod isthæc Fidelium obsequia in Dei
„ Genitricem sine labe conceptam, oblique carpat, atque perstringat. “

706. *Ego quidem, absit, ut hos vel corde teneam, vel sermone suadeam*. (*a*) Per quam sufficiens mihi apologia est, quod n. 3. ipsemet profers:
„ Ludovicus Antonius Muratorius (*idem est Lampridius, Valdesius, Prita-*
„ *nius*) in Vita Servi Dei Benedicti Jacobini, Parochi Varallensis (*b*)
„ commendans ejus pietatem erga SS. Virginem, laudat inter alia, quod
„ instituerit Novendiales Ferias Immac. Conceptionis; in quibus, singu-
„ lis vespertinis horis, de aliqua ejusdem Virginis virtute sermonem ha-
„ bebat: quodque ejusdem Virginis sine labe conceptæ piam Statuam
„ elaborari, & Varallum deferri curaverit. “ Si tam dilucide extollo Cultum promoventes Imm. Conceptionis, ejusdemve Novendialia, Caritas Christiana exigebat, ut si quid obscurum de hac re esset in meis Operibus, per adeo expressum testimonium explicaretur. Hic quippe mos est apud Eruditos omnes, ut sive in Scriptura, sive in SS. Patribus, sive in quovis Doctore, obscurum per expressum intelligatur. Et quidem merito lex Naturæ jubet; ut, qui nostras ideas voce dumtaxat exprimimus, dilucida verba, non obscura, determinent intellectum audientis. An recordari nequibas Regulam XI. juris in 6. „ Cum sunt partium jura ob-
„ scura, Reo favendum est potius, quam Actori. “ In præsenti caussa tibi Pritanius Reus est; geris tu vices Actoris. Cur itaque mihi Reo non faves? Vere autem id non poteras: nempe adversus me alia niteris Regula: (*c*) „ Semel malus semper præsumitur esse malus. “ Præsumis ex voto sanguinario, a me oppugnato, adversarium me esse Immac. Virginis Conceptioni. Hinc in præsenti caussa malum me credis; ut nequeas mihi Reo favere. Prosequere, ut vis: peroptas Pritanii famam occidere? Saltem id non fiat *corium* detrahendo: multo minus *dilaniando*. Etenim *in pœnis benignior est interpretatio facienda*. (*d*)

707. Verum jam probe nosti, quod dispellenda omnino sit *præsumptio* adversus aliquem, cum veritas claruerit innocentiæ. Adtende, quid in pluribus meis Operibus de Imm. Conceptione senserim Virginis Matris.

I. „ Sa-

(*a*) Lib. 1. oper. imperf. [illegible] (*b*) Cap. 11. (*c*) Ossaya ibidem. (*d*) Ibidem Reg. 42.

I. „ Satis quibusdam non fuit, calamo, & rationibus Immac. Deiparæ „ Conceptionem tueri: *quod proculdubio cum vera Pietate consonat*. Infra: Eam opinionem nomino *summe piam*. II. „ Quamobrem, uti jam fassus „ fueram in libro de Ingeniorum moderatione, iterum *lubentissime fateor*, „ sententiam patrocinantem Immaculatæ Conceptionis Virginis, non so„ lum *Piam*, sed *summe Piam*, in Ecclesia esse. *Rectissime faciunt*, qui „ eam Populo in publicis concionibus, aut editis libris *deprædicant*, atque „ *commendant*. Neque adversus illam *quoquo modo dimicare* amplius licet; „ quamquam liceat aliter sentire in intimis cordibus. *Parendum est* Pon„ tificibus, Christiani Populi Magistris, qui non aliam potiorem viam „ hactenus invenere ad avertendas simultates, & ad arcenda scandala, „ quæ olim crebro inter Catholicos Theologos ob ejusmodi controversiam „ fluebant. Ab eorum Decretis ne latum quidem unguem discedere mihi „ quoque animus ac firma voluntas est. " III. „ Prægrandem quidem, „ *dico*, (*a*) probabilitatem adesse Scotisticæ sententiæ... Veneranda sunt „ Ecclesiæ Decreta: nihil eis, neque probabilitati Piæ sententiæ ego de„ tractum volo; nihil novandum censeo. Piam [, inquam, sententiam, „ eique adhærentes, *ex corde laudo*; neque oppugnare mihi est animus; „ *abundant* enim, quæ eam persuadere possint;] & nihil adversus illam „ militat, quod probabilibus rationibus ab illius Patronis non tempere„ tur. (*Adtende P. Plazza*) *Unum* ergo mihi constitutum fuit, scilicet „ ostendere, ab ea sententia *certitudinem abesse*, ac propterea minime fe„ rendum votum Sanguinarium sub somniatæ hujus certitudinis persua„ sione conceptum. "

Qui sententiam Immac. Conceptionis profitetur *Piam* (*b*) *summe Piam*: *Prægrandis probabilitatis*: *cui abundant*, *quæ eam persuadere possunt*; *& si quæ opponantur*, *probabilibus rationibus dissolvuntur a Patronis illius*: Qui *ei adhærentes*, *ex corde laudat*, & qui *eam prædicant*, ac *typis vulgant*: qui *eam neque oppugnare animus est quoquo modo*: qui a decretis Sum. Pontificum, profitetur, firmiter nolle discedere. Hunc, inquam, Plazza dilectissime, quo jure, qua fide, quo saltem tenuissimæ Probabilitatis indicio, dices, quod infirmare conetur Immac. Deiparæ Conceptionem? Num me credideris, ex eorum grege unum, qui adhibeam ex Orco erumpentes *Restrictiones*, aut *Æquivocationes*, a Romano fulmine ad regressum compulsas? Istas docentes quosdam ex tuis, ceu veritatis hostes semper perosos habui. Linguæ, animique candorem plurimi semper feci, quod cuivis liquido apparet Opera mea evolventi. Si oppositum de me tenere volueris: Monstra, & comproba; secus jam nosti meam adversus te apologiam verissimam: *Aut calumniaris*, *aut nescis*, *quid loquaris*.

708. Hac tua in me censura, quod nempe *conatus sim*, *hanc summe piam sententiam infirmare*, haudquaquam Pritanii mentem infamas, sed cor. Reum enim judicas me mortiferi sceleris, gravissimique. An innoxius, culpaque immunis, qui Sum. Pontificibus id Vetantibus, & publice, & pluries rebellis est? Itaque censuras incurri, ac pœnas in tot Bullis, inobsequentibus denuntiatas? Quid itaque, si excomunicatus decesserim? Sata-

(*a*) In monito Auctoris præfixo 17. Epistolis. (*b*) Cum Alex. VII. in Bulla *Solicitudo omnium Eccles.* an. 1661.

Satage, exhumentur ossa Pritanii, in prophanum locum inferenda. Vide, scrupulosissime homo, quo æstu tuo ferventissimo abripiaris. Sacerdotem non vulgari pietate morigerum, ut minus loquar, cujus plurima Opera sinceram Pietatem spirant, quem fideli Populo *Præpositum*, Animorum Moderatorem, in celebri Urbe Mutina diu, & ad mortem usque Antistites tenuerunt &c. hunc facis & Sum. Pontificibus inobsequentem, & veracitatis hostem, gravissimoque scelere sontem! Dedisce, mi P. tuos scrupulos, tibi dumtaxat noxios; etenim fama Pritanii apud cordatos omnes superior semper erit tuis adversus me consarcinatis calumniis.

709. Scripseram: Così lo stesso Papa Innocenzo XI. comandò, che si proibisse un Uffizio dell' Imm. Concezione. Hic plura inutiliter congeris a n. 4. ad 11. verissima enim scribo. Lege, aut relege Indicem librorum prohibitorum usque ad annum 1752. sub littera O. leges: „ Officio „ dell' Imm. Concezione della SS. Verg. N. S. approvato dal Som. Pon„ tefice Paolo V. il quale a chi divotamente lo reciterà, concede indul„ genza di cento giorni ec. In Milano per Francesco Vigone. " Eadem repetita leges in fine Indicis sub Titulo: Raccolta di alcune particolari Operette spirituali, sub litt. O. quod officium idem est, jussu vetitum Innocentii XI. etiam te affirmante. Neque prohibitum dumtaxat fuit, quod apocrypham indulgentiam promitteret recitantibus; aut quod ferebatur a Paulo V. approbatum; sed *aliis de causis, quibus consulere oportuit, ne Fideles Populi deciperentur.* (*a*)

710. Scripseram pariter ibidem: Altrettanto ha fatto lo zelantissimo regnante Pontefice BENEDETTO XIV. col proibire nel dì 4. Maggio del 1742. un altro somigliante Uffizio dell' Immac. Concezione, ed una Novena in onore dell' Immac. Concez. di Maria.

711. Adversus hæc n. 10. scribis: „ Accedamus ad alteram, quam Pri„ tanius noster obtrudit, tanquam a regnante Pontifice profectam, inter„ dictionem; quæ non tantum Officium, verum etiam Novendialia „ Imm. Conceptionis tangere videtur. " *Non ut calumniaris ego dixi.* (*b*) Sed: *UNA NOVENA*, etiam te fatente, qui mea profers n. 1. *Novendiale quoddam*. Num. 11. prohibitionem istam nullibi reperiri, ais, (quæ prodiisse dicitur an. 1742.) „ neque in Bullario regnantis Pontificis Be„ ned. XIV. impresso Romæ ann. 1746. neque in Indice Romano libro„ rum prohibitorum usque ad diem 4. Junii 1744. hoc ipso anno Romæ „ edito sub eodem Pontifice, istius prohibitionis vestigium ullum inveni„ re potui, quamvis utrumque volumen diligenter evolverim. " Laborasti incassum, cariss. Plazza; neque enim in Bullario universim Decreta scribuntur, quæ a S. Congreg. prodeunt. Deceptus item es, reputans Indicem, quem Romanum dicis, & Romæ editum 1744. Nimirum reapse Venetiis editus est; cum ultimus Romanus Index annum non excedat 1734. Nil igitur mirum, si Venetus Typographus hoc ignoraverit Decretum, de quo concertatio est. Tuos per epistolam poteras consulere Romanos sodales, qui certe rei veritatem indicassent. Hoc Officium, legi, Neapoli typis datum 1742. Transmissum mihi pariter est Roma Decre-

(*a*) Ita laud. Sum. Pontifex ad Leopoldum Imperat. Rom. a te laud. n. 6. (*b*) Lib. 3. cont. Jui. c. 21. n. 47.

cretum cujus apographum transmitto ; ut tua deleas (*a*) „ Signum ergo „ evidens est, quod isthæc prohibitio, vel subreptitia sit, vel potius fa- „ cto ipso fuerit abrogata. " Dele, inquam, isthæc ; & accipe Prohibitionem. „ Sac. [Indicis Congregationis Decreto damnati, ac prohibiti „ fuerunt infrascripti libri ubicumque, & quocumque idiomate impressi, „ imprimendive. Nemo cujuscumque gradus, status, & conditionis eos „ imposterum, vel imprimat, vel legat, vel retineat. Si quis interim „ habuerit, Inquisitoribus, seu Locorum Ordinariis a præsentis Decreti „ notitia tradat sub pœnis in Indice librorum prohibitorum contentis.

„ *Primo: Novum excogitatum Officium, cui titulus:* B. Mariæ Virginis si- „ ne Originali labe conceptæ singulis horis laudes, e Sacræ Scripturæ lo- „ cis ab Octavio Antonio Bayardo excerptæ.

„ *Secundo:* Officium parvum B. Mariæ semper Virginis quotidie reci- „ tandum in honorem ejus Immaculatæ Conceptionis, *Itemque*: Novena „ in onore dell'Immacolata Concezione di Maria, data in luce da un „ suo Divoto. Venetiis anno 1739.

„ *Tertio:* Regula tertii Ordinis S. Francisci, & Officium Beatæ Mariæ „ Virginis, Germanice edita Argentinæ anno 1729.

„ L. Cardin. Pico.

„ Loco ✠ Sigilli.

„ F. Joseph Augustinus Orsi Ord. Præd. S. C. Secr.

„ Paulus Ant. Cappellonus S. Rom. & Univers. Inquisit. Not.

„ Die 4. Maii 1742. Supradictum Decretum affixum, & publicatum „ fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, & Palatii S. Officii, & „ in aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Petrum Romolatium „ SS. Inquisitionis Cursorem.

Cæterum qua ratione isthæc decreta protulerim, in principio leges Capitis sequentis. An. 14. ad 33. plura consarcinas, ut comprobes Pietatem Novendialium. Parce labori, parce atramento, & cartæ: jam nosti, quid sentiam. Num. 14. scribis de me : „ Quæ Novendialia alibi carpe- „ re videtur, ut notavimus 1. Part. cap. 10. initio. " Et ipse ad eumdem locum te remitto hujus Epistolæ.

712. Num. 21. Gersonium producis: (*b*) „ Condescendendum est, *in-* „ *quit*, quandoque fragilitati, & debili Devotioni hominum, & paucæ „ fidei, qui nequeunt sic ferri in Deum immediate. Et ex hoc excusari „ possunt Novenaria, quæ fiunt cum certis observationibus, quas credunt „ Simplices esse necessarias; & quod alioquin nihil valeret, quidquid age- „ rent: ut si solum essent octo dies, vel si undecim essent: similiter si „ detur candela longitudinis illius, qui offert, quod plus prodest, quam „ longior; & ita de similibus innumeris. Non est igitur quælibet talis „ observantia condemnanda, & extrahenda tanquam impia: sed potius „ stu-

(*a*) A n. 11. (*b*) In Opuscul. de Absolut. Sacramentali.

„ ſtudendum eſt, quod illud, quod fit, fiat intentione pia ad Deum, & „ ſub ſpe auxilii ſui ab ipſo, & non altero quolibet, conſequendi. “

Proſequeris num. 22. „ Si Homines iſti ſimplices ad Pritanii Tribunal „ deferrentur, non dubito, quin eos ſtatim ſuperſtitionis Reos ageret, „ atque perageret. “

713. Hic certe vera loqueris. Iſtos nimirum ſimplices, ſi ad me deferrentur, *ſuperſtitionis Reos agerem*, *atque peragerem*: haudquaquam tamen eos crederem culpæ obnoxios; eo quia adhibeant in Pietate exceſſus bona fide, & ne' quali *diſavvedutamente* ſi può cadere *per ignoranza* de' puri inſegnamenti della Chieſa. (*a*) Item: (*b*) E non mancano altri, che per *Simplicità* cadono in eccesii, ed introducono, o fomentano abuſi ec. Rationem inquires: Cur ita Simplices iſtos ſuperſtitioſos nominarem? Duo id facerent; Romæ auctoritas, & P. Plazzæ. In Indice librorum prohibitorum in fine ſub Titulo *Raccolta di alcune particolari Operette ſpirituali*, litt. O. hæc leguntur: „ L'Orazioni, non ſolo quelle compoſte, o de„ pravate con nomi, e parole ſoſpette, o incognite; ma anco l'altre „ *per ſeſteſſe buone e ſante*, ſe vengono preſcritte da recitarſi *neceſſariamente*, „ *fuori del comune uſo* della Chieſa, in qualche *modo*, o in qualche *nume*„ *ro determinato*, ſenza di che *non poſſa conſeguirſi l'effetto bramato*, qualic„ chè *la loro virtù* conſiſta in detto *numero*, o *modo* ſingolare, *hanno del* „ *vano*, *e del ſuperſtizioſo*. “ Jam vides, ea, de quibus Gerſonius agit, a Romano Tribunali vana reputari, ac ſuperſtitioſa; ut proinde ſup. laudati Simplices, hæc obſervantes, innoxie quidem, ſed vere ſuperſtitioſi ſint, ac vani. Et Romani Tribunalis, & Opinioni Pritanii utroque pollice ſubſcribis n. 19. „ Monemus tamen ex Gerſonio mox laudando (*c*) „ ne huic numero (*Novenario*) certo fidatur; ut eo aucto, vel diminu„ to, ſtatim inutilis pia illa exercitatio putetur. Similem monitionem „ habemus in Appendice Indicis librorum prohibitorum &c. “ quæ videlicet modo hic ſupra producta eſt. Tibi igitur ſuperſtitioſa ea ſunt, proindeque ſuperſtitioſus rudis Populus ex bona fide, ac ignorantia. Si n. 19. hæc vera credis; cur n. 22. inſultas mihi, qui fingis eadem reponentem me, quaſi ſaltem falſa proferrem? Cariſs. P. jam certo tenes, quo adverſus Pritanium hic vota tua exceſſerint. Doctrinam ejus niteris infamare: ſed tuis hiſce conatibus id factum eſt, ut dilucidius, ut fortius ſana ubique prædicetur. Omnes quippe norunt, *quod vos potius perſpicua nubilare contenditis MUTANDO, & SUPPONENDO, quod ille non dixit*. (*d*)

(*a*) Mea ſunt cap. 22. pag. 314. (*b*) Initio libelli mei: Al Criſtiano Lettore. (*c*) Num. ſuperiori hic laudato. (*d*) Lib. 2. op. imp. n. 298.

CAPUT XIV.

Pia devotæ Plebis in Dei Genitricem Officia, nec a *Novitate*, nec a *Superficialitate*, neque a *Superfluitate*, improbanda esse.

PRITANIUS.

714. ORdiris Caput: „ Post denuntiatas prohibitiones illas Pontificias „ Officii, & Novendialium " (iterum: Scribe: *Cujusdam officii, & cujusdam Novendialis*) „ Immac. Conceptionis Marianæ, exclamat ibidem nauseabundus Pritanius: (*a*) *Ed ecco quanta Novità tuttodì* „ *di Divozioni! Se sono superflue e superfiziali, a che inventarle?* " Ne credas, ex instituto solum me agere laud. loco de Pontificiis prohibitionibus officii, ac Novendialis Immac. Conceptionis. Non, inquam, id credas. Eo enim loci universim ago de officiis Pietatis, che son guasti dal vile interesse, e contengono semi di Superstizione o falsità. Hinc plura subdo exempla prohibitionum, de morum opinionibus, de Indulgentiis apocryphis &c. ultimo ea Officii, ac Novendialis Immacul. Conceptionis. Prosequere.

715. „ Hujuscemodi ergo Devotiones *Novitatis*, *Superficialitatis*, *Superfluitatis* arguit. " Dum ais: *Hujuscemodi Devotiones*, quas intelligis? quas ex cerebro tuo comminisceris? Si ita: hostem fingis, quem ferias, qui tamen n. 8. profiteris: *Ne videamur hostem fingere, quem feriamus*. Intelligis eas, de quibus ibidem loquor? Si ita: maxime tibi quadrat: *Sic intelligunt, qui non intelligunt*. (*b*) Poteras quidem intelligere, ac facillime: sed tenebris circumfusus, ut apparet, noluisti intelligere, cum deberes. Adtende Redivivo Pritanio.

716. In hoc tuo Cap. ultimum mei Libelli impetis, cui hic Titulus: *Conclusione di questa Operetta*. In compendium profero, de quibus hic instituo sermonem; ut sentias, quam a veritatis semita procul abscesseris. Ordior: (*c*) dalle cose fin qui dette possiamo finalmente raccogliere, che l' *Essenzial Divozione* ricercata nel Cristiano dalla sua professione, consiste principalmente nell' Amore di Dio e del Prossimo; e questo Amore ha da essere più di fatti, che di parole; e però palesarsi col fuggire il Male, che tanto dispiace a Dio, e coll' eleggere il Bene, comandato, e consigliato da esso Iddio. Per giugnere a questo fine, si è veduto, quai mezzi siano necessarj, quali utili. Similmente si è potuto discernere, quella essere *Divozion Superfiziale*, che non corregge i nostri vizj, e che si ferma nell' esercizio esterno della Pietà, senza regolare l' interno a tenore della Legge di Dio. Profero subinde quædam æquivoca Pietatis Officia; quæ, ut possent vere pia judicari, bisognerebbe poter vedere ed esaminare il cuore. Qualora in questo si appiatti la superbia, o sia la

(*a*) Cap. ult. pag. 380. (*b*) Lib. 2. op. imp. n. 158. (*c*) Pag. 369.

la troppa stima di noi stessi, mancandoci l'umiltà, base dell'altre Virtù; e qualora non procedano da vera Carità le nostre Opere buone, regnando in noi in vece dell' Amor di Dio e del Prossimo il troppo amor di noi stessi: saremo cembali, che fanno un' inutile strepito; saremo un nulla; nè il Salmeggiare, nè il digiunare, e simili altre azioni di Divozione, ci acquisteranno il titolo di veri Divoti. Profero item veræ Pietatis Opera; & (a) Non istiam dunque a cercare nelle apparenze la vera e soda Divozione. Questa si troverà in cuor di chiunque cammina con semplicità e sincerità davanti a Dio, contento di quella situazione, in cui la Provvidenza l'ha posto, ed attento ad adempiere tutto ciò, che Iddio esige da lui in quello stato, col nudrire una vera premura di fare in tutto non la sua, ma la volontà di Dio, e col sentire in sestesso un costante abborrimento a tutto quanto egli conosce, o immagina abborrito dal medesimo supremo Padrone: tenore di vita da lui praticato anche nello studio di migliorare il medesimo suo stato. Noi ci figuriamo per lo più Divoti, spezialmente quelli, e quelle, che di più degli altri frequentano i sacri Templi e i Sacramenti, perchè ne han tutto il comodo, e recitano di molte Orazioni, ed allo strepito delle campane per le Feste de' Santi accorrono senza perderne una. Forse son tali. Ma se il loro cuore è partito fra Dio e il Mondo, volendo tali persone servire nel medesimo tempo a due contrarj Padroni coll' alimentar certi pericolosi genj, certi segreti odj, impazienze, vanità, ed altre simili malnate passioni: questi tali sfigureran tutta la lor Divozione.

Non ci lusinghiamo adunque. La cura ed applicazion del Cristiano sopra tutto ha da essere per raggiugnere quella *vera e sostanzial Divozione*, di cui abbiamo gl'insegnamenti chiari nelle sacre Lettere, e che concordemente ci vien predicata da' SS. Padri, ed autenticata da i Santi di ogni secolo. *Noi miriamo saltar fuori tutto dì nuove Divozioni, cioè nuova materia di esercitar la Divozione nostra*. Num. 5. hæc mea tibi offendiculo sunt. Sed annon verum, quod passim nova sobolescunt exercitia Pietatis? *Volesse Iddio, ed ognuna di esse fosse atta ad ajutarci, per conseguir quella importante, di cui abbiam parlato. Tali nondimeno non sono tutte*. Num omnia dixeris, comparandæ Pietati veræ utilia? Absit, mi P. absit. Quot enim ex horum numero a Romano Cælo fulgurita leguntur, præsertim in sup. laud. Appendice Indicis librorum prohibitorum? & quotidie in nova etiam fulmina jacit. Subinde Lydium lapidem profero, ad quem conferenda sint nova Pietatis officia; ut, aut utilia amplectantur, aut inutilia respuantur.

717. Ove queste abbiano per oggetto il conseguimento o accrescimento de' beni e comodi del Secolo, o pure la liberazione de i mali ed affanni, de' quali abbonda la vita temporale di chi soggiorna nel mondo: non meriteranno il nome di essenzial Divozione. E se queste non produranno in noi l'Amore di Dio e del Prossimo, e non serviranno a mortificar le sregolate passioni, che ci traggono in precipizj: Saranno Divozioni di sola *apparenza* e non di *sostanza*. A questa pietra di paragone si han da esaminare tante e sì diverse Divozioni, che da molto, o *poco*

 tem-

(a) Pag. 372.

tempo sono introdotte. Vides, eo semper me collineare; ut a *superficiali* e di *apparenza* discernam *veram* Pietatem e di *sostanza*: hanc approbo, nova sit, sit vetus; illam improbo, quæcumque sit. Quædam subinde profero exteriora officia Pietatis; quæ si exerceantur, senza mettersi pensiero di emendar la vita nostra, e di conformarla a quella di Gesù Cristo, e di chi ha seguitate le di lui pedate: pazzamente ci aduleremmo, e ci troveremmo ben ingannati al punto della nostra morte.

718. Progredior: (*a*) S'è parimente veduto, potersi dar delle Divozioni, che per se stesse siano sregolate, e tendano alla superstizione, o pur benchè lodevoli, per l'ignoranza, o malizia delle persone diventino biasimevoli e superstiziose. Hinc ad præcavendos in Pietate scopulos moneo: Però il prudente Cristiano dee camminar con circospezione, osservando primieramente, se Divozioni tali vengano dalla Chiesa stessa, e siano a noi raccomandate con premura; e secondariamente se per avventura l'Interesse, la Malizia, e la Popolar Ignoranza, avesse mischiato col buono grano anche il loglio. Allorchè le Divozioni non sono istituite dalla Chiesa, ma si truovano solamente proposte da persone private, da noi credute pie, senza buon esame non vi si ha da correre dietro, potendosi dubitare della legittima loro bontà; perchè ci manca il sigillo, cioè l'approvazione di chi Dio ha costituito soprintendente alla Religione, ed alle nostre coscienze. Ad rem Augustini locum produco, de quo infra. Et subdo: (*b*) degne di attenta osservazione son queste parole del S. Vescovo; per non maravigliarci, se doppo tanti secoli, da che spuntò la Religione di Cristo, si truovano fra noi non poche Divozioni *di poco peso*, inventate dagli Uomini, ed alcune ancora, che sanno di superstizione; quando fino ne' tempi di S. Agostino, cioè più di mille e trecento anni prima d'ora molte simili s'erano introdotte. Poscia per intendere, che sconsigliati sono coloro, i quali trascurando le massiccie Divozioni, a noi prescritte da Dio e dalla Chiesa, si credono esser assai Divoti coll' osservanza di queste Divozioncelle. E se un S. Agostino desiderava, che fossero tagliate fuori, ancorchè non fossero contro la Fede; quanto più si hanno da disapprovar quelle, che sono guaste dal vile interesse, e contengono semi di superstizioni, o falsità?

719. Ut ista comprobem, prosequor: (*c*) In fatti chiunque scorrerà i Concilj della Chiesa di Dio, i Decreti de' Som. Pontefici, troverà molte di simili pretese Divozioni o strozzate ne' lor principj, o tolte via benchè veterane, perchè passate in eccessi ed abusi. Qualora poi sieno denunziati alla Sede Apostolica sì fatti disordini, certamente non manca essa di provvedervi. Plurima statim hujusmodi prohibitionum exempla produco, vetitarum in moribus opinionum, Confraternitatum suppressarum, apocrypharum Indulgentiarum, Laminarum Granatensium, prohibita demum profero duo officia, & Novendiale unum (*d*).

720. Immediate subtexo mea, quæ hic corrodis, quæve comminuere tentas, sed incassum. Ed ecco quanta novità tutto dì di Divozioni! Se sono superflue e superfiziali, a che inventarle? Se poi fossero ancora discordi dagli insegnamenti della Cristiana Religione, si hanno ben da aspet-

(*a*) Pag. 375. (*b*) Pag. 378. (*c*) Pag. 379. (*d*) De quibus cap. superiori.

pettare que' fulmini, che Clemente XI. e poscia il poco fa lodato Papa BENEDETTO XIV. hanno scagliato contra di certi Riti, conosciuti appunto incompatibili colla sacra Religione di Cristo. De quibus hic loquor Pietatis officiis? De eis certissime, de quibus in toto hoc ultimo Capite; nempe di Divozioni superficiali, ut jam vidisti, superstiziose, false, quarum aliquas jam proscriptas profero ab Apostolica Sede, sive novæ sint, sive veteres.

721. Dic modo sodes: quibus uncinis ex meis hisce extrahis, quod consueta Pietatis Officia devotæ Plebis in B. Virginem averser, & improbem? (Cur quæro in Plazza uncinos? scrupulos habet, quibus omnia potest.) In toto hoc ultimo Cap. nullum nomino consuetæ Pietatis officium devotæ Plebis. Qua igitur fide scribis (nisi fide præjudiciorum) quod improbem ista a *Novitate*, a *Superfluitate*, a *Superficialitate*? Accuratius tibi monstrandum erat, & unum saltem proferendum consuetæ Pietatis Officium devotæ Plebis, quod in hoc ult. Cap. improbaretur a me. Hæc via directa, ac plana, qua Pritanium jure perageres Reum violatæ Pietatis erga Virginem Matrem. Hæc taces, & merito: *Ego enim non infero virtutibus* (Pietati in Virginem) *bellum, sed vitiis: quantum adjuvor, infero, & inferendum esse, proclamo.* (a)

722. *Sed noli laborare, ego te ista cura liberabo.* (b) Vis nosse, quænam mihi fuerit & mens, & animus circa consueta piæ Plebis officia? Adtende (c) Diamo anche un' occhiata alle Divozioni particolari, delle quali spezialmente si serve il Popolo (En consueta piæ Plebis officia) Noi troviamo sparse fra esso Medaglie, Agnus Dei, Corone, Pazienze, Abitini, Cordoni, Immagini di Santi, Brevi, Confraternite, e simili altre invenzioni visibili di Pietà. Hic certe locus erat, aut quædam, aut omnia improbare. Audi, quid prosequor. *Io non son quì per riprovarne alcuna.* Indefinite approbo Populares Devotiones, sive novæ sint, sive veteres; plurimæ sint, vel paucæ. De iisdem loquor (d) *E purchè le persone sieno bene istruite e dirette, non possono trarne, se non eccitamenti di Divozione.* Etiam indefinite approbo, sicut & pag. 349. *Essendo le medesime indirizzate all' onor di Dio, ed alla pia memoria ed Invocazion de' suoi Santi, a Dio debbon piacere.* Infra nomino *Pii Ritrovamenti*, de quibus etiam indefinite scribo (e) *Potendo essi servire a nudrir la Pietà del Popolo, ed anche ad invitarlo a ciò, che principalmente esige l' essenza del Cristianesimo: perciò la Chiesa gli loda, ed approva.* Non itaque improbo, sed pluries laudo consueta piæ Plebis officia: Non, inquam, improbo a Novitate, a Superficialitate, a Superfluitate. Item (f) impense veneror *Confraternitates*. „ Noi „ poscia sappiamo, che le Confraternite secolari furono a somiglianza „ delle Collegiate Ecclesiastiche *saggiamente introdotte*. E chi mai oserà „ dire, che non sia *santo* o *pio* il loro istituto ec. De Rosario (g) Per „ la stessa ragione convien confessare *assai lodevol* la Divozion del Rosa„ rio, perchè attissima ad alimentar la Pietà del buon Popolo, che impiega le prescritte orazioni in raccomandarsi a Dio, e in implorare la pro-

(a) Lib. 3. cont. Julian. cap. 26. num. 65. (b) Ibidem cap. 21. num. 48. (c) Cap. 24. Pagina 347. (d) Pagina 348. (e) Pagina 350. (f) Pagina 351. (g) Pagina 352.

protezione ed intercession di Maria SS. Demum (*a*) pluribus Pietatem inculco erga Fideles piacularibus flammis addictos. *O homo, qui nihil potes dicere, posses saltem tacere.* (*b*)

723. Audiamus tua. Ut ostendas, improbari a me isthæc Pietatis officia *a Novitate*, ais: „ Novitatem objectat Cap. XXIV. pag. 348. & 349. „ & Cap. ultimo pag. 373. ubi ait: Noi miriamo saltar fuori tutto dì „ nuove Divozioni, cioè nuova materia di esercitar la Divozione nostra. „ Volesse Iddio, che ognuna di esse fosse atta ad ajutarci per conseguir „ quella importante, di cui abbiam parlato. Tali nondimeno non son „ tutte. “

724. *Laboras inaniter, non ut respondere nobis, sed ut libros possis implere.* (*c*) Quo avolaverat animus, cum legeres mea? In eisdemmet locis, quæ indicas, rotunde approbo nova Pietatis officia. (*d*) Priorem locum mei libelli indicas (*e*) quem taces, sed profero: Per altro non si può dire, quanto il genere umano goda della Novità. S' esso ne gode, si truova del pari, chi gliene procaccia anche negli affari della Pietà, *o per sincero fine di recar giovamento spirituale agli Fedeli*, o per emulazione, o per altri motivi. Essendo poi il mondo assai vecchio, ed avendo le persone religiose in ogni tempo inventate nuove Divozioni, e continuando ad inventarne: non è da stupire, se le vecchie e nuove formino un' apparato tale, che sembra più tosto opprimere, che ornare la nostra Santissima Religione. En mea, quibus, te judice, *nova* improbo officia Pietatis. Prosequere, quæso, lectionem: ora, come ho detto, sì fatte Divozioni, o vogliam dire segni di Divozioni, purchè non disapprovate, anzi approvate dalla Chiesa, *non solo son lecite, ma anche lodevoli*. Quid ais? Aversor, an probo? Prosequere. Che se il Jurieu Calvinista, ed altri suoi pari ci deridono, e condannano, qualichè abbiam lasciato prender piede fra noi alla Superstizione con queste minutaglie di Pietà: niun di loro ha mai provato, o potrà mai provare, che *l' istituzion di esse sia biasimevole*, e possa dispiacere *a Dio*; anzi per lo contrario essendo le medesime *indirizzate* all' onore *di Dio*, ed alla pia memoria, ed invocazione *de' suoi Santi*, DEBBONO A LUI PIACERE. Demum immediate ante mea, in quibus, ut ais, *objecto novitatem*, scripseram de Popularibus devotionibus: Non hanno in se alcuna *indecenza*, nè *ripugnanza* a i dogmi della Chiesa e della *vera Pietà*; e sono libere, nè impongono obbligo. E purchè le persone sieno ben istruite e dirette, *non possono trarne se non eccitamenti di Divozioni*. Igitur quo ad primum locum, quem opponis, in quo aversantem me dicis *nova* Pietatis officia, dilucide *nova* approbo, & amplector.

725. Alter locus, a te indicatus, est (*f*) Noi miriamo saltar fuori tutto dì nuove Divozioni ... Volesse Dio, che ognuna di esse fosse atta ad ajutarci per conseguir quella importante, di cui abbiam parlato. *Tali nondimeno non sono tutte.* Igitur earum *quasdam* judico atte ad ajutarci per conseguir l'importante Divozione. Igitur quasdam laudo ex *novis*, de quibus hic loquor, te affirmante. Quinimo cuncta veneror, sive plura, sive

(*a*) Pag. 353. (*b*) Lib. 2. op. imp. n. 197. (*c*) Lib. 3. cont. Julian. cap. 10. n. 20. (*d*) Vid. sup. n. 722. (*e*) Ex cap. 24. pag. 348. (*f*) Ex cap. ultimo pag. 373.

ſive plurima ſint, dummodo ognuna di eſſe ſiano atte ad ajutarci ec. Ut proinde, ut & num. ſuperiori, placeat mihi earum multitudo, ac *nimietas*, contra id, quod dicis, quod diſpliceat mihi multitudo, ac ſuperfluitas. *Itane nondum evigilabis... & te hoc dixiſſe pœnitebit?* (*a*)

726. Sed & alia ſuppetunt ſubjicienda oculis tuis (quæ neceſſario legiſti, ſed oblitus es) ut videas, quam inconſulte ſaltem affinxeris mihi, quod *a Novitate* improbem conſueta devotæ Plebis officia. Poſt mea num. ſuperiori laud. ſtatim ſubdo Lydium lapidem, quo utilia ab inutilibus ſecernantur officia Pietatis. Nempe ea nomino utilia, quæ viam parant ad Caritatem Dei, ac Proximi, quæ extirpandis vitiis deſerviunt &c. quæ autem nullum conferunt ſpiritui emolumentum, ſaranno divozioni di ſola apparenza, non di ſoſtanza. Adtende. A queſta pietra di paragone ſi han da eſaminare *tante*, *e sì diverſe* Divozioni, che o da molto, *o da poco tempo ſon introdotte*. En plurima, ac nova conſuetæ Pietatis officia, quæ abſolute non averſor; ſed moneo ſapienter ad illum lydium lapidem prius conferenda; ſubinde aut amplectenda utilia, ſi quæ ſint, aut inutilia reſpuenda. Et idcirco ibidem ſcribo (*b*) Allorchè le Divozioni non ſono iſtituite dalla Chieſa, ma ſi truovano ſolamente propoſte da perſone private, da noi credute pie, *ſenza buon eſame* non ci ſi ha da correr dietro, potendoſi dubitare della legittima loro bontà. Hic etiam nihil ſuperfluum, aut nimium judico *di tante e sì diverſe Divozioni*, che da molto, o poco tempo ſono introdotte. Cuncta utilia prædico, ſi veræ ſint officia Pietatis. Item ſcribo (*c*) Certamente la Chieſa non mette l'eſſenziale della Divozione Criſtiana in queſti pii ritrovamenti, ſopravvenuti di mano in mano nell'eſercizio della Religione. Con tutto ciò potendo eſſi ſervire a nudrir la Pietà del Popolo, ed anco ad invitarlo a ciò, che principalmente eſige l'eſſenza del Criſtianeſimo: perciò la Chieſa gli loda, ed approva. Paucis hiſce meis eam laudo, & amplector diſciplinam Eccleſiæ, quam tu longa ſerie exemplorum profers a n. 12. ut adverſus me probes (quod meis modo laudatis admitto) quod *nova* præcipiantur Feſta in Eccleſia univerſa, aliave Pietatis officia, quæ plerumque aut a particularibus Eccleſiis inventa ſunt, aut a privatis perſonis; de quibus Feſtis, aut *Pii Ritrovamenti* ſcribo, che la Chieſa (univerſale) le loda, ed approva. Hinc liquet, quam inſulſe ſcripſeris n. 25. „ Quamobrem „ Pritanio faſtidioſe miranti: *Ed ecco quanta novità tutto dì di Divozioni!* „ Reſpondemus I. Si quid in hujuſcemodi Novitatibus vitium eſt, id A„ poſtolicæ Sedi tribuendum, quæ Fidelibus amplificandæ devotionis, & „ exemplo præivit, & conſilio. " Euge, mi Pater, euge: *Nullum momentum tibi abſque linea*, ut me in invidiam voces. Jam noſti, hic laudari a me Apoſtolicæ Sedis & exemplum, & conſilium amplificandæ devotionis: & ſupra (*d*) etiam noſti, de quibus pietatis officiis loquar, cum ſcribo: Ed ecco quante novità tutto dì di Divozioni! *Inanis ergo, & ridenda tua remanſit illatio.* (*e*) Sed habe certiſſimum, quod *tua me non terret velut lingua cenſoris.* (*f*)

727.

(*a*) Lib. 3. contr. Julianum cap. 19. numero 36. (*b*) Pag. 375. (*c*) Cap. 24. pagina 349. (*d*) Numero 828. (*e*) Lib. 3. contra Julianum cap. 8. num. 17. (*f*) Ibidem cap. 21. num. 43.

727. Exigis expreſſiora, ut æternum taceas: ut pudeat, talia adverſus me ſcripſiſſe? Adtende, quam clare *nova* placeant; neque, ſi plurima ſint, faſtidiam ceu ſuperflua, ceu nimia. (*a*) Intanto aſſaiſſimo a noi importa di ben ravviſare, in che conſiſta la *ſoda Divozione*, a cui è obbligato, o eſortato il Criſtiano. Imperciocchè la *Novità*, che ſempre è ſtata, e ſempre ſarà una gran faccendiera non meno nel Mondo Politico, che nello Spirituale, in tanti Secoli, che la Chieſa di Dio fioriſce, è andata introducendo varie maniere di eſercitar la Divozione, le quali noi comunemente chiamiamo *Divozioni;* ma ſenza che ſi conſideri talvolta il loro vero peſo e merito. *Può eſſa Novità* (audi) inventar *nuovi legittimi* culti, *nuove lodevoli* opinioni, *per onorar Dio*, per facilitare a i Fedeli la maniera *di piacere a Lui*, e di *pervenire* al ſuo Regno. Nulladimeno può eſſa ancora cadere in ſuperfluità, ed anche in peggio. In fatti noi troveremo Divozioni maſſiccie, o neceſſarie, o almeno utiliſſime al Criſtiano; e queſte ſon quelle, che ci vengono comandate, o pure raccomandate dalla bocca dello ſteſſo noſtro Legislatore, o da' ſuoi Apoſtoli iſtruiti da Lui, ovvero dalla Chieſa ſanta fedele Interprete della mente di Dio. *Altre Divozioni* poſcia ſono a noi venute dagli Uomini pii, *parte delle quali convien confeſſare utile* a i Fedeli, e *degna di commendazione*; potendo poi altre ſembrar ſuperficiali e di poco momento, ed alcune di eſſe ancora ſregolate, ſe non anche *ſuperſtizioſe*. Vides, ſentis, *Nova* a me laudari? Fateor etiam, quandoque ex iſtis quædam *cadere in ſuperfluità, ed anche in peggio*. Quid autem ſignificet *cadere in ſuperfluità, ed anche in peggio*, explico per ea: *Potendo poi altre parer ſuperficiali e di poco momento; ed alcune di eſſe ancor ſregolate, ſe non anche ſuperſtizioſe*. Ut capias, mihi eadem eſſe *Superflua*, & *Superficialia*. Itaque neque *nova* mihi diſplicent, nec multitudo, ut ais, aut nimietas. Audi, quam conſimilia fatearis n. 25. „ Non negamus, Devotiones exoticas, & peregrinas, noviter adinventas abſque „ debito examine, vel ſi velis etiam, abſque Judicio Sedis Apoſtolicæ, re„ cipiendas non eſſe. “ In alta igitur mea ſenectute ſancte de *Novitate* ſcripſi. Sed ante quadraginta annos eadem præfatus ſum (*b*) ut experiaris meæ doctrinæ firmitatem, qua ultima congruunt prioribus. „ Cenſores „ Eccleſiaſtici ſibi metuere debent ab omni *Novitate* ſententiarum, atque „ verborum: ſed ita tamen, ut, ne quidquid novum ſibi videtur, conti„ nuo tale judicent: aut *quidquid novum revera eſt, damnandum quoque il„ lico arbitrentur*. “ Cariſs. P. *verba mea tibi propoſuiſſes, vel certe hanc ſententiam meam, ſi mihi quoquo modo reſpondere voluiſſes: quibus prætermiſſis, dicis tibi ipſe, quod vis; ut mihi, non ea, quæ a me dicta ſunt, reſellendo, ſed non tacendo reſpondere videaris*. (*c*)

728. Num. 6. ut oſtendas, (in æternum, & ultra nequiveris) conſueta piæ Plebis officia etiam a *Superficialitate* me averſari, ais: „ *Superficialitatem* inculcat Cap. XX. pag. 268. & 271. Cap. XXV. pag. 369. & Cap. „ ult. pag. 370. 374. & 383. ubi ſic: Ancorchè ſieno legittime le ſteſſe Di„ vozioni, ſe non alimentano, o accreſcono in noi l'amor di Dio e del „ Proſſimo, in cui conſiſte la pienezza della Legge, diventano ſuperfizia„ li. Similia dixerat locis a nobis citat. Part. I. Cap. XIV. n. I. “

729.

(*a*) Cap. I. pag. 8. (*b*) Lib. I. de Ingeniorum moderatione l. 2. c. 6. (*c*) Lib. 5. op. imp. n. 25.

729. Annon verum est, quandoque ex prava quorumdam dispositione pharmacum salubrius eos lethale experiri? Ci è di più: quelle stesse Divozioni, che son più belle, e son anche essenziali al Cristiano, benchè mai non si possa offuscar la loro interna bellezza, pure per colpa ed abuso nostro possono convertirsi in danno nostro. Ci può egli essere istituzione più degna dell'infinita bontà di Dio, che il Sacramento della Penitenza, in cui può ogni Peccatore, qualunque volta egli vi porti vero dolore, e non finto proposito di emendarsi, ricuperar la grazia di Dio? Pure non mancano persone, le quali appunto perchè mirano sempre aperto quell' asilo della Misericordia di Dio, placidamente dormono ne' peccati, o ritornano con gran facilità a ciò, che poc' anzi han detestato. (*a*) Cæterum hic minime vacat, & omnino tædet, de superficiali pietate differere. Relege sup. 1. Part. c. 14. & relegendo tacebis. Quod si adverteris animum eis, quæ hic dicta sunt copiose; advertes, neutiquam nominari a me superficialia devotæ plebis consueta officia pietatis, sed alia penitus esse.

730. Num. 7. eadem pietatis officia, ostendis, a me improbari, ex quo superflua sint: „ *Superfluitatem*, seu nimietatem mira arte sugillat (Pritanius) ab initio Cap. XXIV. pag. 347. & seqq. Diamo anche un'occhiata alle Divozioni particolari, delle quali spezialmente si serve il Popolo. Noi troviamo sparse fra esso Medaglie, Agnus Dei, Corone, Pazienze, Abitini, Cordoni, Immagini de' Santi, Brevi, Confraternite, e simili altre invenzioni visibili di Pietà. Io non son quì per riprovarne alcuna. Quas quidem Devotiones recensent, & aperte derident Janseniani Reformatores, ajentes, *ad mutationem vitæ, & conversionem morum* nihil *conducere*, ut observatum est in Præludio num. 15. & 17. Pritanius vero, tanquam bonus Catholicus, protestatur, *se nullam hic esse reprobaturum*. "

731. Testimonia convenientia non sunt. Qua veritate Pritanium nominas *bonum Catholicum*, de quo ibidem dicis, quod *mira arte sugillet* modo recensitas Populi devotiones ceu *superfluas*, ceu *nimias*? Ut te tibi ipsi convenientem facias, dic, cariss. P. dic inhæsitanter: *Pritanius non est bonus Catholicus*: Dic eum *ex Reformatoribus Jansenianis unum*; Dic saltem, per Ironiam nominasse *Bonum Catholicum*. Deo gratias: Catholicus vixi inclusive usque ad mortem. Num bonus? Jam vidit, jam videt Deus. Tu, si sapis, famam interroga de pietate Pritanii; consule a me edita Opera pietatis: cogeris omnino Pritanii non vulgarem pietatem efferre, ac prædicare. Cæterum neque calumniis tuis decresco: illas non curo; displicent istæ, quod famæ tuæ maxime noceant; quod meæ noceant tantillum, videlicet apud imperitos, ignorantes, quis sit fictus *Lamindus Pritanius*, sed verus *Ludovicus Antonius Muratori*.

732. O bone P. qua fide scribis scribis, *mira arte me sugillare a Nimietate* Populi Devotiones, quas profero Cap. XXIV. cum ibi, nec semel, nec bis, eas laudo, & amplector? Relege supra (*b*). Quinimo ex Doctrina Capite eodem a me tradita, si innumeræ essent, omnes probandas esse, colligitur. Nimirum eas probo; „ perchè essendo le medesime Divozioni (de quibus ibidem ago) indirizzate all'amor di Dio, ed alla pia memoria ed „ in-

(*a*) Mea sunt cap. 1. pag. 9. (*b*) Num. 722.

„ invocazion de' Santi, a Dio debbon piacere: Perchè possono servire a
„ nudrir la pietà del Popolo, ed anche ad invitarlo a ciò, che princi-
„ palmente esige l'essenza del Cristianesimo: perciò la Chiesa le loda ed
„ approva. " Si quæ igitur forent istiusmodi pietatis officia, omnia ex
hisce motivis prædico retinenda. Qui totiens laudat, & in loco eodem,
quem carpis, tu improbantem scribis? Qua fide? Qua fronte? Quo vul-
tu? Ubi tua argumenta, non inania, sed valida; ut ostendas, me mira
arte sugillare? Sed præstat hic audire tuum Crasset (a), fors mitiores
animos indueris in Pritanium. „ Non si videro mai *tanti capricci* in ma-
„ teria di Divozione, quanti se ne vedono al presente. La moda ne
„ cambia come di abiti: se ne inventano ogni giorno di nuove. Infra:
„ Come io non voglio condannar coloro, che si attengono alle Divozio-
„ ni antiche senza ostinazione, e senza singolarità: così non voglio bia-
„ simare coloro, che ne introducono di nuove, purchè elle non abbiano
„ cosa alcuna di contrario al sentimento, ed alla pratica della Chiesa."
Num tuum Crasset dixeris, quod improbet officia *nova* pietatis *a Novita-
te, a Nimietate*, dum ait: *Non si videro mai ec.* Num ea nihil ducit, vo-
cando *Capricci*, & comparando illa *alla moda degli abiti*, quæ certe est
humilis nimium, vilisque comparatio? Ait quidem: *Io non voglio biasimar
coloro ec.* At prius nominaverat *Capricci*, & comparaverat *alla moda degli
abiti*. Igiturne mira arte sugillat? Hactenus dicta *diligenter, & intelligen-
ter quisquis advertit, multa te de Nihilo, nihil, quo ad rem pertineat, dixisse
cognoscet*. (b)

733. Quædam supersunt in hoc tuo Capite leviter perstringenda; quæ
possem certe surda aure præterire: sed bono tuo consulamus, ut omnes
exuas scrupulos. Scripseram (c) Se poi fossero (Devotiones) ancora di-
scordi dagl' insegnamenti della Cristiana Religione, si hanno ben da as-
pettare que' fulmini, che Clemente XI. e poscia il poco fa lodato Papa
Benedetto XIV. hanno scagliato contro di certi Riti, conosciuti appunto
incompatibili colla Santa Religione di Cristo. Tuas adversus ista phanta-
sias audiamus num. 2. „ Has quidem minas frustra intentat Reformator;
„ & frustra etiam sæpe alias superstitionis timorem incutit. Non hic agi-
„ tur de Devotionibus, quæ a Religionis Christianæ documentis discor-
„ dantes, introduci aliquando possent: neque de iis, quæ ab Ecclesia su-
„ perstitionis nomine, ac periculo, jam sunt rejectæ: (ridiculum enim,
„ aut otiosum esset, istiusmodi Devotiones reformare velle) sed agitur
„ de Devotionibus a Christiano populo palam, & passim, bona fide fre-
„ quentatis; quæ nihilominus a Pritanio in Reformationem vocan-
„ tur. "

734. In loco, quem indicas, ago, ut dictum est copiosius, haudqua-
quam de consuetis pietatis operibus devotæ Plebis, sed de iisdem noviter
emergentibus: & prudenter moneo, ut consideretur prius, ne superficia-
lia sint; multo magis ne sint aliena a vero pietatis spiritu Catholicæ Ec-
clesiæ. Item ad coercenda intra veræ pietatis cancellos præfervida ingenia
minitor fulmina Vaticani. Quid hic mali? Potest Roma damnare supersti-
tio-

(a) Divozione verso la Vergine Tom. 2. Part. 2. discorso fondamentale. (b) Lib. 5.
oper. imp. n. 42. (c) Cap. ult. pag. 380.

tioſa: Cur non licebit, minas intentare, ne oriantur, in libello maxime *Della Regolata Divozione*? Quot ſunt novarum Devotionum inventores, ex quibus plures Viſionarii ſunt, ſine ſcientia ſpiritum non verum pietatis habentes? Hos certe, convenit, graviſſimo pœnarum metu terrere; ne eorum exæſtuans Phantaſia eo tendat, quo eundum non eſt. *Ridiculum autem eſſet, rejectas jam ab Eccleſia Devotiones ceu ſuperſtitioſas velle reformare*, quod neque per ſomnium præſto: at ſanctum eſt monere, quod facio; ne damnandæ ſuccreſcant; ne inventæ amplectantur, ſenza che ſi conſideri talvolta il loro vero peſo e merito. (*a*)

735. Num. 7. ut oſtendas, ceu ſuperflua me averſari piæ Plebis officia, » profers mea: (*b*) „ Diamo anche un' occhiata alle Divozioni particola- » ri, delle quali ſpezialmente ſi ſerve il popolo. Noi troviamo ſparſe fra » eſſo Medaglie, Agnus Dei, Corone, Pazienze, Abitini, Cordoni, Im- » magini di Santi, Brevi, Confraternite, e ſimili altre invenzioni viſibi- » li di pietà. Io non ſon quì per riprovarne alcuna. Has aperte deri- » dent Janſeniani: Pritanius vero, tanquam bonus Catholicus proteſtatur, » ſe *nullam hic eſſe reprobaturum*. Sed ſtatim feſtivus ſubnectit narratiuncu- » lam de quadam nobili puella ex Anglia, quæ ab hæreſi Calviniana ad » Catholicam Fidem converſa, & quid de noſtra Eccleſia ſibi videretur, » interrogata, (*a celeberrimo Archiepiſcopo Cameracenſi de Fenelon, cui in Fi- » de Catholica inſtruenda data erat*. Hoc omiſiſti) reſpondit: *Monſignore, » la Religione di Calvino mi ſembra troppo nuda, la Cattolica Romana troppo » veſtita*. Hoc eſt (ut Pritanius interpretatur) E volea dire di aver oſ- » ſervata sì grande abbondanza e varietà di Ordini Religioſi, di Riti, » di Divozioni fra noi altri, che la ſteſſa Religione le ſembrava troppo » carica di veſti e di ornamenti. Quibus ipſe verbis veluti plaudens » (Pritanius) ſubinde ait: Eſſendo poi il Mondo aſſai vecchio; ed aven- » do le perſone religioſe in ogni tempo inventate nuove Divozioni, e » continuando ad inventarne: non è da ſtupire, ſe le vecchie e nuove » formino un' apparato tale, che ſembra più toſto opprimere, che orna- » re la SS. noſtra Religione. Et ad eumdem ſcopum magnificat Cap. ult. » quamdam D. Auguſtini ſententiam. "

736. *Qui librum meum intelligens legit, mox invenit, teque pervidet* (ut apparet) *doloſe agere, qui EAMDEM CAUSSAM TOTAM commemorare noluiſti*. (*c*) Quid eſt, quod mea quædam taceas, quæ commemorare debueras? Miſereor tui: Supprimenda erant; ut tantillum monſtrares, ea a me improbari officia pietatis a *ſuperfluitate*. Quod ſi mea protuliſſes, viderent omnes, palparent omnes, ea quammaxime mihi non improbari, ſed laudari, ſed amplecti. Accipe totam ſeriem meorum, & quæ tacuiſti: E volea dire di aver oſſervata sì grande abbondanza e varietà di Ordini Religioſi, di Riti, di Divozioni fra noi altri, che la ſteſſa Religione le ſembrava troppo carica di veſti e di ornamenti. Quæ ſequuntur, tacuiſti; quæve dilucidiſſime monſtrant, quod omnia ea (de quibus ſup.) approbem popularis pietatis officia. Non mancò il ſaggio Prelato, nempe ſup. laudatus de Fenelon, di appagarla ſu queſto punto con dire, che *tali ve-*

(*a*) Mea ſunt cap. 1. pagina 8. (*b*) Ex cap. 24. pagina 347. (*c*) Libr. 5. oper. imperfect. num. 25.

stimenti non hanno in se alcuna indecenza, *nè repugnanza a i Dogmi della Chiesa*, *e della vera Pietà*, *e sono liberi*, nè impongono obbligo. E purchè le persone sieno bene istruite e dirette, *non possono trarne*, *se non eccitamenti di Divozione*. Per altro non si può dire, quanto il genere umano goda della Novità. S' esso ne gode, si trova del pari, chi gliene procaccia anche negli affari della Pietà, o per sincero fine di recar *giovamento spirituale* a i Fedeli, o per emulazione, o per altri motivi. Omnia hæc taces, & saltas ad ista: Essendo poi il mondo assai vecchio ec.

737. Num. 34. ais: „ Hæc igitur exterioris Devotionis officia, quæ „ Pritanius *Minutaglie di Pietà*, e *minute Divozioni* appellat, sunt veluti „ Antemuraiia Religionis... quid præterea de ejusmodi minutiis Christus „ censeat, audiamus (*b*) *Quicumque potum dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum*, *in nomine discipuli*, *amen dico vobis non perdet* „ *mercedem suam*. "

738. Annon inter veræ pietatis officia quædam majori gaudent utilitate, minori alia? Quædam necessaria, quædam utilia dumtaxat? Jam scripseram (*c*) Ora per ben regolare la nostra Divozione, d' uopo è di *distinguere* quelle *azioni pie*, che son di *sostanza*, dalle altre, che son semplicemente *Amminicoli*. Porro cuncta Pietatis officia, quæ c. 24. enumero, (*d*) pia adminicula jure nominanda sunt: quæ, ut adversus Calvinistam Jurieu cuncta defenderem; ne repeterem singillatim, collectiva voce exposui *Minutaglie*, videlicet *certa quantità di cose minute*. (*e*) An non ista, utilia quidem sunt Officia Pietatis, sed minuta, potissimum comparata *alle azioni pie*, *che son di sostanza*? Cæterum, ut video, ex benigniori Probabilismo ad Rigorismum progrederis. Siste in medio: in medio virtus est. Quæ ex Evangelio recitas, omnino abs re sunt. Adtende, quam sanior sit Theologia Pritanii, quam profundior præ tua. In pio Fideli duo consideranda se offerunt, & *exteriora officia Pietatis*, & *internus caritatis ardor*, quo exercentur. Illa quandoque per sese minuta sunt; si tamen vehementi Caritate exequantur, magna erit pietas interior in minutis officiis: ita in erogante eleemosynam potus aquæ frigidæ; si spectes officium, parvulum est, minutum est; si ferventi caritate tribuatur, meritum habet maximum, non minutum. *Tantum dedit*, *si de plena Caritate dedit*, *quod dedit* potum aquæ frigidæ, *quantum Zachæus in dimidio rerum suarum*. (*f*) Profecto autem cum nomino *Minute Divozioni*, exteriora officia intelligo, haudquaquam interiorem pietatem, qua exercentur. Evangelium opponis, in quo potissimum adtenditur, non officio exteriori, sed interiori Caritati. Quodve potissimum Caritas in hisce Matthæi verbis notetur, habes ex illis: *In nomine discipuli*, videlicet: qui frigidæ potum dederit Pauperi, quia Christi discipulus est, credendo ejus doctrinæ: qui, inquam, potum dederit *in honorem Christi*, *ejusque intuitu*, *& respectu* (*g*). Caritas autem facit, ut tendamus in Deum; propter quem omnia operemur officia pietatis, oportet.

739. Num. 38. ais: „ Instat Pritanius: Si Devotiones istæ Populares non

(*a*) Vid. sup. a numero 730. (*b*) Matthæi cap. 10. vers. 42. (*c*) Cap. 1. pag. 10. (*d*) Pag. 347. (*e*) Ut ex Vocabular. Italico. (*f*) August. Psal. 125. n. 12. in laudat. Matth. verba. (*g*) Ut a Lapide in hunc Matth. locum.

„ *non alimentino, o accrescano in noi l'amore di Dio, e del Prossimo, in cui* „ *consiste la pienezza della Legge, diventano superfiziali.* " Iterum coctam crambem paras, & usque ad nauseam recoctam, cariss. Plazza. Adi, ac relege supra. (*a*) Cæterum in loco, quem indicas, haudquaquam de Devotionibus loquor Popularibus, ut ais, sed universim. Audi mea. (*b*) La conclusione di quanto abbiam detto fin quì è la seguente. Attenendoci a quelle Divozioni, che ci sono spezialmente raccomandate dal Vangelo e dalla Chiesa, non falleremo mai. Ancorchè sieno legittime le stesse Divozioni, se non alimentano, o accrescono ec. ut supra. Quid hoc monito sanctius? Nempe si vera pietatis officia nulla interiori pietate adhibeantur; evadent superficialia, haud quidem quod bona non sint, sed quia bonum non bene Fideles exerceant, contenti cortice solo pietatis.

740. Hæc mea carpis (*c*) Non è da stupire, se le vecchie e nuove Divozioni formino un apparato tale, che sembra più tosto opprimere, che ornare la SS. nostra Religione. Hæc, inquam, carpis, quod istis averser numerositatem popularium Devotionum.

741. Doleo quammaxime in tuis oculis ancipitem morbum, & gravissimum. Modo vident, quod videndum non est: quia nihil est: modo non vident, quod est videndum, & reapse est. Annon iste anceps morbus, & gravissimus? Enitere, ut saneris. Ex hactenus dictis, pluries admonitus es, te in meo libello vidisse, quod non est: hic (& alibi) non vides, quod videndum est. Post mea modo recitata prosequi lectionem poteras, & certe prosequutus es; sed non vidisti mea, quibus expresse amare me, profiteor, & amplecti numerositatem eam popularium Devotionum, quam me aversari scribis in hisce meis: Non è da stupire ec. Immediate subtexo: Ora, come ho detto, sì fatte Divozioni, o vogliam dire segni di Divozione, purchè non disapprovate, anzi approvate dalla Chiesa, *non solo son lecite*, MA ANCHE LODEVOLI. Post hæc alia ibidem non vidisti, quæ videnda erant. Relege sup. (*d*)

743. Verum quid inquies, si ibidem nedum laudaverim numerositatem, sed & firmum adhibuerim patrocinium? Quid, si patrocinium istud tuum effeceris? *Adtende, quam sis a veritate seclusus.* (*e*) Pro numerositate pugnas, dum ais num. 45. „ Numerositas autem Devotionum, quandoqui„ dem *ad sui observationem neminem cogit*, Fidelibus non gravamini, aut „ oneri, sed levamini, & adjumento est. " Hisce autem tuis mea credis dissolvere: *Che sembra più tosto opprimere ec.* Ipse similiter (*f*) ut verba complanarem illius ex Anglia Puellæ (*g*) asserentis: Che la nostra Religione le sembrava troppo *carica* di vesti e di ornamenti per la sì grande abbondanza e varietà di Divozioni, hoc pacto respondeo, seu sup. laud. Episcopus Cameracensis: Tali vestimenti non hanno in se alcuna indecenza nè repugnanza a i Dogmi della Chiesa e della vera Pietà (audi tua) E SONO LIBERI, NE' IMPONGONO OBBLIGO; quæ eadem cum tuis sunt: *Numerositas autem Devotionum, quandoquidem ad sui observationem neminem cogit.* Vidisti mea? Saltem nunc audis: *ex quibus, quod voluisti,* ipse

(*a*) 1. Part. cap. 13. (*b*) Cap. ult. pag. 387. quæ penultima est mei libelli. (*c*) Ex Cap. 24. pag. 349. (*d*) Num. 722. & 732. (*e*) Lib. 5. op. imp. n. 53. (*f*) Pag. antecedenti 348. (*g*) De qua sup. n. 736.

ipse posuisti: sed ego, etiam te nolente (ut apparet) *commemoravi*, *quod prætereundum putasti*. (*a*) Protuli igitur ea: *Che sembra più tosto opprimere* ex consueto, ac familiari modo loquendi, quo exprimitur quandoque numerus innumerabilis.

743. Num. 56. scribis: „ Sed aurem vellit Pritanius; & admonet, ut „ ad prolixam quamdam D. Augustini sententiam (quam ipse Italice „ profert, & scoliis intersecat) animum advertamus. Verba S. Doctoris „ sunt: (*b*) Quod autem instituitur præter consuetudinem, ut quasi ob„ servatio Sacramenti sit, approbare non possum; etiamsi multa hujus„ modi propter nonnullarum vel Sanctarum, vel turbulentarum persona„ rum scandala devitanda, liberius improbare non audeo. Sed hoc nimis „ doleo, quia multa, quæ in divinis libris saluberrima præcepta sunt, „ minus curantur; & tam multis præsumptionibus sic plena sunt omnia, „ ut gravius corripiatur, qui per octavas suas terram nudo pede tetigerit, „ quam qui mentem vinolentia sepelierit. Omnia itaque talia, quæ ne„ que *Sanctarum Scripturarum auctoritatibus*, nec *in Conciliis* Episcoporum „ statuta inveniuntur, nec *consuetudine universæ Ecclesiæ* roborata sunt, sed „ diversorum locorum diversis moribus innumerabiliter variantur; ita ut „ aut vix, aut omnino nunquam inveniri possint caussæ, quas in eis in„ stituendis homines secuti sunt: ubi facultas tribuitur, sine ulla dubita„ tione resecanda existimo. Quamvis enim neque hoc inveniri possit, „ quomodo contra Fidem sint; ipsam tamen Religionem, [quam pau„ cissimis, & manifestissimis celebrationum Sacramentis, Misericordia Dei „ esse liberam voluit) servilibus oneribus premunt, ut tolerabilior sit „ conditio Judæorum: qui etiamsi tempus libertatis non agnoverint, le„ galibus tamen sarcinis, non humanis præsumptionibus subjiciuntur. " Hactenus Augustinus. Prosequeris n. 58. „ At etiam animadvertere de„ buerat Pritanius generalem illam Doctrinam, quam idem Augustinus „ ibidem proxime firmaverat. Miror (scribit ad Januarium) sane, quid „ ita volueris; ut de iis, quæ varie per diversa loca observantur, tibi „ aliqua conscriberem: cum & non sit necessarium; & una in his saluber„ rima Regula retinenda sit; ut quæ non sunt contra Fidem, neque con„ tra bonos mores, & habent aliquid ad exhortationem vitæ melioris, „ ubicumque institui videmus, vel instituta cognoscimus; non solum non „ improbemus, sed etiam laudando, & imitando sectemur; si aliquorum „ infirmitas non ita impedit, ut amplius detrimentum sit. " Usque modo August. Num. 59. Explicas Augustinum: „ quos ergo Ritus in objecta „ sententia improbat, & resecari desiderat Augustinus? Eos profecto (ut „ ipsemet se explicat) qui & præter consuetudinem, & absque ulla suf„ ficienti auctoritate, ratione, aut caussa; & *quasi observationes Sacramen„ torum sint*, instituuntur: hoc est tanquam ex necessitate servandi; qui„ que propterea *ipsam Religionem servilibus oneribus premunt*.

744. Accipe, quam cohærenter Augustino scripserim; qui me, quod Augustinum laudaverim, vellicas. I. Ut vera sint pietatis opera, exigit aut Scripturarum auctoritatem, vel Conciliorum, aut universæ Ecclesiæ con-

(*a*) Ibid. n. 64. (*b*) Epist. 55. cap. 19. ad Jannar. olim 119.

consuetudinem. Eadem fateris explicans Augustinum (a) succinit Pritanius: Allorchè le Divozioni non sono istituite *dalla Chiesa*, ma si truovano proposte *solamente* da persone private, da noi credute pie; senza buon esame non vi si ha da correr dietro, potendosi dubitare della legittima loro bontà, perchè vi manca il sigillo, cioè l' approvazione di chi Dio ha costituito *soprintendente* alla Religione, ed alle nostre coscienze. (b) Item (c) In fatti noi troveremo Divozioni massicce, o necessarie, o almeno utilissime al Cristiano; e queste son quelle, che ci vengono comandate, o pure raccomandate dalla bocca dello stesso nostro divino *Legislatore*, o da suoi *Apostoli* istituiti da Lui, ovvero dalla *Chiesa* Santa, fedele Interprete della mente di Dio. Et: (d) Attenendoci a quelle Divozioni, che ci sono spezialmente raccomandate dal *Vangelo*, e dalla *Chiesa*, non falleremo mai. Quinimo, ut ex his liquido apparet; præ Augustino liberalior ego, ea pietatis officia etiam commendo, quæ nulla firmantur expressa approbatione Scripturæ, aut Ecclesiæ. Hoc enim indicat particula *spezialmente præsertim*; quæ, licet includat potissimum le raccomandate dal Vangelo, e dalla Chiesa, alia tamen non excludit. Idcirco veneror etiam, & admitto quædam pietatis officia, a noi venute dagli *Uomini pii*, parte delle quali conviene confessare *utile* a i Fedeli, e *degna di commendazione*. II. Hanc statuit Regulam Augustinus, quam probas loco nunc laudato: *quæ non sunt contra Fidem, neque contra bonos mores, & habent aliquid ad exhortationem vitæ melioris, ubicumque institui videmus, vel instituta cognoscimus, etiam laudando, & imitando sectemur*. Congruit Pritanius (e) E se queste Divozioni non produranno in noi l' Amor di Dio e del Prossimo, e non serviranno a mortificar le sregolate passioni, che ci traggono in precipizj: saranno divozioni di sola apparenza, non di sostanza. Quæ autem Augustinus ait: *Ad exhortationem vitæ melioris*, ad litteram reddo (f) Laddove la Divozion vera ha da avere per fine il bene e il profitto dello Spirito. III. Displicent Augustino ea opera pietatis, quorum *aut vix, aut omnino nunquam inveniri possint caussæ, quas in eis instituendis homines secuti sunt*. Hæc jure mihi sunt *Superficialia, di poco peso, di poco momento*. Quæ enim instituta „ præter consuetudinem (g) absque „ ulla sufficienti auctoritate, ratione, aut caussa, " ad minimum superficialia reputanda sunt (possunt esse pejora) che non correggono i nostri vizj, che si fermano nell' esercizio esterno della pietà, senza regolar l'interno a tenor della Legge di Dio; quia instituta absque *ulla ratione*, aut *caussa*. IV. Ea odit Augustinus, quæ instituuntur præter consuetudinem; *ut quasi observatio Sacramenti sint*, videlicet (h) *tanquam ex necessitate servanda*. Isthæc profecto nonnisi superstitiosa sunt, aut superstitionem sapiunt. Omnis enim Cultus institutus a privatis hominibus, si ex eorum arbitrio servandus prædicetur; jam ad excessum pietatis adtinet, ac proinde ad superstitionem; aut saltem contenga *semi* di superstizione, o falsità. (i) Adtende, quid ego immediate subtexam post laudata verba Augustini. Degne di attenta osservazione son queste parole del S. Vescovo,

per

(a) In fine n. superioris tua produco ex n. 59. (b) Pag. 375. ante verba Augustini. (c) Cap. 1. pag. 9. (d) Cap. ult. pag. 383. (e) Ibid. pag. 374. (f) Cap. 20. p. 271. (g) Tua sunt n. 59. (h) Ut ibidem ais. (i) Cap. ult. pag. 378.

per non maravigliarci, se dopo tanti Secoli, da che spuntò la Religione di Cristo, si truovano fra noi non poche Divozioni *di poco peso, inventate dagli Uomini*, ed alcune ancora *che sanno di superstizione*; quando fin ne' tempi di S. Agostino, cioè più di mille e trecentanni di prima d'ora, molte simili si erano introdotte. Vides, quam ad amussim scripserim Augustinianæ Doctrinæ? Vides, quod simul idem sentiamus de Augustini intellectu? Cur igitur in hoc Cap. ac in reliquo opere tuo in me *tu potius maledicendi studio furere* VIDERIS? (*a*)

Intactum prætereo tuum Caput XV. in quo nihil adversus me. Mihi dumtaxat cordi est, tuos in me scrupulos suffodere, & eradicare.

CAPUT XVI.

Auctores quinque, a Pritanio in Marianæ Devotionis Reformationem advocatos, ab hac sua Reformatione esse valde alienos.

PRITANIUS.

745. DUrissimum exactorem, ac molestissimum tui adversus me scrupuli te reddiderunt. Ut tibi mea probem, quid mihi agendum sit, nescio. *Dic tamen, quænam illa via sit?* (*b*) Profero Auctores tibi suspectos: persequeris me. Profero Sanctos, aliosve tibi acceptos: persecutio incalescit. Paucula quædam produxeram (*c*) Antonii Godeau Episcopi Venciensis; quem non erubescis *Antimarianum* nominare, & *faventem Jansenistis* in tua Anacephalæosi. Me miserum! quot tua sustinui. (*d*) Produco item Abbatem Cellensem, SS. Franciscum Salesium, Carolum Borromæum, tuosve Petavium, ac Raynaudum. At non idcirco tua, mihi datum est, evitare convicia, & calumnias: sed in compendium plurima in hoc Cap. colligis; ut Pritanii famam in nihilum redigas. Vidisti jam 1. & 2. Part. quam in irritum ceciderint conatus tui adversus me: nolens experieris idem in Tertia. At nequaquam in irritum adversus te ceciderunt: nocuerunt, & æternum nocebunt famæ tuæ. *Quid est, quod triumphas tanquam de hoste victo? Neque enim dicere audebis, eum vinci, qui VERUM dicit, ab eo, qui FALSUM dicit*. (*e*) Ut impræsentiarum aliquid adversus me evinceres, fuisset tibi monstrandum, nunc memoratos quinque Auctores adhibitos esse a me, ad aliquod impium comprobandum, aut falsum. (Ad Kalendas græcas monstraveris) quod si bene, vereque adhibuerim auctoritatem eorum in eo uno monstrando, ad quod produxi; aera omnino verberas, Carifs. Plazza, si ostenderis mihi adversarios in aliis

(*a*) Lib. 5. oper. imperfect. numero 39. (*b*) Lib. 3. contra Julianum cap. 8. num. 17. (*c*) Cap. 22. pag. 328. (*d*) In tuo Præludio 2. Partis a numero 21. ad 27. & numero 1. ac ultimo cap. 17. Relege sup. in Confutat. tui Præludii a num. 49. (*e*) Lib. 3. cont. Jul. cap. 2. n. 6.

aliis opinionibus meis. Sæpissime enim bene laudatur Auctor, in uno amicus, in aliis adversarius. Quod tu hic præstas, qui num. 25. Raynaudum laudas, quod opinionem tuam (de qua supra) dixerit *Satis piam*, cum tamen ille ibidem postea sustineat oppositam. Sed age: Audiamus tua, ipso aere leviora, falsa, & supra nihilum nulla. Age iterum: *Quid disputationis aggrediare, videamus.* (*a*) Age tertio: *Perge ad cætera, & vanis vaniora contexe.* (*b*)

746. Ordiris Caput: „ Primus est S. Franciscus Salesius, cujus exem„ plum adducit Pritanius (*c*) ne multum insistamus in commendanda Fi„ delibus Devotione in Sanctos, Sanctorumque Reginam. " *Hæc vero nimia est, & aperta calumnia.* (*d*) Me inducis monentem, & ex Salesio, *ne multum insistamus in commendanda &c.* Scis, quid indicet ista admonitio? Nempe quod in Sanctos Pietas, & in Deiparam, res sit parvi momenti, & fors contemptibilis, cui proinde *multum insistendum non sit*. Cum enim de hujusmodi rebus peragitur; eas comprobare volentes, solemus admonere, ne frustra in id tempus impendant. En mea, quæ latina producis, quin perceperis: S. Francesco di Sales (*e*) con parole ci consiglia ad esser divoti de' Santi, e massimamente della Vergine SS. impiegando poi il resto del suo libro nell' esporre l' essenza della più importante Divozione, e de' mezzi per conseguirla. Hic certe vera scribo, etiam te probante num. 2. ubi ais: „ Pauca quidem verba vir iste, sanctissimus, „ ac sapientissimus, de Sanctorum Cultu, & B. Virginis scripsit in libro „ cit. " Porro num eadem tibi sunt: *Con poche parole ci consiglia*, & *Non est multum insistendum in commendanda Devotione in Sanctos*? Vel cœcus videt discrimen potentissimum: illud est in præsenti verum, hoc impium. Eo vel maxime, quod verbum illud *Insistendum* animum indicat obfirmatum. Si inquiras, cur hæc scripserim de Salesio? Audi mea priora: Questi (videlicet libri Sanctorum in cælo regnantium, & i Santi viventi, e tanti pii e dotti Direttori delle coscienze) questi loderan la Divozione a i Santi, e ci esorteranno alla loro Invocazione (insisto in commendanda in Sanctos pietate) ma sopra tutto (ut decet) v' intoneranno, esser necessario l' applicarsi a quella sostanzial Divozione, che sola può guidare al Cielo, e senza di cui la Nave nostra non arriverà al porto. S. Francesco di Sales con poche parole ec. In hisce meis sanctissime scriptis solus Plazza potuit legere, quod sugillaret. Mentior, cariss. P. Neque tu vel minimum quid mali in eis vidisti: sugillas quidem, sed *tua* dumtaxat, quæ mihi affingis, quæve ex tuo cerebro comminisceris tota. Scribo: *Con poche parole ci consiglia*; & tu me inducis monentem: *Ne multum insistamus in commendanda in Sanctos pietate*. Bene igitur, ac vere Salesium laudavi. Non itaque ipsius auctoritatem advocavi pro impia quadam Reformatione comprobanda. *Quid est ergo, quod loqueris, nesciens quid loquaris?* (*f*)

747. Num. 2. progrederis: „ Pauca quidem verba vir iste Sanctiss. de „ B. Mariæ Virginis, ac Sanctorum Cultu scripsit in libro cit. In hoc

 enim

(*a*) Lib. 5. cont. Julianum cap. 2. n. 5. (*b*) Lib. 3. cont. Julianum cap. 19. num. 36. (*c*) Cap. 20. pag. 277. (*d*) Lib. 3. cont. Julianum cap. 23. n. 52. (*e*) Introduzione alla Vita Divota. (*f*) Lib. 1. op. imp. n. 71.

„ enim argumentum longius excurrere, ad suum institutum non spe„ ctabat. “

748. Rependo grates. Vindicias mihi scribis & validissimas, & verissimas: tua enim pro me adversus te intorqueo. „ Pauca quidem scribit „ Pritanius incentiva Pietatis erga Deiparam, erga Sanctos. In hoc quip„ pe argumentum longius excurrere, ad suum institutum non spectabat; „ qui scribebat solum *Della Regolata Divozione*, & in libello minoris mo„ lis præ illo *Introduzione alla vita divota*. “ Quæ scripsi *pauca incentiva* pietatis in Sanctos, jam in 1. Parte hujus Epistolæ legisti, & in hac 2. Part. in Deiparam. Sed relege mei libelli Caput 20. a pag. 262. ad 265. & Cap. 22. a pag. 312. ad 314. &c. Non itaque, ut ais, *ne multum insistamus*, moneo; *sed ut multum insistamus in commendanda Pietate in Virginem, & in Sanctos*. Quod præter meum scopum, copiosius tamen præsto, quam Salesius; licet ipse uberius præstiterit virtutibus suis.

749. Prosequeris num. 2. „ At in paucis verbis non pauca insinuat „ (S. Franciscus) Pritanianæ Reformationi adversantia. “

750. Sit, ut lubet (quod experieris falsissimum). Apposite, ut audisti, ipsum laudavi. Falsissimum igitur, quod scribis, eum a me advocatum in *Marianæ Devotionis Reformationem*. Fateor, non pauca insinuare adversantia Pritanianæ Reformationi, sed a te solo adinventæ, commentæ, creatæ per summam calumniam; ut hactenus vidisti. Verum hic breviter Salesianæ doctrinæ veram comparo Pritanianam; ut videas, quam bene congruant inter se. Ea ejus verba produco, quæ profers num. 2. *ut pœniteat Pritanium*, ais, *allegasse Salesium*. Utrum debeat nostrum pœnitere, videbitur. Certe amantissimus suorum Proximorum Salesius semper perosas habuit calumnias. Hinc vereor, ne te debeat & pœnitere, & pudere; qui professus es, a capite ad calcem tui Operis doctrinam meam proscindere crassis calumniis, & expressis.

751.

S. FRANCISCUS SALESIUS	PRITANIUS
Introduzione alla Vita divota. Parte 2. cap. 16.	*Della Regolata Divozione. Cap. 22. pag. 312.*
I.	I.
Onorate, riverite, e rispettate con ispeciale amore la sacra e gloriosa Vergine Maria.	L'esser ella stata eletta per Madre dell'Unigenito Figlio di Dio, è un pregio di sì alta contemplazione, che le menti nostre *non possono* far di meno di non concepirne quella *maggior venerazione*, di cui sia capace una mera Creatura beneficata in sommo grado da Dio. *Per ciò un onor*

PRITANIO.

onor superiore a quello degli altri Santi è da noi dovuto a così eccelsa Signora.

Pag. 316.

Ripeto adunque, esser utile e *lodevole* sopra ogni altra Divozione a i Santi, quella della Vergine SS. e doversi lodare, chi la promuove, ed accresce, e chi l'abbraccia, e l'adempie.

Pag. 326.

Uffizio spezialmente sarà de' Parrochi di ben istruire il Popolo ne' doveri della pietà, esortandolo *a lodare* la Vergine SS. e a implorare il suo ajuto, e raccomandarne la Divozione.

II.

Nel numero de' Santi non solo entra anche la Beatiss. V. *Madre* del nostro Signor Gesù Cristo; ma con ragione essa è appellata *Regina de' Santi;* giacchè oltre all'aver superato tutti i Santi coll'eminenza delle sue virtù, concorre in essa una sì *sublime prerogativa*, che al confronto suo sparisce lo splendore di ogni altro Concittadino del Cielo. L'esser ella stata eletta per *Madre dell'Unigenito Figlio di Dio* è un pregio di sì alta contemplazione ec. ut sup. in I.

III.
Pag. 312.

Essa piena di grazia, essa quella fortunata, a cui fece cose grandi, chi può tutto. Favorita con doni soprannaturali in vita, alzata in Cielo ad ineffabili onori, ricolma tuttavia di quella Misericordia, che nudrì in Terra, noi la riguardiamo come *Ajuto* de' Cristiani, e *Rifugio* de' Peccatori. Il perchè non vi ha tra

S. FRANCESCO.

II.

Essa è Madre del nostro Sovrano Padre.

III.

E per conseguenza nostra gran Madre.

S. FRANCESCO.

IV.

Ricorriamo dunque a lei come suoi piccioli Figli: gettiamoci nel suo seno con una perfetta confidenza: ad ogni momento, in ogni occasione gridiamo a questa dolce Madre, invochiamo il suo Materno amore.

V.

E cercando d' imitare le sue virtù, abbiamo verso di lei un cuore veramente filiale.

PRITANIO.

Fedeli, chi bramoso della sua salute eterna non professi particolar Divozione a Maria, non la veneri *qual sua buona Madre*, e non la riguardi qual sua *possente* Avvocata presso Dio.

IV.

Virginem Deiparam veneror *Ajuto* de' Cristiani, *Rifugio* de' Peccatori, *buona Madre* de' Fedeli bramosi della loro eterna salute, *Speranza nostra* (pag. 319.) stante l' efficacia delle sue preghiere presso il suo Figlio, ed attesa l' inclinazione della somma sua carità a giovarci. Ex omnibus his liquet, verissima mihi esse, quæ Salesius ait: „ Che ricorriamo a lei come suoi piccioli figli: che ci gettiamo nel suo seno ec. " eo vel maxime che più utilmente ricorreremo a lei, per ottener benefizj da Dio, che al rimanente de' Santi. pag. 312.

V.
pag. 313.

Per far progresso nella via del Signore, *grande specchio* di ogni Virtù può a noi sempre essere Maria SS. tanta fu la sua Umiltà, la sua Purità, la sua Pazienza, la sua Carità verso tutti, ed ardente suo Amore di Dio, per tacere l' altre eccellentissime Prerogative. A questo specchio spezialmente si han da affissare le sacre Vergini; perchè ivi troveranno il più perfetto *modello* di ciò, che da esse desidera, ed esige il lor divino Sposo. Tutti nulladimeno considerando la Vita SS. della Vergine Madre di Dio potremo profittarne, se diremo daddovero esser suoi Divoti. Imperocchè certo è, che

PRITANIO.

che la soda e vera Divozione verso Maria, piucchè in altro, deve consistere nell'imitazione delle sue insigni Virtù, per quanto è permesso a noi poverelli.

VI.
Cap. 20. pag. 275.

Certamente è da lodare, chi elegge per suo particolar *Patrono ed Avvocato* alcuno de' Santi.

VII.
Ibidem pag. 265.

Per questo ancora è da dire sodo alimento della Pietà Cristiana *la lettura delle Vite* de' Santi, scritte da saggi e veritieri Autori, servendo esse per eccitamento a seguir le loro pedate.

Pag. 264.

L'altra mira della Chiesa più importante della prima in celebrar le Feste de' Santi, si è quella di metterci sotto gli occhi que' vivi esemplari di tutte le Virtù; acciò mirando quello ch'essi han fatto nella presente vita; e considerando l'ineffabil guiderdone, che nell'altra han riportato da Dio, c' innamoriamo ancor noi d' imitarli, con istaccarci dall' amore de' lievi e caduchi beni della Terra, per conseguire i sommi ed eterni del Cielo.

Haud plura profers ex Salesio; sed ultro gradior.

VIII.
Cap. ultimo pag. 374.

Certamente se noi ci credessimo Divoti, per masticar quotidianamente con gran fatica alcune Orazioni,

S. FRANCESCO.

VI.

Eleggete qualche Santo particolare.

VII.

Le vite de' quali voi possiate meglio gustare, ed imitare. Et capite 17. (quod omittis) Leggete ancora le istorie e Vite de' Santi, nelle quali come dentro uno Specchio voi vedrete il ritratto della vita Cristiana; ed accomodate le loro azioni al vostro profitto conforme alla vostra vocazione; Perchè sebbene molte azioni de' Santi non sono assolutamente imitabili da coloro, che vivono in mezzo al mondo; possono però tutte esser seguite o da presso, o da lontano.

VIII.
Part. 1. cap. 1.

Un altro si stimerà Divoto, perchè dice una gran moltitudine di Orazioni ogni giorno; sebben con tut-

S. FRANCESCO.

tutto questo la sua lingua s' impiega tutta in parole fastidiose ed arroganti, ingiuriose a domestici ed a vicini ..... Tutti questi tali sono tenuti dal volgo per Divoti, e non lo sono in modo alcuno ..... Così molte persone si cuoprono di certe azioni esteriori, appartenenti alla S. Divozione, e il mondo crede, che questi siano gente veramente divota, e spirituale; ma in verità non sono altro, che statue e fantasme di Divozione.

PRITANIO.

a noi insegnate dalli Maestri della pietà; o per recitar qualche preghiera a i Santi, o per portar certe divise di Divozioni, o per far bruciare candele avanti al Santissimo, o alle Immagini di essi Santi, senza metterci pensiero di emendar la vita nostra, e di conformarla a quella di Gesù Cristo, e di chi ha seguitate le di Lui pedate: pazzamente ci aduleremmo, e ci troveremmo ben ingannati al punto della nostra morte. Non più gioveranno a i Cristiani perduti ne' disordini del Secolo, queste apparenze di Divozione, che si facciano que' divoti abiti di Penitenza, con cui vogliono esser seppelliti alcuni Peccatori. Gli abiti interni delle virtù, e non già l' esterne vesti, han da esser quelli, che ci conducano al Paradiso.

Quas ego profero particulares pietates, sive Devotiones exteriores, Salesius generali voce exprimit: *Azioni esteriori appartenenti alla santa Divozione*; & de exercentibus istas pronuntiat: „ Non lo sono in modo „ alcuno Divoti ... Ma in verità „ non sono altro che statue e fantas„ me di Divozione. " Exigit quippe in ipsis etiam interiorem pietatem; de quibus etiam scribo: *senza metterci pensiero ec.*

Ibidem pag. 370.

His adde: Similmente si è potuto discernere, quella esser Divozion superfiziale, che non corregge i nostri vizj, che si ferma nell' esercizio esterno della pietà, senza regolar l' interno a tenor della Legge di Dio.

IX.

Ibidem part. 2. c. 15.

E poi (per dirlo una volta per

IX.

Part. 2. cap. 8. num. 21. irruis crudeliter in me, quod prætereundam vo-

PRITANIO.

voluerim communem Ecclesiæ pietatem privatæ Devotioni quorumdam. En mea:

Cap. 13. pag. 321.

Fu santamente proposto dalla Chiesa il sacro Avvento a i Fedeli; acciocchè ognuno si prepari alla gloriosa Nascita del Figlio di Dio; e si mediti quell' ineffabil Mistero dell' Amore di Dio verso noi Peccatori. Si sono trovati Divoti, che han convertito que' sacri giorni in onor di Maria ec. Hæc, inquam, carpis quasi unum impiæ Reformationis Marianæ argumentum. Sed lege a latere Salesium, ipsique congruere Pritanium miraberis.

S. FRANCESCO.

sempre) vi è sempre più bene e consolazione ne i pubblici officj della Chiesa, che nelle azioni particolari: *avendo Dio così ordinato, che la comunanza sia preferita ad ogni sorta di particolarità.*

X.

Num. 3. ais: „ Vide etiam, quam magnifice idem Sanctus Franciscus „ loquatur de Immac. Dei Genitricis Conceptione Tract. de Amore Dei „ part. 1. lib. 2. cap. 6. " Equidem ego de hac re nihil penitus in meo libello. Se ne graveris supra relegere n. 814. 815.

Copiosior ego in celebranda Virgine Matre præ Salesio. Dic sodes, utrum pœnitere debeat, & pudere Pritanium, an Plazzam, *allegasse Salesium? Erubesce tandem, obsecro; & ab illo justitiam posce, qui est origo justitiæ;* (*a*) ut imposterum de Catholico Sacerdote, de tuo Proximo, juste cogites, juste judices, juste loquaris.

752. Scribis num. 4. „ Alter est Petrus Abbas Cellensis, cujus hæc „ verba italice, & latine laudat Pritanius (*b*) *Dominæ nostræ Beatiss. Virginis Mariæ obsequia venerationem postulant, non adulationem.* (*c*) Qui Pe„ tri opera vel leviter percurrerit, statim animadvertet, quantum ille a „ reformandis Deiparæ præconiis, & in eam obsequiis, fuerit alienus. "

753. Et qui hoc opus tuum vel leviter percurrerit, statim animadvertet, quantum tu calumniis in infamando Pritanio fueris obfirmatus. Si Cellensis verba ad saniorem metam direxerim, neque ad ullum impiæ Reformationis argumentum; profecto & nihil peccavi, & injuste prorsus persequeris innocentem. Adtende mea: Perciò uffizio spezialmente sarà de' Parrochi di ben istruire il Popolo ne i doveri della Pietà; esortandolo a lodare la Vergine SS. e ad implorare il suo ajuto, e raccomandandone la Divozione: ma secondo l' intenzione della Chiesa, e senza oltrepassare i limiti da essa prescritti; perchè altrimente sarà dalla Vergine stes-

(*a*) Lib. 1. oper. imperfect. num. 37. (*b*) Cap. 22. pagina 327. (*c*) Lib. 9. Epistola 10.

ſteſſa condannato, non ſolo l'*eccesso*, ma chiunque ancora oſa di proporlo. „ *L' oſſequio noſtro* (così ſcriveva Pietro Abbate Cellenſe) *verſo la Regina Signora noſtra Maria V. Beatiſs. ci ha da condurre a venerarla*, *e non già ad adularla*. In hiſce meis nullum omnino veſtigium Marianæ Reformationis, ſed omnia ſancte ſcripta, ac ſapienter. Pudeat igitur te, hoc Caput vulgaſſe.

754. Sed ut videas, quanta pertinacia in me perſequendo graveris, tuis oculis te ipſum ſubjicio. Utinam videre permittaris. Num. 7. non remoraris, non curas, dicam Cellenſi impingere, quod modo laudata verba protulerit. *Exciderunt illi*, inquis, *in fervore concertationis cum Nicolao Monacho S. Albani*, *qui de S. Bernardo Abbate*, *Feſtum improbante Conceptionis*, *minus reverenter ſcripſerat*.

755. Ubinam gentium ſumus? Cellenſi *ex fervore concertationis exciderunt* ea: *Virginis obſequia venerationem poſtulant*, *non adulationem*? Igitur hæc tibi falſa ſunt: igitur tibi Mariæ obſequia poſtulant adulationem. *Quis te præcipitavit*, *ut diceres*: *quis ſubmerſit*, *ut ſcriberes* iſta? (*a*) Neapoli, in magnificentiſſima Eccleſia, coram frequenti populo, e publico ſugeſtu Concionator Virginem Deiparam alloquens, dixit: *Mamma mia te vorria cchiù bene*, *ſe non fuſſi Ebrea*. Hæc certe paucula verba in fervore concertationis adverſus Hebræos exciderunt. Hiſce enim verbis una feriuntur Chriſtus, Virgo Deipara, Joannes Baptiſta, & univerſa Eccleſia Hebræorum Hieroſolymis. Adverſus hujuſce Concionatoris fervorem exalta vocem tuam. Obliviſcere Pritanium; & enitere, quantum vales, ſaltem ut complanes, ut mollias (ad Kalendas græcas) nimiam illius ſuperexcedentem Pietatem.

756. Scribis num. 8. „ Tertius eſt incomparabilis S. Carolus Borro„ mæus... Sub tanti viri nomine ſimplici Lectori (abſit verbo invidia) „ imponit Reformator. "

757. Me miſerum! Quinimo & miſerrimum! In manus incidi ſcrupuloſi excolantis culicem, & deglutientis camelum. *Abſit verbo invidia*, inquio hic & ego. Ne lædere me videaris, qui *imponentem me* ſcribis *ſimplici Lectori*, S. Carolo male laudato, ais: *Abſit verbo invidia*. Unde tibi tam extemporalis, ac importuna pietas in Pritanium? A capite ad calcem tui Operis infamas me atrocibus calumniis; ut facilius tibi eſſet Augiæ ſtabulum repurgare, quam doctrinam meam ab erroribus, ab impietatibus; & nullo tangeris ſcrupulo. Abſit, apage, & ſi quid pejus, tales ſcrupuloſos. Tu, Pater, tu (ut apparet) *fallis*, *aut falleris*, *ſive calumniando his*, *quæ... dico*; *ſive non intelligendo*, *vel potius non legendo ea*, *quæ dixi*. (*b*) Si non legeris mea; *relegatur*, *quod ſcripſi*; *ut intelligatur*, *te nihil dicere*, *& tamen tacere non poſſe*. (*c*) L'impareggiabile S. Carlo Borromeo Arciveſcovo di Milano, il quale tanto faticò, per eſeguir gli ordini, e l'intenzione del Sac. Conc. di Trento (adtende, ad quem ſcopum dirigam ipſum) *in liberar la diſciplina della Chieſa dalla ruggine introdottavi da i Secoli Barbari*, così ſcriveva nel ſuo Concilio Provinciale (*d*) *Quantum in Religione ſtabilienda*, *atque augenda*, *laboris ponendum eſt*, tan-

(*a*) Lib. 6. op. imp. n. 63. (*b*) Lib. 6. cap. Jul. cap. 12. n. 39. (*c*) Lib. 2. oper. imp. n. 126. (*d*) Acta Mediolan. Eccleſ. pag. 119.

tantum in superstitione ex hominum mentibus evellenda curæ, & diligentiæ est impendendum. Tu, inquam, cæteris omnibus, doctis, & simplicibus, imponis (*absit verbo invidia*) qui me scribentem inducis, „ Quasi S. Carolus loc. cit. de Superstitionibus loquatur, quæ in Deiparæ, ac Sanctorum Cultum obrepere facile possint: de quibus Pritanius, ut suam Reformationem defenderet, proxime loquutus fuerat. " Iterum tu imponis omnibus; cum, ut vidisti, S. Carolum laudem, che tanto faticò in liberar la disciplina della Chiesa dalla ruggine introdottavi da i secoli barbari. Non hic memoro aliquid peculiare Superstitionis officium in Cultu Sanctorum, & Mariæ, sed generalius loquor; quemadmodum generale est S. Caroli effatum sup. laudatum. Cur unum saltem non producis meæ Reformationis argumentum, ad quod comprobandum abusus essem S. Caroli auctoritate? Quia nullum omnino erat. Sed poteras ex tuo creare, ut hactenus fecisti. Et quemadmodum ipse eliminandis applicat vanis observantiis illud generale effatum: *quantum in Religione stabilienda ec.* ita ego applicavi contro gli disordini nel Culto de' Santi, e contro quello, che discorda dagl' insegnamenti della Chiesa, e può introdurre la Superstizione. Quam sancte hæc scripta! Et carpere audes! & rodere! & non pudet? Unum hic subjiciendum reor. Pluries scripsi, a te adversus me calumnias creari. Mentior. Non creas; sed *educis ex præjacentibus in tuo cerebro fœcundissimis præjudiciis*. Jam enim nosti Aristotelis doctrinam (te hujus sectatorem reor, saltem Instituto) qua materiales Formæ *educuntur ex præjacente subjecto*.

758. Num. 10. scribis: „ Tantum vero abest, quod S. Carolus Pritanianæ Reformationi faveat; ut potius ei in multis locis resistat. " Vera loqueris, cariss. P. Pritanianæ Reformationi a te commentæ, in multis locis resistit. Prosequere. „ In primo suo Concilio jubet: *Ne horæ aliquæ B. Virginis ne in Matutino quidem, omittantur &c.* Hæc videri posset Pritanio una ex Devotionibus superfluis, & onerosis. " Et quidem Pritanio, sed sub calumniis Plazzæ. Crudelissimos Scrupulos! Damnant in me præterita, quæ non fuerunt; præsentia, quæ non sunt; sed & possibilia! quis crederet? Hæc videri *posset &c.* ais. Prosequere. Num. 11. S. Carolum producis asserentem, quod *maxime augeatur gloria Dei, quo religiosius coluntur Sepulcra, & Reliquiæ Sanctorum*. Succinunt erumpentes ex abysso scrupulorum tuorum calumniæ. Ais: „ eam gloriam minui timet, & suspicatur Pritanius. " *Calumniaris, aut nescis, quid loquaris*. Absit verbo invidia. Expertus es in 1. Parte, experiris in præsenti, in tertia experieris. Prosequere. Num. 12. Quædam profers ex eodem Sancto, & ais: „ De hac progressione Cultus Mariani queritur cum suo Godello Pritanius. " Quinimo & Veritas, & Justitia queruntur de tuis calumnis in Pritanium, & in Godellum, quem *Antimarianum* nominas, & Jansenistis faventem (*a*) Erubesces certissime, si quæ supra (*b*) tibi præludenti reposuimus, relegeris. Prosequere. Ibidem S. Carolum producis laudantem orationem *Salve Regina &c.* Et tu: *Hæc Antiphona propter illa verba:* Spes nostra, *non omnino probatur Pritanio*. Quinimo nulli proban-

(*a*) In Anacephalæosi hujusce Capitis. (*b*) Initio hujus Secundæ Partis a numero 429. ad 446.

tur calumniæ tuæ. Relege Parallelismum (*a*) & cap. 6. hujus 2. Partis, ubi *jam respondi teque inania dixisse convici*. (*b*) *Quid est ergo, quod loqueris, nesciens, quid loquaris?* (*c*)

759. Num. 15. „ Post S. Carolum, *ais*, laudat Pritanius (*d*) Antonium Goddavum Gallum, Episcopum Vencienfem in elogio ejusdem „ S. Caroli. Istum nos Auctorem Pritanio concedimus. Sed utrum eo „ gloriari quis possit, an erubescere debeat, Lector dijudicet ex iis, „ quæ notavimus in Præludio. " Quinimo Tu erubesces, Te pudebit; si, quæ supra reposuimus tibi præludenti, relegeris.

760. Num. 16. & 22. impetis in me, quod tuos laudaverim (*e*) Petavium, & Raynaudum. Tui certe misereor, qui mea aut non vidisti, aut dormiens legisti: Si vigilans percurrisses, vidisses statim & sane, & juste a me laudatos. Adtende. Che poi nel Culto della B. Vergine, tanto giusto, tanto commendato dalla Chiesa, ne' tempi addietro *l'ignorante, o poco guardinga Pietà introducesse opinioni e fatti meritevoli di censura*, ce ne avvertì anche Monsignor Godeau Vescovo di Vence (ad hæc comprobanda Tuos produco) Perciò anche l'insigne P. Petavio della Compagnia di Gesù lasciò scritto con parole latine, che io ora riferisco in volgare: (*f*) „ Non avrò io difficoltà dar quì un avviso a i Divoti, e a i Panegiristi della Vergine SS. cioè il guardarsi dal lasciarsi troppo trasportare dalla Pietà e Divozione verso di Lei: e che contenti de i veri e „ sodi encomj, che a Lei competono, lascino andare i finti e bugiardi, „ de' quali niuna autorità, o autorità idonea si può mostrare. La qual „ sorta d'Idolatria, che S. Agostino chiama occulta, ed innata nel cuore degli uomini, molto è abborrita dalla Teologia, cioè dalla gravità „ della sapienza celeste, *proprio di cui è il non ammettere, ed insegnare se non quello, che si truova esattamente conforme alle regole certe della Verità*. (Perpende, sed centies hæc ultima verba.) Altrettanto scrisse ne' suoi Ditti Mariani (*g*) il P. Rainaudo della medesima Compagnia, che io per brevità tralascio. Qual fu il sentimento di questi celebri Teologi, tale è ancora, e sarà sempre quello della S. Chiesa Romana, e di tutti gl' Intendenti del decoro del Cattolicismo; i quali, quanto consigliano *la vera e legittima Divozione* verso i Santi, e verso la Regina de' Santi, altrettanto disapprovano, e detestano *ogni eccesso ed abuso* di opinioni e di Culto verso di loro.

761. Advertis, ad quem sanctissimum scopum Tuos direxerim, quinimo & Ecclesiam? Videlicet adversus *Opinioni e Fatti meritevoli di censura*, che ne' tempi addietro *l'ignorante, o poco guardinga pietà* introdusse nel Culto della Vergine, e *contro gli eccessi ed abusi*. Hisce profecto repugnare nequibis; ne dedìscere videaris non, inquam, pietatem, sed vel ipsam Naturam. Quinimo & Tridentino aperta fronte adverseris: (*h*) „ Omnis „ porro Superstitio in Sanctorum Invocatione, Reliquiarum veneratione, „ & Imaginum sacro usu tollatur. (*en excessus*) Omnis turpis quæstus „ eliminetur: Omnis denique luxuria vitetur... Et Sanctorum celebratione... „

(*a*) Ibidem. (*b*) Lib. 1. oper. imperfect. num. 71. (*c*) Ibidem. (*d*) Cap. 22. pag. 328. (*e*) Cap. 22. pag. 329. (*f*) Lib. 14. cap. 8. num. 9. de Incarn. (*g*) In titulo, ut ais, Cautionis 2. (*h*) Sess. 25. de Invocat.

„ ne... ad commessationes, atque ebrietates non abutantur: nihil pro„ phanum, nihil inhonestum appareat." En abusus.

762. Non est, cur fatigeris, multam laudans Pietatem Petavii, ac Raynaudi in Virginem. Extra chorum saltas: monstrandum tibi erat, eos a me laudatos, ut comprobarem impiam quamdam, aut non sanam doctrinam ex auctoritate eorum. Quod æternum nequiveris, nisi calumniando, ut soles. Vidisti jam, quam vere, quam sane, quam apposite advocaverim eos.

763. Num. 18. scribis: „ Priusquam illud moneret Petavius, ab initio „ Cap. VIII. plurimis, ac luculentis Patrum testimoniis demonstraverat, „ I. Immensam, & ineffabilem esse Dei Genitricis dignitatem. II. Tan„ tum hoc, & tam incredibile nominis Theotocos decus; cui, quidquid „ est infra Deum, amplitudine, ac dignitate cedit, virtute sua, ac san„ ctitate B. Virginem meruisse *de congruo*. III. Tot, & tam mirifica, „ atque stupenda divinæ gratiæ dona, & virtutum ornamenta divinam „ largitatem in Maria congessisse; ut nusquam alias se copiosius, atque „ uberius diffuderit. IV. Supra omnes Sanctos, & Angelos, resque om„ nes creatas B. Virginem eminere, & excellere. V. Atque adeo appel„ lari merito cæli, ac terræ Reginam, omniumque Creaturarum Domi„ nam, & Dominatricem. VI. Humani generis apud Deum esse Media„ tricem. VII. Patres laudat, qui Marianæ protectionis efficaciam sum„ mam, necessitatemque commendant &c. Hæc eadem, & similia sunt „ B. Virginis Præconia, quæ a Pritanio clam, vel palam improbata, nos „ vindicare studuimus."

764. Igitur, te judice: Hæc eadem, & similia sunt præconia B. Virginis, quæ a Pritanio *clam*, vel *palam improbata sunt*. Certe *si emeres ista convicia, prodigum te dicerem: gratis tibi adjacent; cur non & eis fruaris, quibus... animum pascis?* (a) Ne sim prolixior: Relege supra pro I. Præconio num. 406. & 449. meam congruere leges doctrinæ Petavii: de II. nihil in meo libello: Pro III. & IV. n. 406. pro V. cap. 3. hujus 2. Partis: pro omnibus universim hanc 2. Part. & cap. 22. Libelli.

765. Unum hic nequeo præterire insigne monimentum ingenuitatis tuæ, dum nimium urges Raynaudi pietatem, adversus me, erga Deiparam Virginem. Hæc tua sunt num. 25. „ In Dyptichis Part. 2. punct. „ 10. num. 14. *Sententiam satis piam* esse fatetur, asserentium, omne pla„ ne bonum impetrari, & conferri, a nobis per Mariam." Vera quidem scribis, dilectiss. in Christo Frater. Verum, qui legisti tria verbula *Sententiam satis piam*, nulla tibi subiit prurigo, legere sequentia? Debuisses: vidisses certe, quibus validissimis rationibus suffulciret Raynaudus opinionem eam, quam nominat *satis piam*. Quæso nunc: accipe sequentia a me. „ Hæc sententia est satis pia. Ab ea tamen dissentit Ruiz disp. „ 58. de Prædestin. sect. 2. *Nec sane video*, ubi illud actuale meritum con„ gruum Deiparæ, vel *impetratio respectu omnium Donorum*, quæ nobis a „ Deo obtingunt, *fundari satis possit*. Nam quod Patres videntur inter„ dum id dicere; cum docent, omnia nobis bona per Virginem obtin„ gere, facile exponitur de *causalitate mediata*, nempe *ratione Christi*,

(a) Lib. 1. op. imp. n. 58.

„ quem produxit. " Idem docuit in Glossario ipsis Dyptichis posteriore (*a*) Ut in me irruas, eam producis Raynaudi *Sententiam satis piam*: cur taces, quod una mihi, ipsique sit opinio? Modo tantillum siste. Igitur Raynaudus, tam pius in Virginem, *genuinum fregit in hoc Virginis præconio?* (*b*) Igitur Raynaudus Correformator erit Pritanio? Hæc serio perpende. Et poteras certe hoc Caput alto tumulare silentio: jam quippe vidisti, supra memoratos Auctores a me advocatos esse & apposite & vere. *Si autem me solum tali aspergis opprobrio* Reformationis: *quod sentiunt, sentio: quod tenent, teneo: quod prædicant, prædico. Quis te non videat, in me apertum jactare convicium; de illis occultum quidem, sed tamen simile habere judicium.* (*c*)

CAPUT XVII.

Singularem in Deiparam Christianorum Devotionem cum ipsa Christi Ecclesia natam, & adultam esse.

PRITANIUS.

766. QUæ hic refrigis num. 1. & ult. de Godello, a me laudato, & ad nauseam usque: in cineres jam abierunt. (*d*) Unice adversus Novatores agis; ut resumptis viribus, validius tertia Parte adoriaris Pritanium; in eum impetas, irruas, & si quid pejus. Nihili duco conatus tuos. Scopulus fui, & ero, sed adamantinus, in quem allisi, & collisi tumentes fluctus calumniarum, abierunt in spumas, & abibunt. Semper ipsis superior, percuti, repercuti poterit; concuti nunquam; multo minus frangi, & ex nimium alte fixis radicibus exscindi, & demergi in profundum. Cave tamen, ne Novatores sicut Pritanium excipias: cave certe ab eis: haudquaquam semper Redivivos Pritanios inveneris. Invadis me, aggrederis, niteris infamare, calumniis proscindere, opprimere, absumere: & Redivivus ex Naturæ lege tuetur se, quin ullum cogitaverit tibi malum inferre. Durius, quod adversus te protuli, calumniæ nomen est tuis assertis. Non id ægre feras, qui me coegisti, justa exigente defensione. Cæterum tam rotundæ sunt calumniæ tuæ, tam crassæ, tam patentes; ut vel cæcus viderit, si instituat comparationem tua inter ac mea. Calumniæ, inquam (quod & initio scripsi: moderationem imitare) quæ tibi sint *mentis*, haudquaquam *Cordis*. Neque enim ullo pacto credendum est, te eam proscriptam Thesim (*e*) sectari voluisse: *Quid ni nonnisi veniale sit, detrahentis auctoritatem magnam, sibi noxiam, falso crimine elidere?* Id, inquam, nullo pacto credendum est: nunquam enim in te peccavi, aut in Societatem; ut ex auctoritate mea aliquid patereris, aut pate-

(*a*) Vid. sup. num. 519. (*b*) Tua sunt cap. 5. hujus Part. num. 1. adversus me, qua eam cum Raynauds opinionem docuerim cap. 22. pag. 317. Vid. sup. cap. 5. (*c*) Lib. 1. cont. Jul. c. 7. n. 34. (*d*) Vid. sup. a n. 429. (*e*) 43. ab Innoc. XI.

pateretur illa. Num peccaſſe me, aliquis dicet, contra tuam pietatem erga Virginem Matrem, quod Sanguinarium votum oppugnarim, ut proinde obſequium reputaveris te præſtare Virgini Deiparæ, ſi doctrinam ſanam] libelli Della Regolata Divozione infamaveris falſo crimine; hoc enim pacto nullius momenti habenda eſſet contra memoratum votum doctrina? Abſit omnino; ut exiſtimetur, eo deveniſſe non, inquam, Religioſus Sacerdos, ſed & quivis homo fidelis, quod ex Pietate in Virginem Matrem impius non curet eſſe in Filium Deum. Annon impium mendacium eſt, ſanam doctrinam infamare ceu impiam? Et quænam, quæſo, pietas iſthæc in Matrem, quæ paretur ipſi ex mendacio (detur: ſit Veniale) quod ſemper Filii ſui offenſa eſt, ſummæque diſplicet Veritati? Certiſſime igitur haud tibi cordi ſtetit, calumniari Pritanium; ſed præjudiciis preſſus adverſus me ex ſanguinario voto oppugnato, legens libellum meum, tot viſum tibi eſt videre errores in ſeptem poſtremis Capitibus, quot neutiquam legantur in centum peſtilentibus libris. Hinc factum, ut pluries in hac mea Parenætica legas, calumnias tuas referendo: *Ut apparet*. Nempe indico, te videri quidem Calumniatorem, reapſe tamen noluiſſe deliberatas in me calumnias ejaculari. *Certe propoſueras plene diſcutere* libellum meum: *& intentos nos multum feceras; ſed ſcilicet, quod tibi facillimum eſt, quam cito te ad maledicta vertiſti. Hoc revera copioſe facis. Proponis enim tibi, quos vis: in quos inveharis, quantum vis: in qua magna ſermonis latitudine uno breviſſimo verbo, quod dicitur* PROBA, *in arctiſſimas coarctaris anguſtias.* (a)

FINIS SECUNDÆ PARTIS.

P. PLAZ-

(a) Lib. 2. cont. litter. Petilian. c. 33. n. 78.

P. PLAZZA
PARS TERTIA.

Christianorum in Dei Genitricis, Sanctorumque Festa, Imagines, Reliquias, propensa Devotio, a præpostera cujusdam Scriptoris Reformatione vindicata, simul & illustrata.

CAPUT I.

Deiparæ, Sanctorumque Festa a primis Ecclesiæ Sæculis celebrari consuevisse.

PRITANIUS.

767. AD postremam tuorum Scrupulorum Partem pervenimus. Quid mihi infamando profeceris, malo tuo expertus es, & experieris. Omnes hic tuos nervos intende: validissimas exere vires: scrupuli ad summum usque incalescant. Risi, & rideo conatus tuos, & æstus: venenata jacula, quæ in me credidisti intorquere, in caput tuum reciderunt. Crassæ molis librum scribis adversus me: Sed *nihil dicis, & tamen dicis: & dicis; quoniam rectum non potes invenire, quod dicas.* (a)

768. Ordiris Caput: „ Instituit Pritanius peculiare Caput (b) de Festis, „ & de Devotione ipsis debita. Sed pauca admodum de hac Devotione „ præfatus, acri studio totus est in improbanda multiplicitate Festorum „ suadendaque diminutione; vel etiam, si superis placet, abolitione.

769. *Conviciare, quantum potes: quis enim conviciosus hoc non potest?* (c) Si legis-

(a) Libro 12. oper. imperfect. numero 188. (b) Cap. 21. pag. 285. (c) Lib. 1. op. imperf. num. 11.

legiſſes meum libellum, *nequaquam tam invidioſam quæreres* Pritanio *hac occaſione calumniam*. (*a*) Igitur ego, adamantina fronte te ſcribente, *totus ſum in ſuadenda etiam abolitione Feſtorum?* Nunc percipio, quid ſibi voluerit tuus ille Concellita, qui Neapoli dixit (num vulgarit, ignoro) in mei libelli ſeptem poſtremis Capitibus quatuor hæreſes contineri, quarum una ſit forte, quod *ſuadeam abolitionem Feſtorum. Numquid ut habeas cauſſam bonam, conviciando facturus es?* (*b*) Te miſerum, ſi mea non percipias! Te miſerrimum, ſi percipiens hæc ſcribas! Uſqueadeone tui te ſcrupuli a te alienum reddiderunt; ut, quem longæva ætate pluribus (plaudente Europa) Operibus, plurimiſque publica luce emiſſis, nulla unquam vel levis ſuſpicio aſperſerit falſi Dogmatis, Tu, Tu, inquam, Sacerdos, & in ſanctiſſima Religione ad ſenectam uſque innutritus, impiis, ſceleſtiſque accenſeas Feſtorum Everſoribus? *Videres, ſi oculos haberes: & taceres, ſi frontem haberes*. (*c*) Quid hoc? Tu in Sicilia, edito craſſo Opere, tuus Concellita pluries, uſque ad nauſeam ex ſuggeſto Neapoli declamantes adverſus me, nihil profeciſtis apud cordatos omnes; qui doctrinam, Pietatemve Libelli mei & magni faciunt, & amplectuntur. Furibundi impetus veſtri ad inexpugnabilem Fidei Arcem pervenerunt, Romam uſque: & tamen Roma tacet: & tamen Machinam conterere mei libelli nodum cogitavit: & hæreſes meas, vobis compertas, oculatiſſima ipſa non vidit, neque æternum videbit. Eja, P. Plazza: ſolve moras: momenta profer, *Probabilia* ſaltem; ſint tenuiter *Probabilia*, non curo. Evidentia quidem exigeret negotium momentoſum; cum de Proximi fama peragatur. Et cujus Proximi! Sed a Probabiliſta probabilia inquiro argumenta. Age P. conticeſcunt omnes, intentique ora tenent: ut te audiant docentem, quod Pritanius, quod Ludovicus Antonius Muratori, *abolitionem ſuadeat Feſtorum* in libello *della Regolata Divozione* Cap. 21.

770. Num. 2. ſcribis: „ Nolumus hac de re cum Pritanio contendere.
„ Legat, qui velit duos libros *de Feſtis Chriſtianorum*, quos adverſus No-
„ vatores egregie conſcripſit P. Jacobus Gretſerus. “

771. Quid hoc, R. P. Ubinam ſumus? Affingis *Viro erudito* (dicas: *Eruditiſſimo*) & *bono Orthodoxo* (*d*) intolerandum errorem, & millies protritum a Sede Petri, quod videlicet *Feſta ſuadeat aboleri*; & ais: *Nolumus hac de re cum Pritanio contendere?*... Velis, nolis, cogeris contendere; ut hoc pacto infames libellum meum; & ita *privatæ Fidelium Pietati opportune ſuccurras, cui decantata Reformatoris eruditio non parum obeſt*. (*e*) Cogeris contendere; ut tuæ conſulas exiſtimationi, & famæ. Cuncti Cives litterariæ Reipublicæ te, legentes, abſque ulla ratione *Muratorio* eum affingere errorem; incunctanter ſed nauſeabundi in hoc erumpent ſaltem Scitum mitiſſimum: *Plazza aut calumniatur; aut neſcit, quid loquatur*. O bone, millies in hoc tuo Opere mecum contendis *de umbra aſini*: & ubi res momentoſa exigit, refugis contentiones? Fateor quidem, optimum hic præteferre Oratorem: qui cauſſam tuam deſperatam præſentiens, ſimulas bene, te nolle contendere; cum non valeas.

772. Conquereris n. 1. quod *pauca admodum de Devotione Feſtis debita*, ... *præ-*

(*a*) Ibid. n. 16. (*b*) Ibid. n. 52. (*c*) Ibid. numer. 98. (*d*) Ut pluries nominas.
(*e*) Tua ſunt in Præfat. pag. xi.

præfatus sim. Quotquot ea sunt, certe rem conficiunt; ut si dixissem plura in re *quanto nota a i Cristiani* (*a*) verbosior fuissem non accuratior. Relege, quæ hic scripsi: fors contentus eris. A suoi interessi temporali e lavorieri sta applicata la maggior parte de i Secolari, ed anche di non pochi Ecclesiastici, per sei giorni della Settimana. La Legge stessa di Natura esigeva, che ci fosse un tempo determinato, in cui l'uomo persuaso, che ci è Dio, suo Greatore e Redentore, ed un'altra vita dopo la presente, rendesse il tributo presente a questo supremo Padrone; e pensasse daddovero al maggior interesse suo, che è quello dell' Anima immortale, destinata ad un eterno soggiorno nel Mondo di là. Perciò Iddio comandò, che fosse giorno di riposo ogni settimo dì della Settimana, chiamato perciò Sabbato. La Chiesa S. ha destinato per quel giorno la Domenica, colla giunta di altre Feste, che occorrono o Mobili, o Immobili frall'anno. L' intenzion di Dio e della Chiesa nell' istituzion delle Feste suddette, quanto è nota a i Cristiani piacesse a Dio, che fosse altrettanto fedelmente eseguita. Dovrebbono allora cessare, per quanto è possibile, i pensieri delle cose terrene, e i lavorieri, per presentarsi davanti a Dio, spezialmente nel Sacro Tempio, a riconoscere la sua Padronanza sopra di noi, ad adorare la sua Maesta, a ringraziarlo di tanti benefizj a noi compartiti, a pregarlo finalmente di nuovi. Altro obbligo non c'impone la Chiesa, se non di desistere nelle Feste di precetto dalle opere servili, e di ascoltare la S. Messa. Tuttavia abbiamo noi da contentarci di quel solo, che ci vien comandato, se ci sta veramente a cuore la vita dello Spirito nostro? Allora è tempo di accostarci con fervore a i Sacramenti, di assistere divotamente alla predica, a i divini Offizj, accompagnando col cuore le piissime funzioni della Chiesa, con portar poi seco a casa la consolazione di esser stati benedetti dal sempre benedetto nostro Redentore. Così sarà ben impiegato il giorno Festivo. Ma un grave abuso delle Feste sarà mai sempre quello di destinare quei sacri giorni a i balli, alle Commedie, a i giuochi, o ad altri simili, o troppo mondani, ed anche viziosi divertimenti. Poca cura certamente ha dell' Anima sua, chi nella vita breve dell' Uomo nè pur attende nelle poche Feste dell' anno al profitto della medesima: e niuna ne ha; chi anche le fa servire per offendere Dio. Et: (*b*) Si vuol ora aggiugnere, essere appunto da desiderare, che fossero meglio santificate le Feste tanto da i Poveri, quanto da i Ricchi. Bene sarà, che ci sia meno di Feste; più bene, se si potrà ottenere, che in quelle molte che resteranno, fatte tutte ad onor di Dio, tanti della Plebe, contenti al più di una Messa, non impieghino il resto del giorno in disonorar Dio nelle taverne, ne' giuochi illeciti, nelle impudicizie. Non già che si abbiano da vietare gli onesti divertimenti, terminate che siano le divote funzioni della Chiesa; ma sibben togliere, quanto si può, l'occasione e'l comodo de' Vizj e peccati, tanto più allora dispiacevoli a Dio, quanto più dovrebbe in quel tempo il Cristiano attendere alla Divozione, cioè al Culto di Dio, e al bene dell' Anima sua. Potrei qui rapportare ciò, che i SS. Leone il Grande, i due Gregorj Nazianzeno e Nisseno, e S. Eucherio ed al-

(*a*) Mea sunt cap. 11. pag. 286. (*b*) Ibid. pag. 310.

altri lasciarono scritto intorno alla vera maniera di santificar le Feste, conchiudendo essi, che se queste solamente si risolvono in tripudj ed ornamenti esteriori, senza che ne profitti la vita spirituale de' Fedeli, si converte in vanità l'uso santo delle medesime Feste.

773. Hic siste P. Plazza: Postulo te in quæstionem de infamia Pritanii. Cave, ne falsum testificeris; nimirum convinceris ad oculum. Si verum fatearis, immunitatem spondeo pœnarum. Responde: Doctrina isthæc superiori num. recitata, cujus est? *Pritanii*. Bene. Estne pia, vel impia; Catholica, an Acatholica? *Catholica, & pia*, Bene. Pritanius itaque, cujus est pia doctrina, & Catholica; Festa veneratur, quæ servanda dicit Pietate sanctissima. Igitur cui innixus momento, quo spiritu ductus, de eo scribis: *Acri studio totus est in suadenda abolitione Festorum;* eum proinde accensens Hæreticis Festorum eversoribus?

774. Repones: „ Certe ex superiori doctrina (*a*) Pritanius vere appa„ ret Fidelis; sed alia plura sunt in libello, quæ subscribentem indicant „ Festorum Osoribus. " Tolerandus es; indignus ex te, qui audiaris. Hæc plura, quæ in meo libello contineri ais, sunt ita dilucide impia, & hæretica, sicut doctrina superior est clare, & expresse pia, & Catholica? Cave, ne affirmaveris: *Si ullus in te humanus pudor est*, *conticesce*: (*b*) qui certe in Religioso, & Sacerdote non vulgaris credendus est. Cur igitur verba obscura (si quæ sint) per clara, & expressa non complanas, non intelligis? Quinimo *quid verba lucida caliginosis disputationibus obscurare conaris?* (*c*) Quid ais? *Si aliquid dicere non potes; tace, si potes: sed quod pejus est, nec hoc potes.*

775. Repones: *Acri studio totus est Pritanius in improbanda multiplicitate Festorum*. Sed, qui multiplicitatem improbat, approbat Festa, quorum dumtaxat aversatur multitudinem. Improbo quidem, sed neque solus, neque primus. Gran tempo è, che in cuore di assaissime non men pie, che saggie persone, bolle questo desiderio. (*d*) Improbo post Petrum Alliacensem Tract. *de Reformat. Eccles.* Constantiensi Concilio oblato an. 1415. (*e*) post Synodum Trevirensem, an. 1549. cujus hæc verba: „ Operæ „ pretium visum est nobis, *Festorum numerum contrahere*; quo & effrænes „ coerceantur, & aliquid detur necessitati Pauperum. " Alias plures Synodos lege apud Natalem Alexand. (*f*) Improbo post Summ. Pontifices Urbanum VIII. de quo nunc laud. Natalis: „ Urbanus VIII. Constitu„ tione data an. 1642. Festorum numerum, qui nimium excreverat, *ad* „ *plurimorum Episcoporum* per varias regiones constitutorum relationem „ imminuit: " post Benedict. XIII. & XIV. qui omnes *facto* improbarunt multiplicitatem Festorum: & postremus feliciter regnans, doctrina etiam gravissima, & momentosa impetiit eam; quive in Neapolitano Regno ad viginti quinque Festa imminuit.

776. Equidem prolixius ago adversus multiplicitatem Festorum, qui Pauperum caussam ago, sed & sanctitatis Festorum, & multo amplius Dei. Cum plurima Festa sunt, quot Pauperes, ut vivant, ex prava con-

Pp scien-

(*a*) Num. 772. (*b*) Lib. 2. oper. imperfect. num. 9. (*c*) Lib. 1. oper. imperf. num. 87. (*d*) Ut scribo pag. 387. (*e*) Quem laudo pag. 307. (*f*) In sua Dogmat. Theol. lib. 4. de Decalog. 2. 6. Regula 4.

ſcientia, Feſti violant ſanctitatem? En aliorum offendicula: en plura ſcelera. Si pii Pauperes velint a ſervilibus feriari; poſtmodum, inopia perurgente, qua nequeant familiæ ſuæ providere; quot exinde occaſiones pullulant peccatorum? Ad furta homines pertrahuntur: Puellæ ſtipem mendicare oſtiatim, & in viis; quarum, præſertim ſi venuſta ſit facies, omnes norunt, quo pudicitia perveniat. Vides, ob quæ momenta plura ad rem ſcribam? (*a*) Adtende item, quibus mihi ſermo ſit. Ma avendo per ſua umiltà (Benedictus XIV.) voluto anche intendere ſopra di ciò il ſentimento de' Veſcovi d'Italia, ſi è trovato in fine, che *molti di loro* bramerebbero sì fatta Riforma (Feſtorum) ed altri eſſere di differente, anzi contrario parere. Hos humiliter perſuaſurus, plura ſcripſi; ut, ſi quæ ſint Feſta numeroſa, imminui ſatagant in paupertatis neceſſarium ſubſidium, & multo amplius in Dei honorem, necnon Feſtorum; & caveatur impoſterum a majori incremento iſtorum. Qui tamen improbo pluralitatem, expreſſe profiteor: Nel loro vigore han ſempre da reſtare le Domeniche tutte dell'anno, e quelle de i Miſterj della Redenzione, e le principali della Madre di Dio, e de' primarj Apoſtoli, e del Patrono, liberando poi l'altre di precetto, e laſciandole libere alla ſpontanea Divozione de' Fedeli. Num hæc docent Feſtorum Oſores? Utinam. Vides jam meam doctrinam, quam ſana ſit, ubique ſemperque conſtans.

777. Si alia tibi non ſuppetunt, quibus oſtendas, Pritanium ſuadere abolitionem Feſtorum, cauſſa omnino cecidiſti. At te nimis hilarem video. Peſſimum mihi omen: clariſſima præ manibus tibi erunt argumenta, quibus me ſuadentem, tuto ſcribas, abolitionem Feſtorum. Eja, feſtinanter age: *quid diſputationis aggrediare, videamus.* (*c*) *Nam tua me non terret velut lingua cenſoris.* (*d*) De me ſcribis (*e*): „ Sed non poteſt non „ diſplicere, quod Vir Orthodoxus, cæteroqui eruditus, illa eadem argu„ menta recudat, & Vulgo Fidelium proponat, quibus Etherodoxi vete„ res, & recentes, omnia Feſta, eorumque ſtrictam obligationem exter„ minare conati ſunt, dicentes in corde ſuo: *Quieſcere faciamus omnes dies* „ *feſtos Dei a terra.* (*f*) Etenim legimus apud Ven. Card. Bellarminum, „ quod Petrobruſiani tempore S. Bernardi, Valdenſes, & Vicclefiſtæ, „ omnia Feſta tollebant. " Et en Pritanium Petrobruſianum, Valdenſem, Vicclefiſtam (in hac ratione Feſtorum) quinimo & Lutheranum, & Calviniſtam. Demitto nunc vela adverſus te: nimis enim proſpero vento, validoque præſentio, te navigare. Dic, precor, amice, & cariſſ. Plazza: ſuppetunt tibi apta momenta, quibus ſaltem non protervis oſtendas, quod hujuſcemodi Hæreticorum argumenta adhibuerim? Ex tuo hic ſcribendi modo, quo me accenſes Hæreticis Feſtorum everſoribus: *Pritanius*, ais, *acri ſtudio totus eſt in ſuadenda abolitione Feſtorum*, certe ſentio, tua adverſus me inſuperabilia eſſe argumenta. Me miſerum! Te Beatum! Sed vide ſaltem, quod ſano corde ſcripſerim; nam meum errorem (imaginarium) tibi aperienti, gratulor; collætor tecum epinicia canens: Eugé, eugepe, R. P. *Dicite io Pæan, & io bis dicite Pæan.* Papæ! quam ſubtiliter! quam nervoſe! quam profunde cogitas, ratiocinaris, quam glo-

(*a*) Relege cap. 2. mei libelli a pag. 289. (*b*) Pag. 307. (*c*) Lib. 5. cont. Julian. cap. 2. num. 5. (*d*) Lib. 3. cont. Julian. cap. 21. num. 43. (*e*) Cap. ſequenti n. 5. (*f*) Pſal. 73. 8.

gloriose agis trophæa de infamato Pritanio, videlicet de celeberrimo, sed olim, non modo, Ludovico Ant. Muratori! Precor: si aliud vulgareris Opus, noli amplius in fronte scribere: „ Auctore Benedicto Plazza *Syra-* „ *cusano* " sed scribe: *Mutinensi*, nempe debetur tibi agnomen hoc ob debellatum, infamatumve Muratorium *Mutinensem*; quemadmodum Romanis mos erat, ex debellata Regione agnomen dare victoribus Ducibus, ut *Scipio Africanus &c.* Hoc solum certe æternum tibi pariet nomen in litteraria Republica (num Famæ, vel Infamiæ, videbis). Cariss. P. *frustra te versas, & reversas* (*a*) Consideremus tua, quibus niteris comprobare, eadem a me adhiberi argumenta in hac materia Festorum, quibus usi sunt Petrobrusiani, Valdenses &c. Si id vere monstraveris, evidens erit consecutio, quod unus eorum ego sim. Neque hic ex ignorantia possum ab errore excusari. Profecto Pritanium nemo credet adeo plumbeum; ut intelligere nequiverit istorum argumenta, tam manifeste falsa; ut vel in Theologia novitius incapax sit tantæ ignorantiæ. Quinimo & tu *virum* me dicis *eruditum*, & *Orthodoxum* (pessime nominas *Orthodoxum*, qui *acri studio totus est*, ut ais, *in suadenda abolitione Festorum*; quod certe *Etherodoxi* est) Tua isthæc argumenta haudquaquam producis in præsenti Capite, sed sequenti a num. 6. Hic vero excutienda sunt, ubi aperte & apertum mihi affingis errorem.

778. Argumentum I. „ Petrobrusiani .... Valdenses, & Vicclefistæ omnia Festa tollebant, *tanquam si festi dies ad cæremonias Judæorum solum* „ *pertinerent*. (*b*) En quod ajebat Pritanius de continentia in parte cæ- „ remoniali Judaismi. "

779. Ubinam eadem scripsi? Indigita Librum, Caput, Paginam. In tuo cerebro invenies, non in Pritanio: Nonne Cap. XVI. ut vidisti, & Festos dies admitto; & qua pietate transigendi sint, doceo? Non itaque hos dies ad Judaicas cæremonias amandavi. Quinimo & fateor, nedum Ecclesiæ lege, sed Naturæ, compelli nos, ut unus aliquotiens sit dies Festivus. Ritennero dunque gli Apostoli (*c*) ciò, che *è di Legge di Natura*, dovendoci essere qualche determinato tempo, per adorar Dio, offerirgli i nostri affetti, spezialmente nel Sacrifizio, e pregarlo di grazie. E però stabilirono per Feste tutte le Domeniche dell' Anno a cagion della Santità di quel giorno, in cui cadde la Risurrezion del Signore; siccome ancora la Pencoste, ed alcun altro giorno, in cui si celebrano i Misterj principali della nostra Redenzione. Pag. 303. Festa admitto, che si hanno da osservare *indispensabilmente*. Pag. 307. Nel loro vigore han sempre da restare le Domeniche tutte dell' Anno, e quelle de' Misterj della Redenzione, e le principali della Madre di Dio, e del Patrono, liberando l' altre poi di precetto, e lasciandole libere alla spontanea Divozion de' Fedeli. *Usque adeone surdus es, ut ista non audias? Usque adeo cæcus, ut ista non videas?* (*d*) Suntne voces istæ Valdensium, Vicclefistarum &c? Annon vides, ne latum unguem recedere me a sanctissima disciplina Benedicti XIV. potissimum in Neapolitano Regno, & concupita, & promulgata, in Hetruria item, & in aliis Regnis?

 780.

(*a*) Lib. 2. op. imp. n. 196. (*b*) Apud Bellarm. Controv. 4. generali de Ecclesia triumphanti l. 3. de Cultu Sanct. c. 10. (*c*) Cap. 21. pag. 302. (*d*) Lib. 2. op. imp. n. 222.

780. Utinam saperes. Sed inquis: „ En quod ajebat Pritanius de continentia in parte Cæremoniali Judaismi. " (a) En ubi Plazza *calumniatur; aut nescit, quid loquatur*. Melius: En uti Plazza, suimet oblitus, pugnantia sibi, mihi vindicias scribit. Modo dicta num. 6. profers, sed dixeras num. 1. de me: „ De quovis die festo, etiam Dominico, Reformator ait: (b) Nè ben sappiamo, se sotto precetto ne' tre primi secoli cadesse *l'astenersi affatto dalle opere servili*. Idque probat: Giacchè questo era compreso nella parte cerimoniale del Giudaismo, che restò abolita nel Cristianesimo. " O millies bone: Tumet scribis rotunde, & vere, quod asseram, che era compreso nella parte Cerimoniale del Giudaismo *l'astenersi affatto dalle opere servili e sotto precetto*. Qua igitur veritate num. 6. scribis, quod similia loquar cum Hæreticis, videlicet: ch'eran compresi nella parte Cerimoniale del Giudaismo *i giorni festivi*, ut ipsi ajebant: *Tanquam si festi dies ad cæremonias Judæorum solum pertinerent?* Aliud quippe est, longeque diversum, che nella parte Cerimoniale del Giudaismo era compreso *l'astenersi affatto e sotto precetto delle opere servili*, quod est verissimum, meque num. 1. in hoc sensu scribentem producis. Aliud, che nella parte Cerimoniale del Giudaismo *Dies festi comprehenderentur*, quod Hæreticorum est; ex quo colligunt, cum Judaicis Cæremoniis abolita esse omnia Festa in nova Lege: meque num. 6. ita scribentem effutis. Plazza! Quousque abuteris patientia Legentium? Plazza! Quousque te non puduerit, tam truces calumnias, tam atroces, optimo Viro, sapientissimo Viro, Catholico Sacerdoti, in sinu Ecclesiæ Matris defuncto affingere; quem infamas violatæ Fidei in bona senectute? *Posses saltem tacere*.

781. II. Argumentum. „ Argumenta eorum erant quædam Pauli testimonia, illud præsertim a Pritanio citatum: *Nemo ergo vos judicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut Sabbatorum*. " (c)

782. *Tu autem, qui nesciens, quid loquaris, objicis mihi*. (d) Scis, quodnam sit tuum ratiocinium, supra quod hæc tua struis argumenta? Adtende. „ Pritanius adhibet Apostoli auctoritatem, & S. Augustini, quas Festorum Eversores adhibuerunt. Igitur Pritanius in eorumdem errore versatur. " Subsume, Cariss. P. subsume. „ Sed SS. Patres plurima Scripturarum loca laudarunt, similiter laudata ab Hæreticis... Igitur SS. Patres istorum docuerunt errores. " Num ratiocinium erit in *Barbara?* Si directo itinere progredi voluisses; debuisses ostendere, in eumdem scopum Hæreticos collineare, ac Pritanium, auctoritates eas laudando. Fors ex præjudiciis non advertisti: fors sensisti non difficilem, sed impossibilem Spartam. Tu videris. Adtende tamen Redivivo Pritanio, quam dilucide, quam plane, calumnias tuas aperiat, & aperiendo disperdat.

783. Quo tendebant Hæretici, illud Apostoli proferentes: *Nemo vos judicet &c.*? Nempe Apostolum intelligebant reprobantem, non tantum Festa Judaica (quod verum est) sed omnia prorsus: seu credebant Apostolum

(a) Cap. 2. num. 6. (b) Cap. 21. pag. 302. (c) Coloss. cap. 2. 16. (d) Lib. 6. op. imp. num.

lum dies festos aversantem, ut festi sunt. Hinc colligebant, nulla esse in Evangelica lege Festa servanda. Inquiramus modo, quinam mihi fuerit scopus in producendis Apostoli verbis. En mea (*a*) Ghe in oltre le troppe feste fossero allora riformate, l' abbiam dall' Apostolo, il quale scrive: *Nemo vos &c.* I. Eo loci de Cæremoniis Judæorum ago, necnon de Festis: de illis pronuntio: E che queste pesanti Cerimonie dell' antica Legge fossero abolite dalla nuova, più chiaramente si raccoglie dalla parlata di S. Pietro (*b*) il quale protestò, non doversi imporre a i Cristiani il Giudaico *giogo, che nè i nostri Padri, nè noi abbiam potuto portare*. Prosequor de Festis Judæorum. Che in oltre le troppe Feste fossero riformate, ab Apostolis in nova Lege, l' abbiam dall' Apostolo ec. ut sentias, de solis Judæorum Festis me hic sermonem habere, quemadmodum & de Cæremoniis eorum. Quinimo perpende diversum scribendi modum: de Cæremoniis universim loquor: *che fossero abolite dalla nuova Legge*; de Festis autem non ita, sed che *le troppe Feste* fossero riformate; plura enim ex eis, quæ apud Judæos erant, & in nova Lege servantur; ut semel in hebdomada unus dies, eis Sabbatum, Dominicus nobis. Hinc advertas, precor, multitudinem Festorum me asserere reformatam, haudquaquam vero dies festos abolitos. II. Nonnisi per apertam calumniam mihi affingere valebis, quod Apostolum intelligam omnia prorsus Festa reprobantem; cum pagina sequenti 302. expresserim, ab ipsis Apostolis plura fuisse ordinata Festa de præcepto. Ritennero dunque gli Apostoli ciò, che è di Legge di Natura, dovendoci esser qualche determinato tempo, per adorar Dio ... E però stabilirono per Feste tutte le Domeniche dell' anno, siccome ancora la Pentecoste ec. Qui igitur in laudando Apostolo alio prorsus itinere gradimur ego, & Hæretici; annon vides, quod *quid dicas, penitus non habebis*? (*c*)

784. Num. 61. ejusdem tui Cap. 2. scribis: „ Ad illud Apostoli testi„ monium Coloss. 2. *Nemo vos judicet &c.* Respondemus cum Augustino „ (*d*) *Hoc propter Judaismum dictum*, idest, Paulum loqui de Judaicis tan„ tum jejuniis, & festis, quæ non reformare in Christianis (ut ait Pri„ tanius) sed abolere satagebat Apostolus. "

785. Frustra tempus insumis: hoc etiam pacto intelligo Apostolum, ut liquet ex modo dictis. Verum, ut capias, adtende, quam magis proprie loquar, asserens: *Riformate* le Feste ab Apostolis, præ te scribente: „ *Abolere* satagebat Apostolus. " Ab initio mundi ad finem usque una fuit, est, eritque Ecclesia, idest, Congregatio Fidelium uni Deo vero servientium: hoc discrimine quod illa *Vetus* expectabat, nova suum habet Redemptorem. Hinc merito Gregorius M. (*e*) „ Qui habet Vineam, „ universalem scilicet Ecclesiam, quæ ab Abel justo usque ad ultimum „ electum, qui in fine mundi nasciturus est, quot Sanctos protulit, tot „ palmites misit. " Et Augustinus: (*f*) „ Antiqua est Civitas Dei, de „ qua in Psalmo: *Gloriosa dicta sunt de te, Civitas Dei*. Hæc Civitas ini„ tium habet ab ipso Abel, sicut mala Civitas a Cain. " In hac igitur

Dei

(*a*) Cap. 21. pag. 301. (*b*) Act. Apost. cap. 15. vers. 10. (*c*) Lib. 2. oper. imperf. num. 223. (*d*) Epist. 59. ad Paulinum ad quæst. 7. (*e*) Homil. 19. in Evang. post initium. (*f*) In Psal. 142. n. 3.

Dei Ecclesia, haud quidem *abolebant* absolute Festa, sed *reformabant* Apostoli. Profecto enim plurima, quæ servabantur in Veteri, tollebant, ut neomenias &c. quædam vero retinebant, ut unam diem pro quavis hebdomada, quæ Judæis Sabbatum erat, nobis dies Dominica. (hoc quippe proprie est *Reformare*, ut sublatis aliis, alia supersint) Et ea propter scripsi: (*a*) Ritennero dunque gli Apostoli ciò, che è di Legge di Natura... E però stabilirono per feste tutte le Domeniche dell'anno ec. Hæc autem Reformatio certissime in Ecclesia Dei pro Christianis facta est, qui Apostolis parebant, non autem pro Judæis, infensis Christi inimicis; & ut liquet ex Apostolo, a me laudato, ad Christifideles scribente. Uter nostrum magis *proprie*, tu *absolute* dicens *abolita* Festa ab Apostolis, an ego scribens *Reformata?* Non igitur habes, quod juste corrodas in illis meis: Che in oltre le troppe Feste fossero allora riformate ec.

786. Nil certe mali, sed & plurimum boni: quod si intelligere potueris, præsentes scrupuli tui etiam habent, quo suffodiantur ex imo. Me in judicium trahis, quod ea producam Apostoli: *Nemo vos judicet &c.* quæ & protulerunt eversores Festorum: fit inde consequens, quod in eumdem scopum tendamus. Verum quid inquies, si ubi Apostolum laudo, ibidem dies festos admittam? En iterum mea: Che in oltre le troppe Feste fossero allora riformate, l'abbiam dall' Apostolo ec. Dic sodes: Estne tibi ullum discrimen inter absolute *Abolere*, ac *Reformare?* Et quidem maximum. Indicat primum *Annullare*, *distruggere*, omnia videlicet tollere: Significat alterum, quod eorum, quæ in Reformationem veniunt, quædam remaneant, quædam auferantur. Discrimen istud omnium consensu probatum apparet; ut vel ipse Novator Lutherus Reformator nominari amaverit; non enim omnia sustulit veræ Fidei dogmata (secus dicendus esset, non Reformator Fidei, sed subversor, & Auctor novæ) sed alia delevit, quibusdam retentis. Qui igitur scripsi: Le Feste riformate, quædam ibidem supposui, & admittebam. Quinimo ante hæc mea immediate scribo: E che queste pesanti Cerimonie dell' antica Legge fossero *abolite* dalla nuova, più chiaramente si raccoglie dalla parlata di San Pietro. Annon advertis hoc meum in scribendo discrimen, quo de Cæremoniis dico: *Abolite*, de Festis: *Riformate?* Nimirum quia omnes sublatæ sunt Cæremoniæ Veteris Ecclesiæ a nova Lege, scribendum fuit: *Abolite*; at quoniam quædam Festa ritennero gli Apostoli, quæ jam erant in Ecclesia eadem, aliis sublatis, scribendum pariter fuit: *Riformate*.

787. III. „ Addebant (*Hæretici*) ex Patribus, & maxime ex Augustino, (quem laudat Pritanius) rationem; quia Sabbatum, *quod mandatum fuerat Judæis carnaliter observandum*; *nimirum ut abstinerent ab operibus servilibus, nobis mandatum est spiritualiter; ut scilicet vacemus a peccatis, quæ sunt opera vere servilia.*

788. Utinam, ut ego, Eversores Festorum Augustinum laudassent. (*b*) Adtende mea (*c*) Non apparisce, che ne' primi tempi altre Feste, che queste fossero istituite di precetto. Jam plurima admitto. Feste di precetto, tutte le Domeniche dell'anno ec. Nè ben sappiamo, se *sotto precetto* ne' tre primi secoli cadesse l'astenersi *affatto* dalle opere servili... Io non osc.

(*a*) Pag. seq. 302. (*b*) De quo cap. seq. copiosius. (*c*) Pag. 302.

vserei ricavar alcun lume su di questo da due passi di S. Agostino. Nempe, se sotto precetto ne' tre primi secoli cadesse l'astenersi affatto dall'Opere servili in tutte le Domeniche dell'anno ec. In hoc solum anceps hærebam, & Augustinum advocavi, num dubium posset ex ejus auctoritate dissolvi. Certe via gradimur longe diversa, ego, & memorati Etherodoxi. Hi nimirum, ut rationem Festi, tanquam Veteris Testamenti propriam exterminarent omnem a Novo: ego, retentis in nova Lege festis diebus, inquiro: Num in hisce feriandum pariter esset a servilibus, ut in Veteri agebatur.

789. Num. 7. Scribis: „ Lutherani vero, & Calvinistæ dies festos ita „ admittunt, perinde ac non admitterent: docentque determinationem „ dierum festorum per se non obligare Christianos in conscientia. Istud „ probant Centuriatores; quia *Festorum observatio in primitiva Ecclesia ha-* „ *bebatur res indifferens, & media*, hoc est, nec vetita, nec præcepta." Hæc certe de me scribere nequiveris, qui expresse in primitiva Ecclesia admisi Feste *di precetto* tutte le Domeniche dell'anno, Pentecoste, ec.

790. IV. „ Addit Hospinianus Calvinista, *primum fuisse Constantinum*, „ *qui observationem Dominicæ diei, lege lata præceperit*. Quod tamen non eve- „ nit, nisi post tria prima sæcula, de quibus ait Pritanius: *Non apparisce* „ *ec.*" Falleris. En mea, quæ subintelligis (*a*) Nè ben sappiamo, se sotto precetto ne' tre primi secoli cadesse l' astenersi affatto dalle opere servili.

791. Præsto mihi non est Hospinianus; ut, quid sibi voluerit, innotescat. Quantum conjicere datur: Videtur asserere, primum fuisse Constantinum, qui Dominicam diem statuerit Festum de præcepto. Si ita sit: Quid mihi, & illi commune est? Nihil penitus. Quinimo & adversor, qui ab Apostolis scripsi (*b*) Festa instituta *de præcepto* tutte le Domeniche dell' anno, & insuper la Pentecoste, ed alcun altro giorno, in cui si celebrano i Misterj della nostra Redenzione. Si autem intelligas ipsum, quod scripserit, primum fuisse Constantinum, qui lata lege edixerit, tota Dominica a servilibus feriandum; sit, ut lubet: nullum pariter hic mihi periculum. Dumtaxat aliqua me incessivit dubitatio: num tribus prioribus sæculis sotto precetto cadesse l' astenersi *affatto* dalle Opere servili. Tò *affatto* duo potest indicare, & per integram diem, & ab omni penitus opere, ut etiam accendere ignem, parare cibos &c. quod vetitum Judæis erat. Porro autem, nedum dubitare, sed utrumque affirmare; quod videlicet tunc vetitum minime Christianis esset, & ab omni penitus Opere feriari; & integra die Festi; id, inquam, affirmare, nil periculi est, nil erroris. Isthæc enim ad Cæremonias Judæorum pertinebant; ut merito scripserim (*c*) questo era compreso nella parte cerimoniale del Giudaismo, che restò abolita nel Cristianesimo. Hinc asserere, quod primitivæ Ecclesiæ adeo rigida minime esset a servilibus vacatio diebus Festis, ut erat Synagogæ, nulla hæresis sit, nullus error, nihilque mali. Tunc enim temporis, Festis sancte transigendis, sat omnino poterat esse, si a servilibus feriarent. Fideles pro ea parte diei, qua sanctitati Festorum incumbendum erat, videlicet Synaxi peragendæ, Verbo Dei audiendo &c. Nimirum, si in præsenti Ecclesiæ disci-

(*a*) Ex pag. 302. (*b*) Cap. 21. pag. 302. (*c*) Pag. 302.

disciplina, qua tota Festi die vacandum præcipitur, haud certe tenemur semper Deo vacare, sed & aliis possumus temporalibus negotiis, a sanctitate Festi non abhorrentibus: ita possemus (Ecclesiæ præcepto non urgente) servilia peragere pro quadam determinata parte diei. Cæterum de hoc copiosius Cap. sequenti a num. 915.

792. V. „ Heshusius autem idem probat; quia, *cum plura sint Festa* „ *Christianorum, quam Judæorum, intolerabilius erit jugum Christianorum,* „ *quam fuerit Judæorum; de quo tamen Petrus ait: Neque Patres nostri &c.* "

793. Ubinam gentium sumus? Percipis, producta a te, verba Heshusii? In festos dies non irruit, sed adversus pugnat multiplicitatem Festorum. *Cum plura sint Festa*, inquit &c. Si me igitur velis ceu Heshusii sectatorem damnare, quod improbarim numerum excrescentem Festorum: fac, ut libet: omnia tuis scrupulis licent; at culpandi simul erunt tot Sapientes Præsules, Summi Pontifices sup. laud. & ipse Benedictus XIV. regnans, qui in eumdem numerum & scripto, & facto insurrexit. Castigandus quidem Heshusius, qui nec vere, neque ad rem produxerit S. Petrum: Hic enim, cum dixit: (*a*) *Quod neque Patres nostri, neque nos portare potuimus*, haudquaquam de solis Festis agebat Judæorum. Etenim vers. 5. propositum Apostolis fuit: *Quia oportet circumcidi eos* (Gentiles) *præcipere quoque servare legem Moysi*. Quibus Apostolorum primus Petrus reposuit: *Quid tentatis Deum imponere jugum super cervices discipulorum, quod neque Patres nostri &c.* De cunctis igitur Judæorum cæremoniis agebatur. Falsissimum item; quod, etsi plura nobis essent Festa, præ Judæis, intolerabilius esset nobis jugum, præ illis. Profecto autem Christianorum Festa haudquaquam sarcina gravantur onerum pene importabilium, ut ea erant veteris Legis; de quibus scribo: (*b*) In esse Feste non solamente erano vietate le opere servili, ma financo lo stesso cucinar le vivande, e il viaggiar più di un miglio, con altri obblighi ec. Nostra, inquam, Festa potissimum interiori Pietate transiguntur; & exteriora onera adeo levia sunt; ut de eis etiam recte dicatur: *Jugum meum suave est, & onus meum leve.* (*c*) Si autem tibi cordi stetisset, vere me expugnare; potuisses libellum meum tantillum saltem evolvere. Vidisses certe, alio me prorsus collineare; præ Heshusio. Audi saltem mea, quæ legere noluisti; de omnibus enim Judæorum Cæremoniis sermonem habeo, nequaquam de solis Festis. (*d*) Ma il Figlio di Dio destinato a migliorare *sive quæ in terris, sive quæ in cœlis sunt* (*e*) parte aboli, parte mutò in meglio le *gravose Cerimonie del Giudaismo*, e rendè la sua Religione libera da tanti pesi... E che *queste pesanti Cerimonie* dell' antica Legge fossero *abolite* dalla nuova, più chiaramente si raccoglie *dalla parlata di S. Pietro ec.* (*f*) Num eadem caussa Pritanio, & Heshusio? Somniando poteris affirmare.

794. VI. „ Danæus Calvinista ait: *Rigidam cessationem ab Opere servili* „ *esse Judaicam, & veteris legis abolitæ partem*. Et Bellarmino arguenti, „ quod *jure divino præcipitur, ut sint aliqui dies festi*, respondet: *Jus divi-* „ *num cæremoniale præcipere, quod jam prorsus antiquatum est, & a Christo* „ *sublatum.* "

795.

(*a*) Act. Apost. c. 15. v. 10. (*b*) Pag. 300. (*c*) Matth. 11. 29. (*d*) Cap. 21. pag. 300. (*e*) Coloss. c. 1. 20. (*f*) Acta Apost. c. 15. 10.

795. Ex te duo dicit Danæus. *Rigidam cessationem ab opere &c.* Adtende Tω *Rigidam*, nempe, non solamente erano vietate le Opere servili, ma fin lo stesso cucinar le vivande, e il viaggiar più di un miglio, con altri obblighi, che non importa riferire. Num non erunt isthæc pars veteris abolitæ Legis, & antiquatæ per Christum? Certissime tu inficias ire nequiveris. Quod autem Bellarmino reponit, impium quidem est; at me patitur adversarium, non amicum. Millies supra replicatum est, quod plurima venerer Festa de præcepto, & ab Apostolis instituta, & a Rom. Pontificibus. Quinimo, qua pietate transigenda sint, pluribus & vere, & sancte doceo.

796. Modo verumne reputaveris, quod dormiens scripsisti: videlicet, quod *Pritanius acri studio totus sit in suadenda abolitione Festorum?* Apage millies crudelissimos scrupulos! Quid? Gravissimo Viro gravissimum probrum appingis; & tam perfunctorie, tam indiligenter, tam falso, illud aggrederis comprobandum? Annon promereris, qui pœnam subeas Talionis? Ne dubites: Apud Cordatos omnes, quam mihi infamiam inferre desideras, recidet in caput tuum pondere graviori. „ Quidam ... intan- » tum existimationem nostram quoquo modo student lædere; *ut suam se* » *evertere nocendi cupiditate non videant*. Contexunt enim, & qualibus pos- » sunt sententiis, comprehendunt ineptissimarum quarumdam blasphemia- » rum prodigiosa mendacia; eaque ostendenda, & ingerenda multis pu- » blice, privatimque circumferunt. Sed qui paululum se ad legenda hæc » dignati fuerint occupare; evidenter agnoscunt, impiarum, profanarum- » que Opinionum *nullum cordibus nostris inhæsisse vestigium:* & blasphemias, » quas perspexerint, *nostra professione damnari.* " (*a*)

797. Progrediamur modo, scrupulos tuos extirpaturi, quos in hoc 1. Cap. manifestas. Scripseram (*b*): Ritennero dunque gli Apostoli ciò, che è di Legge di Natura, dovendoci esser qualche determinato tempo, per adorar Dio, offerirgli i nostri affetti, spezialmente nel Sagrifizio, e pregarlo di grazie. E però stabilirono per Feste tutte le Domeniche dell' anno a cagion della santità di quel giorno, in cui cadde la Risurrezion del Signore, come ancora la Pentecoste, ed alcun altro giorno, in cui si celebrano i Misterj principali della nostra Redenzione. In hæc, quæ sequuntur, offendis. *Non apparisce, che ne' primi tempi altre Feste che queste fossero istituite di precetto.*

798. Quid adversus hæc scrupuli tui moliantur, audiamus. Ais n. 4. » Adversus hæc Pritanii pronuntiata asserimus. I. Dei Genitricis, & » Sanctorum Martyrum Festa tribus etiam Ecclesiæ sæculis instituta fue- » runt, & celebrari solebant. "

799. Incassum fatigaris. Mea nunc laudata vel cursim a te lecta, vel scrupulis intervolantibus, nequaquam intelligere tibi datum est: a me ne graveris accipere dilucidam, obviamque expositionem. I. Firmiter minime profiteor, sed dubitabundus: *Non apparisce*, che ne' primi tempi altre Feste, che queste fossero istituite di precetto. *Ne' primi tempi* scribo, neutiquam vero *Ne' primi tre* secoli. Nimirum scribo de ævo Apostolico, de primo Ecclesiæ Sæculo; in quo vixerunt Apostoli, aut eorum unus;

(*a*) S. Prosper in Præfat. ad Respons. object. Vincenti. (*b*) Cap. 21. pag. 302.

Joannes enim ex Hieronymo mortuus est a Passione Christi anno LXVIII. quibus si addas XXXIII. Vitæ Christi, jam habes primum integrum sæculum. Et id quidem valebas advertere ex diverso loquendi modo intra quatuor lineas. Cum numerum inquiro Festorum de præcepto, scribo: *Ne' primi tempi*; cum aliud quæro: *Ne' primi tre secoli*. Profecto autem mihi idem non fuit: *Ne' primi tempi*, ac *ne' primi tre secoli*. Nimirum Festa considerabam, ab Apostolis ipsis statuta, de præcepto; ut liquet ex meis sup. laudatis n. 797. III. Dumtaxat inquiro de Festis sub præcepto, haudquidem de Festis more Ecclesiastico, in quibus agitur memoria Sanctorum in Missa, in officio. IV. De Festis non loquor particularium locorum.

800. Nunc consideres, quæso, assertum tuum nec tantillum Pritanium ferire; omnesque, quas plena manu consarcinas, auctoritates a n. 5. ad 32. quatuor hisce monitis facillime complanentur, ac vere: nisi quod quædam profers, quæ paginas impleant, & abs re omnino. Nullum quippe in hisce tuis testimonium est, quo evincere ullatenus queas, *che ne' primi tempi fossero istituite altre Feste di precetto* præter a me enumerata. Monstras dumtaxat, prioribus Sæculis Martyrum memoriam Ecclesiam peregisse. At num ea fuerint *sub præcepto*, id certe, nec fecisti, nec facies. Hinc vide, quam passim extra arenam insilias, nolens advertere, quid in Pritanio oppugnes. Monstras quidem, primis sæculis frequentes in Ecclesia fuisse Martyrum memorias; ut & in ipsis laudaretur Caput Martyrum Christus, & accenderentur Fideles ad consimiles palmas. Idipsum videtur innuere Cyprianus a te laudatus num. 14. „ Et dies, *ait*, „ Martyrum, quibus excedunt, adnotate; ut *commemorationes* inter me„ morias Martyrum celebrare possimus. (*a*)

801. Num. 5. testimonium advocas ex Constitutionibus Apostolicis (*b*) Sum. Pontifici S. Clementi adscriptis. At nosti, num tanto Martyri vere adscribendæ sint, vel prorsus abjudicandæ? Consule Baronium (*c*) Pagium (*d*) Natalem Alex. (*e*) Bellarminum scribentem (*f*) *Habentur in iisdem Constitutionibus alia non pauca, quæ abhorrent a veritate*. Petavium in notis ad S. Epiphanium de hæresi Rudianorum, & Christianum Lupum, adscribentem eas homini Ariano (*g*). Quo igitur jure has opponis Constitutiones, quæ genuinum opus sunt Deceptoris cujusdam, aut plurium a Fide aberrantium; & quas jam labente Sæculo VII. interpolatas ab hæreticis dixit Synodus Trullana? (*h*) Christianus Lupus laudatus scriptas dicit IV. Sæculo ab homine Ariano; at me quidem judice recentiores credo ætate Hieronymi. Qui enim fieri potuit, ut eruditissimum hunc latuerint Constitutiones illæ, Opus certe suapte natura diffamatissimum? aut enim credebantur S. Clementis fœtus; & hoc pacto, ratione tanti Auctoris, celeberrimæ prorsus erant in Ecclesia: aut suppositiæ habebantur tanto Auctori; & ita etiam, ratione solemnis deceptionis, vulgatissimæ erant apud Fideles. Hieronymus autem nullibi earum meminit; quod certe debuisset, sive abjudicando, sive adjudicando S. Clementi. De hisce infra Cap. 2.

802.

(*a*) Epist. 37. (*b*) Lib. 8. c 33. (*c*) Ad an. Christi 32. (*d*) An. 100. (*e*) In hist. Eccl. sæc. I. dissert. 19. (*f*) In de Scriptor. Eccles. (*g*) In scoliis ad Canon. 2. Trullanæ Synodi. (*h*) Can. II.

802. Num. 13. ſcribis : „ Ex ipſius etiam Thaumaturgi tribus ſermonibus Annuntiationis B. V. Mariæ ... eruimus ... cum Henſchenio, & Pabebrochio, „ ſolemniſſimum eo tempore fuiſſe Feſtum Annuntiationis. “

803. Verum Gregorius III. Sæculo ſcripſit. Quo igitur pacto ex eo adverſus me extundes, fuiſſe *ne' primi tempi* Feſtum Annuntiationis? Potuit quidem indicari II. Sæculo, vel initio III. Tu veriſſime loqueris; ſed qua parte Annuntiationis Feſtum Divini Verbi denotat Incarnationem; quod & affirmavi illis: *Ed alcun altro giorno, in cui ſi celebrano i Miſterj principali della noſtra Redenzione*. Idipſum intellexit Thaumaturgus, a te laudatus: (*a*) „ Cunctas quidem Feſtorum ſolemnitates .... decet nos Sacrificiorum inſtar offerre Deo: *Primum autem omnium Annuntiationem* SS. Dei „ Genitricis. “ Qui Annuntiationis Feſtum cæteris omnibus præfert, cum abſolute loquatur, nonniſi Feſtum Incarnationis poteſt intelligere; ſecus, quæ Chriſti ſunt, Mariæ Feſtis poſtponeret. Et hæc quidem, ſi laudati tres Sermones, ſeu Orationes ipſius ſint Thaumaturgi; *etenim eas veterum ſilentium ſuſpectæ fidei reddit*. Nec ſane mirum, ſi *Deiparæ præconiis hi ſermones referti ſint*, ut ais. Nimirum memoria Incarnationis Dominicæ a Virginis Matris encomio indivulſa omnino eſt. Sed ut omnes exuas ſcrupulos, quod Annuntiatio Virginis potiſſimum Verbi Incarnationem antiquitus ſignificaret, audi Canonem 1. Synodi Tolet. X. (*b*) „ Qua de „ re quoniam die, qua invenitur Angelus Virgini Verbi conceptum & „ nuntiaſſe Verbis, & indidiſſe miraculis. “ En Feſtum Annuntiationis. De hoc tamen infra habetur: „ Nam quod feſtum eſt Matris niſi Incar- „ natio Verbi? Cujus utique ita debet eſſe ſolenne, ſicut eſt & ejuſdem „ Nativitas Verbi. “

804. Scribis num. 32. „ Sæculo IX. multo plura fuerunt Feſta etiam „ Sanctorum, quam fuiſſe inſinuat Pritanius. (*c*) A qual ſegno poi ſia „ andato creſcendo a poco a poco il numero delle Feſte, non occorre „ qui rammentarlo. Solamente dirò, che nel ſecolo nono tre ſole Feſte „ degli Apoſtoli ſi celebravano, cioè quella de' SS. Apoſtoli Pietro, e „ Paolo, S. Giovanni, e S. Andrea, come coſta da i Capitolari di Car- „ lo M. e dal Concilio di Magonza dell' anno 813. “ quod autem plura fuerint Feſta de præcepto ſæc. IX. quam ſint a me indicata, ſubinde comprobas ex Nicolao I. (*d*)

805. Vere quidem, & ad rem ſcripſi: Solamente dirò, che nel ſecolo nono tre ſole Feſte degli Apoſtoli ec. innixus Caroli M. Capitularibus, necnon Conc. Moguntino, quæ nec plura enumerant quo ad Apoſtolos; cum poſt ad novem excreverint. Non igitur *vel falſo, vel ſubdole ſcribit Pritanius, ſæc. IX. tria dumtaxat extitiſſe Apoſtolorum Feſta, ut a ſuiſmet citationibus convincitur*, (*e*) ut ais. Id quidem ſcripſi; & vere innixus Capitularibus, & Moguntino. Non itaque ſubdole, vel falſo. Tu potius falſa loqueris, quod Pritanium aſſeras ſuiſmet citationibus convictum, quaſi falſo ea loca laudaſſem; ſed ad amuſſim eorum me ſcripſiſſe, inficiari nequibis. At inquis: Nicolaus I. plura exprimit, quam tria, Feſta Apoſtolorum. Quid inde? Sua ad Bulgaros *reſponſa* dedit anno 866. loca

 ve-

(*a*) Serm. 2. (*b*) Anno 656. (*c*) Pag. 305. cap. 22. (*d*) In Reſponſ. ad Conſult Bulgaror. c. 11. (*e*) In tua *Idea* part. 3. c. 1.

vero, a me indicata, quinquaginta pene annis priora ſunt; nam Capitularia ab an. 805. ad 814. (in quo obiit Carolus M.) ſunt concinnata; Moguntinum celebratum an. 813. Annon potuit Romana Eccleſia ſpatio horum quinquaginta annorum, plura de Apoſtolis Feſta inſtituere? Potuit ſane: quod ex eo mihi compertum eſt; Cum & Capitularia, & Moguntinum tria dumtaxat feſta enuntient Apoſtolorum, quæ videlicet diſciplina erat tunc temporis Eccleſiæ univerſalis. Prorſus autem divinare eſt, ſi aſſeratur, utramque Eccleſiam, Gallicanam, ac Moguntinam, tria dumtaxat ſervaſſe Feſta Apoſtolorum; cum plura haberet Romana. Ibidem num. 33. ais: „ Omnes etiam Apoſtolos complecti videtur lex illa nomi„ne Valentiniani II. Theodoſii, & Arcadii lata an. 489. (*a*) *Quæ feriandum jubet, & quo tempore Commemoratio Apoſtolicæ paſſionis, totius Chriſtianitatis magiſtræ, a cunctis jure celebratur.* " Mihi perſpectiſſimum eſt, hujuſmodi legem de ſolo Petri, ac Pauli Feſto eſſe intelligendam; hi enim inter cæteros Apoſtolos antonomaſtice magiſtri Eccleſiæ nominantur, quemadmodum & *Principes Apoſtolorum*, *Arbitrique Gentium* (*b*) Petrus nimirum, quia viſibile Caput Collegii Apoſtolici, necnon Eccleſiæ univerſæ; Paulus, quia abſolute Gentium eſt Apoſtolus ordinatus. Num. 34. ſcribis: „ Nihil præterea dictum argumentum concludit. Quid enim „ prodeſt ad intentum Pritanii, quod tria dumtaxat Apoſtolorum feſta „ nono ſæculo ſint celebrata ... ſi nihilominus in eiſdem Eccleſiis, eo„demque tempore plurima alia celebrarentur Feſta? " Certe nil mihi prodeſt in re cuivis obvia, quod ad magnum excreverint numerum Feſta Sanctorum. Jam quippe id innueram, indicata pariter ſapientiſſima regnantis Benedicti XIV. Diſſertatione. Sed copioſius loquendo, prodeſt mihi quod Feſta Apoſtolorum ex tribus ad novem exceſſerint.

806. Cæterum moneo, ne in ſcirpo nodum quæras. Quid niteris? quo progrederis? Opellam ſcripſi *Della Regolata Divozione*, Idiotis præcipue, & ea propter ſtilo ſatis familiari. Qua igitur lege accuratiſſimam exigis ſcribendi rationem de quibuſdam hiſtoricis, quæ, animo alio properante, dictante octogenarii ſenis memoria excidere potuerint? *Tali quæſtione tunc non pulſabar: & te nondum litigante ſecurius loquebar.* (*d*) Si ſapis, plurima conſiderando a me in lucem edita, hiſtorica præſertim; percipies certe, quod potis fuiſſet & juvenis, & ſenex Pritanius de hiſce cunctis pro dignitate tractare. Nimirum noveris, nomen mihi adſcitum in litteraria Republica, nullo unquam tuo conatu, pluriumque tibi ſimilium, neque eradendum ab ea, neque obſcurandum. Alio digredere, ſi velis tuo genio indulgere. Nempe arma adverſus me errores, hæreſes omnium ſæculorum, & ſi quid pejus, ut feciſti: intrude in hoc tuum opus Polytheiſmum, & Atheiſmum, quod non feciſti: Comproba, ſi potis es, meam mentem omnium horumce errorum ſentinam. Securus rideo conatus tuos, ut nauci facio. Etenim *cum proditur dolus; cum fraus aperitur; cum convincitur falſitas; rectiſſime tunc dicitur capta vulpes puſilla, quæ demoliebatur vineam* famæ Pritanianæ (*d*).

C A-

(*a*) Lib. 3. Codic. Tit. 12. de Feriis. Leg. 7. *Omnes dies*. (*b*) In hymno Feſti eorumdem. (*c*) S. Bernard. ſerm. 64. in Cantic.

CAPUT II.

Obligationem vacandi diebus Festis, præsertim Dominicis, ab omni Opere servili, antiquissimam esse in Ecclesia.

PRITANIUS.

807. EN mea, quæ corrodis (*a*) Nè ben sappiamo, se sotto precetto ne' tre primi secoli cadesse l' astenersi affatto dalle opere servili (diebus festis) giacchè questo era compreso nella parte Cerimoniale del Giudaismo, che restò abolita nel Cristianesimo. Sed, ut recte me valeas oppugnare (ad Kalendas græcas) adverte: I. Nihil me determinando, sed dubitando loqui: *Nè ben sappiamo ec.* Falleris igitur scribens num. 3. „ Censet ergo Pritanius, nec tempore D. Augustini (*videlicet IV. Sæculo*, „ *& V.*) extitisse in Ecclesia præceptum abstinendi diebus festis, etiam „ Dominicis, ab omni opere servili. " Falleris, inquam; qui enim *Dubitat*, haudquidem *censet*, id est *certo judicat:* neque dubitationem meam post tria priora sæcula extendo: *Nè ben sappiamo, se ne' tre primi secoli*. Adverte II. Tῳ *Affatto:* num videlicet toto die festo a servilibus feriandum esset. Etenim adverbium illud *Affatto* id significat, id est, *in tutto e per tutto* (*b*). Nullum quippe mihi incesserat dubium, quod vacandum esset omnimode pro ea parte Festi, qua divino Cultui incumberetur, audiendo verbo Dei, Sinaxi peragendæ &c. quemadmodum sanctissima BENEDICTI XIV. Constitutione sancitum est in Regno Neapolitano; ut in quibusdam Sanctorum Festis, pro ea tantum diei parte a servilibus abstineatur, qua sacro audiendo tenentur Fideles. Adverte III. Tῳ *sotto precetto*. Profecto indivisim mihi erat ambiguum, num primis tribus sæculis vacatum a servilibus fuerit diebus festis *ex præcepto, viginti quatuor horarum spatio*. Unde, ut in me rite queas impetere; haud quidem sufficit, si monstraveris dumtaxat, cessatum tunc fuisse a servilibus; sed insuper quod factum fuerit & tota die, & ex præcepto.

808. Est quidem, fateor, diei festo suapte natura intrinsecum; ut aliqua sui parte quietem exigat ab omni penitus opere, nedum servili, sed & liberali; eo videlicet tempore, quo Deo vacare jubemur, credendo, sperando, amando, Sacro adsistendo &c. quæ minime prorsus exequi possemus, servilibus dediti, aut cuivis operi liberali. Idcirco scripsi (*c*) Ritennero gli Apostoli ciò, che è di *Legge di Natura*, dovendoci essere *qualche determinato tempo*, per adorar Dio, offerirgli i nostri affetti, spezialmente nel Sagrifizio, e pregarlo di grazie. Porro cuncta isthæc peragi nequeunt, nisi feriando ab omni opere, servile sit, sit liberale. Verum enim vero haudquaquam naturali Lege compellimur, integra die Festi

(*a*) Cap. 21. pag. 301. (*b*) Ut liquet ex Facciolato, & ex Onomastico Rom. (*c*) Cap. 21. pag. 302.

sti spiritu Deo semper adsistere, ipsum colere, ac invocare: sed honestum pariter novimus animum, & corpus ad temporalia divertere.

809. Ex his aperte colligitur, quod, inspecta dumtaxat Naturæ Lege, pro aliqua sui parte festus dies non excludat Servilia. Etenim Dei cultus, ad quem potissimum urget Natura diebus hisce, interior est; ad quem tamen tota die minime jubemur incumbere. Multo igitur amplius nec tota die jubemur a servilibus feriari; qui Cultus exterior longe minus præstat, præ interiori, & quem intendit Natura, ut liber Animus possit pro aliqua parte Festi soli Deo vacare. Nimirum, penso absoluto Cultus Festorum pro determinata parte diei, adiaphoron est Naturæ Legi, num servilia exerceantur pro reliqua parte, an liberalia, & permissa. Et quidem necessitas medii, perurgens ad adipiscendum finem, eo ipso evanescit, quo jam comparatus sit finis. Necessitas quippe medii intenditur solum ob finis assecutionem; quo habito, sicuti ad ipsum adsequendum non ultra nitimur, ita neque medium est necessarium. Sanctificato igitur Festo pro quadam parte ipsius, jam factum satis est Naturali Legi, Festi sanctitatem præcipienti. Cessat igitur necessitas omnis feriandi ab operibus, quæ expetebatur unice, ut Deus coleretur. Reapse autem non ob aliud vacandum esse, quam ut divino Cultui tribuendo suppetat tempus, indubiam dixerim omnium Opinionem. Aliquot hic proferam. Primus accedat Chrysostomus (*a*) „ Judæi putant sibi Sabbatum „ otii gratia fuisse datum. Verum non ista est caussa; sed potius *ut ab-* „ *ducti a curis rerum temporalium, otium omne consummerent in spiritualibus.* " S. Thomas (*b*) „ Ad 3. dicendum, quod in observantia Sabbati duo sunt „ consideranda, quorum unum est *sicut finis:* Et hoc est, *ut homo vacet* „ *rebus divinis....* Aliud autem est *cessatio operum.* " Estius (*c*) „ Cum „ ad hoc præcepta sit requies dierum festorum; ut liberius divino Cul- „ tui, & recolendis Dei beneficiis vacari possit. " Bellarminus (*d*) „ No- „ stra vacatio (*in festis*) etiamsi interdum significet aliquod futurum, „ tamen non est hic ejus præcipuus finis; *sed non impedire opera spiritua-* „ *lia.* " Incassum itaque fatigaris (*e*) & procul ab omni vero, Legi Naturæ deputans, quod præceperit etiam toto die festo quiescendum; *ut aliquam remissionem daremus famulis, & operariis nostris.* Equidem imperavit Deus Hebræis (*f*) omnimodam quietem in Sabbato: *Non facies in eo quidquam operis tu, & filius tuus, filia, servus, & ancilla: & bos, & asinus, & omne jumentum tuum ... ut requiescat servus tuus, & ancilla, sicut tu.* Annon vides, inter Cæremonialia veteris legis deputandum, quod toto Sabbato quieti indulgeant, servus, & bos, & asinus? Profecto famuli Fideles, sicut & Domini, naturali Jure adstringuntur, aliquam in Festo quietem habere, ut Deo colendo vacent. Verum præciso hoc onere, ista laque Naturali Lege inspecta, quibus uncinis extundere valebis ex ista, quod Dominos urgeat, ut tota Festi die famulos vacare permittant semel saltem in hebdomada? Prorsus permittendi sunt feriari, cum necessitas urget quietis, festus sit dies, sit ferialis. Procul vero ab hac necessitate, delinquerentne in eam Legem Domini, quod famulis nullam indulgerent quie-

(*a*) Homil. 1. de Lazaro. (*b*) 2. 2. q. 122. a. 4. ad 3. (*c*) In 3. Sentent. dist. 37. §. 14. (*d*) Tom. 2. lib. de Cult. SS. c. 10. Propos. 3. (*e*) Num. 24. (*f*) Deuter. c. 5

quietem in die festo; etsi vacare permitterent Feria secunda &c? Apagesis. (Hic sermo est, sola inspecta Lege Naturæ.)

810. Præcepit itaque Deus Sabbati religionem : & in eo præcepto duo erant : I. Cultus Deo tribuendus : II. Quies ab omni opere servili tota die servanda : illud Naturali Lege jubebatur , hoc sola Dei voluntate . Quies igitur in Sabbato Hebræis custodienda erat ex Cæremoniali præcepto; quod proinde desierit in Lege nova ; ut merito scripserim : *Questo era compreso nella parte cerimoniale del Giudaismo , che restò abolita nel Cristianesimo* . Hæc quidem scripseram securus , concordi Opinioni Theologorum innixus . Adversarios tamen experior scrupulos tuos : ut extirpentur, adtende, & rationis momentum, & auctoritatis . Si Naturali Lege indiceretur quies tota die festiva, teneremur omnes Dominica die (in quam festiva ratio Sabbati translata est) ab omni prorsus opere abstinere, a quo cessare premebantur Hebræi . Hinc nobis nulla facultas accendendi ignem , cibos coquendi &c. Hoc autem quis sapiat , nisi desipiat ? Non itaque ista Naturæ Lege vetebantur, sed dumtaxat Cæremoniali præcepto. Audiamus etiam Suarium (*a*) „ Quarto fuit etiam *positivum* , & „ *cæremoniale* in illa determinatione (Sabbati) *otium* , *&* *cessatio operum* „ ibi præcepta. Illa enim non erat per se , & ex sola *ratione naturali ne-* „ *cessaria* ad divinum cultum, *ut per se manifestum est*. " A Lapide (*b*) „ Nota: Præceptum hoc , quatenus diem & tempus aliquod Dei cultui „ publico, & externo dandum præcipit , morale est , & naturale ; hoc „ enim faciendum dictat Lex Naturæ : quatenus vero diem septimum, „ sive Sabbatum ad hoc determinat, eoque *quiescere jubet*, *cæremoniale est* , „ ideoque *Lege nova abolitum*. Ista D. Thomas 2. 2. q. 122. a. 4. ad 1. " Sat tibi sunt hi , duo quidem , sed ex Primoribus tuis . Accipe tamen tertium. Bellarminus (*c*) Ecclesiæ præcepto deputat hujusmodi cessationem a servilibus : „ Nunquam Ecclesia tam severe præcepit vacare ab „ opere, quam Lex Judaica. " Non itaque Naturæ Lege indicitur . Eadem prorsus habet Estius (*d*). Sed audiendus necessario est Abulensis (*e*) cunctis scribens dilucidius . In præcepto Sabbati „ est aliud *Cæremoniale*, „ quod scilicet *duret ista vacatio per totam diem integram*, scilicet per 24. „ horas, quæ faciunt diem naturalem : & sic mandavit Deus Levit. 23. „ *A vespera ad vesperam celebrabitis Sabbata vestra* . Item est *Cæremoniale* , „ quod ab omnibus operibus in die illa abstineamus , *&* *servi nostri* , & „ Jumenta nostra . " Vides , quam sapienter , & cum quibus Pritanius scripserit, quod feriari ab operibus tota die Festi ex præcepto *era compreso nella parte Cerimoniale del Giudaismo , che restò abolita nel Cristianesimo?* Vides, quam procul a veritate exorbites ; cum n. 24. 25. non verearis asserere, quod Naturali Lege tota Festi die quies præcipiatur ; ac proinde æqualiter premat Christianos, ac olim Judæos, præceptum de operum cessatione, promulgatum Exodi 20. & Deuteronomii 5. *sciens , quam clari probatique Doctores ... quod credo , crediderint : quod doceo docuerint : quod defendo , defenderint* ; *sic audire debeo contumelias tuas , quomodo laudes meas*. (*f*)

811.

(*a*) Tom. 1. de Relig. lib. 2. cap. 1. num. 10. (*b*) Sup. ex Deuteron. 5. vers 11. *Observa diem Sabbati &c.* (*c*) Tom. 2. lib. 3. de Cult. Sanct. c. 10. Proposit. 3. (*d*) In 3. Sentent. dist. 37. §. 12. (*e*) Tom. 1. in c. 20. Exod. q. 12. (*f*) Lib. 3. oper. imp. n. 10.

811. Poterant itaque Apostoli, transferentes in Dominicam festivam rationem Sabbati, retinere a servilibus cessationem tota die ex præcepto, ut nunc est: Poterant, inquam; sed num reapse præstitum sit primis tribus Sæculis, incompertum mihi erat; cum nullum suppeteret validius momentum. Hinc humillime prorsus, & aperte meam fateor dubitationem: *Nè ben sappiamo, se sotto precetto ne' primi tre secoli cadesse l' astenersi affatto dalle Opere servili &c.* Dic sodes modo, cariss. Plazza: Quinam venenosus lateat anguis in hac tam sana doctrina? Quodnam mortiferum virus; ut scribere non puduerit te num. 5. „ quod eadem argumenta „ procudam, & vulgo Fidelium proponam, quibus Etherodoxi veteres, „ & recentes, omnia Festa, eorumve strictam obligationem exterminare „ conati sunt, dicentes in corde suo: *Quiescere faciamus omnes dies festos* „ *Dei a terra.* " (*a*) Apage scrupulos inconsultissimos, crudelissimos. (*b*)

812. Num. 1. productis meis verbis: Nè ben sappiamo ec. ais: Con„ firmatque duobus Augustini testimoniis, quæ mira arte proponit. " *Sic intelligunt, qui non intelligunt.* (*c*) Deciperis & crassissime: ea nimirum testimonia haudquaquam *mira arte propono*; quod liquet cuique legenti. En mea: (*d*) Ne ben sappiamo, se sotto precetto ne' tre primi secoli cadesse l' astenersi affatto dalle opere servili.... „ Io non oserei ri„ cavare alcun lume su questo da due passi di S. Agostino, i quali non„ dimeno voglio presentare all' esame, di chi ne sa più di me. " Vides, quam aperte, quam candide caussam protulerim, cur laudem Augustinum? Nempe videbatur mihi, dilucide quasi præceptum non admittere vacandi a servilibus diebus festis: ac proinde ex eo colligendum, tribus prioribus sæculis, quinimo & quarto saltem, hujusmodi non extitisse præceptum. Contra mihi compertissimum erat, jam a IV. Sæculo præceptum fidelibus fuisse vacandi a servilibus ex Lege a Constantino M. lata (de qua infra) in qua abstinere jubemur ab Operibus diebus festis. Et ea propter scripsi: se ne' primi tre secoli, cum de quarto non ambigerem. Ob id etiam scripsi: Io non oserei ricavare alcun lume ec. ob pugnantes scilicet rationes, quibus premebar; & ex Constantini Lege, omnino clara, & expressa, & ex Auctoritate Augustini qua licet posset monstrari, tribus primis sæculis ejusmodi feriationem minime in præcepto fuisse; tamen quia monstrabatur evenisse idem IV. Sæculo, & partim V. quod penitus falsum mihi erat, reclamante Lege Constantini, nimis aperta; idcirco testimonia Augustini sapientibus exposui consideranda. Tu igitur cur *mira arte* me Augustinum proponentem inducis, id est, *callide*, ut reor? Iterum: omnino deciperis.

813. Num. 2. bina producis Augustini loca, a me laudata. I. (*e*) Ob„ servare diem Sabbati non ad litteram jubemur, secundum otium ab „ opere corporali, sicut observant Judæi: Et ipsa eorum observatio, quæ „ ita præcepta est, nisi aliam quamdam spiritalem requiem significat, „ ridenda judicatur. " II. „ Judæis serviliter observant diem Sabbati ad „ luxuriam, ad ebrietatem. Quanto melius feminæ eorum lanam face„ rent,

(*a*) Psalm. 73. 8. (*b*) Vid. Caput superius, in quo ab hisce scrupulis vindicatur Pritanius. (*c*) Lib. 2. oper. imperf. num. 158. (*d*) Cap. 21. pag. 302. (*e*) Epist. 55. ad Januar. cap. 12. olim 119.

„ rent, quam illa die in menianis saltarent. Absit, Fratres, ut illos di-
„ camus observare Sabbatum. Spiritaliter observat Sabbatum Christianus,
„ abstinens se ab opere servili. Quid est enim: Ab opere servili? A pec-
„ cato. "

814. Et quidem *Sabbati* nomine apud Augustinum, intellexi *Festum diem* (*a*) ut propterea ipse videretur mihi, a diebus hisce præceptum exclusisse vacandi ab operibus, scribens 1. loco: *Observare diem Sabbati* (cioè della Festa, ut sentiebam) *non ad litteram jubemur secundum otium ab opere corporali.* Tu vero (*b*) cum Bellarmino, *Augustinum*, ais, *agere de Sabbato proprie dicto*, idest, *de septima die*: & hoc Sabbatum ex eodem Augustino, *Mandatum Judæis esse carnaliter*, *spiritualiter Christianis observandum.*

815. Bona tua pace, & mea, ambo a vero Augustini intellectu recessimus. (Vide, quod nec mihi parcam, cum a vero me excessisse cognovero.) Quo ad præsens bina Sabbata Augustinus discernit. I. Quod verum est, & septima dies hebdomadæ, de quo ait (*c*) *Sabbatum tamen commendatum est priori Populo in otio corporaliter celebrandum.* Sabbatum alterum *spirituale*, quo & Christiani ligantur, & de quo ait: (*d*) *Spiritualiter observat Sabbatum Christianus.*

816. Videamus modo, quodnam fuerit Augustino *Sabbatum spirituale*, quod & Christianis jubetur. Inquis: Est septima dies, nobis spiritualiter observanda. Bella verba, cariss. Plazza: Æternum non monstraveris, quænam sit *spiritualis* hæc *observantia* diei septimæ, nobis specialiter peragenda. Porro ipse nomine *Sabbati* Festum intellexi: Nempe cum Judæi Sabbati diem custodirent corporaliter, quia festivam; nobis custodiendos præcipi, potissimum spiritualiter, festos dies, juxta ea: (*e*) *Venit hora, & nunc est: quando veri Adoratores adorabunt Patrem in spiritu, & veritate.* Hæc quidem concinne proferuntur; sed longe etiam a vera mente Augustini receditur.

817. Itaque verum Augustini intellectum aperiamus. Nomine *Sabbati spiritualis* haudquaquam intellexit ille determinatam unam diem, vel *septimam* hebdomadæ, vel *festivam*; sed quamvis diem, quamvis horam, quodvis nostræ vitæ momentum. Hoc certe spirituale Sabbatum, quod Augustino est: *A culpa vacare, spiritusque requiem amplecti*; hoc, inquam, Sabbatum tota vita nobis est peragendum; donec veniamus ad Sabbatum maximum, *quod erit vere maximum Sabbatum, non habens vesperam* (*f*) in Patria beata, ubi *dies septimus etiam nos ipsi erimus.* Annon igitur hoc spirituale Sabbatum tota vita, quavis die, quavis hora, nobis est adtentius custodiendum, & minime prorsus septima die sola, aut solis Festis diebus?

818. Assertor Augustinus accedat. (*g*) „ Spiritaliter observat *Sabbatum* „ Christianus, *abstinens se ab opere servili.* Quid est enim: *Ab opere servi-* „ *li? A peccato.* " En Augustino quodnam spirituale Sabbatum. Sed præstat iterum audire. „ *Psalmus cantici in die Sabbati.* Ecce & hodiernus

Rr „ dies

(*a*) Pagina 303. cap. 21. (*b*) Numero 57. (*c*) Ibidem cap. 10. num. 18. (*d*) Secundo loc. sup. laud. (*e*) Joan. cap. 4. vers. 23. (*f*) Cap. ult. de Civit. Dei. (*g*) Tract. 3. in Joan. sup. laud.

„ dies Sabbati est. Hunc in præsenti tempore otio quodam corporaliter „ languido, & fluxo, & luxurioso celebrant Judæi. Vacant enim ad nu- „ gas: & cum Deus præceperit Sabbatum, illi in his, quæ Deus prohi- „ bet, exercent Sabbatum ... (*Adtendatur*) *Nobis Sabbatum indicit Deus.* „ *Quale?* Primo, ubi sit, videte. *Intus est: in corde est Sabbatum nostrum.* „ Multi enim vacant membris, & *tumultuantur conscientia*. Omnis homo „ *malus* Sabbatum habere non potest; *nusquam* enim illi *conquiescit conscien-* „ *tia*; necesse est enim, in perturbationibus vivat. Cui autem *bona est* „ *conscientia*, tranquillus est; & ipsa *tranquillitas Sabbatum est cordis*. "
Pluribus aliis in locis idem versat argumentum. Vide, si libet, lib. cont. Adimant. cap. 2. num. 2. Jungamus dexteram, cariss. Plazza: & veritatem, cum rutilat clara, libenter sectemur. Lubentissime meum retracto errorem de non recta interpretatione Augustini: *Neque enim quisquam, nisi imprudens, ideo quia mea errata reprehendo, me reprehendere audebit*. (a) Errata tui hujusce Operis, non quidem disseminata, sed consarcinata, retractare non differas; etiam impellente justitia, qua injustam, & inustam famæ labem detergas sapientissimi Ludovici Antonii Muratori. Una tamen, moneo, digna est tuo Operi necessaria Retractatio, videlicet: *Ignis*.

819. Num. 3. scribis: „ Censet ergo Pritanius, nec tempore D. Au- „ gustini extitisse in Ecclesia præceptum abstinendi diebus festis, etiam „ Dominicis, ab omni opere servili (b) ... In eumdem scopum allega- „ verat illud Christi Domini de lege sua: *Jugum enim meum suave est &c.* „ Et: *Jugum, quod neque Patres nostri &c.* Et: *Nemo ergo vos judicet &c.* "
Ne actum agamus, relege num. 891. 901.

820. Num. 30. ais: „ Illam M. Constantini Legem citat Pritanius (c) „ sed tacitam relinquens priorem partem, unde deduci posset, longe an- „ te S. Gregorii tempora sanctum fuisse in Ecclesia abstinere universim „ ab operibus servilibus die Dominico: posteriorem tantum partem lau- „ dat, & probat, nempe particularem licentiam ruralia opera eo die „ exercendi. "

821. *Sexquibonum*, sibi plaudentes, clamant in tuis grammaticalibus scholis Adolescentes: *Bis optime* tibi, qui omnem lapidem moves, omnes consideras lineas, apicesque meos; ut me in invidiam trahas. Hoc autem tibi *centies pessimum*, quod præjudiciis adversus me pressus, & absumptus, discernere non permittaris, num ferias me, an tibi jugulum petas. Discute tantillum scrupulos, si vales; clarissima enim sunt, quæ repono. I. Laudandus essem, quin culpandus, qui *tacita prima parte Legis*, alteram protuli: illa nimirum abs re mihi erat, ista prorsus ad rem. Adtende meum ibidem ratiocinium. Tanto è vero, che la pietà Cristiana non ha da nuocere alla felicità temporale del Popolo (Vides, quo tendam?) Che Costantino il Grande nell' anno 321. allorchè ordinò, che si festeggiassero tutte le Domeniche, volle nondimeno, che *li Contadini*, *se la necessità lo richiede, liberamente, e lecitamente attendessero all' agricoltura* ... (en alteram partem Legis meo ratiocinio necessariam: non) Se nella Domenica, festa tanto privilegiata pel suo oggetto, e per l' istituzione divina, fu

(a) In Prologo Retract. (b) Vid. n. 807. (c) Pag. 304. cap. 21.

fu permesso alla gente rustica di lavorare venendo il giorno: quanto più si sarebbe avuto riguardo alla necessità delle campagne, per non aggiugnere le tante altre Feste, che abbiamo oggidì? Annon vides, quod abs re prorsus esset, priorem Legis partem producere, qua laborare vetatur? II. Expetis, ut & hanc partem produxissem, *ex qua deduci posset*, *longe ante tempora S. Gregorii*, *die Dominico*, cessatum esse a servilibus. Et ipse hoc tuum prævidens desiderium, ibidem posui priorem partem Legis. Quid sibi vult *Ta Festeggiassero tutte le Domeniche?* Fors ut innuerem, a Constantino ceu Festum institutam Dominicam diem, ut inquiebat Hospinianus? (*a*) Apagesis. Jam enim (*b*) id factum scripseram ab Apostolis. Intelligere itaque volui festivam cessationem a servilibus, quam privilegio Ruricularum oppono, qui laborare permittuntur. III. Dispensatio certe Legem esse manifestat, a qua unus eximitur. Qui igitur eo loci Constantinum refero Ruricolas eximentem onere feriandi a labore die Dominico: jam deduci potest, ineunte IV. sæculo, Legem fuisse, qua cessatio ab operibus præscriberetur. Porro id longe fuit a S. Gregorii ævo duobus pene sæculis, qui VI. sæculo claruit. IV. Rotunde scripsi (*c*) Nè ben sappiamo, se sotto precetto ne' *tre primi secoli* cadesse l' astenersi affatto dalle opere servili. Mea isthæc dubitatio tria priora sæcula non excedit. Proinde jam certus eram, a IV. sæculo extitisse jam legem diebus festis cessandi a servilibus.

822. Inquies tamen: Si certa Pritanio sit Constantini Lex de quiete a labore servanda diebus Dominicis; quid caussæ fuit, ut scriberet: (*d*) Tuttavia essendo certo, che almeno a tempi di S. Gregorio il Grande il non lavorar le Feste era di precetto: Quid, inquam, caussæ fuit, ut ad S. Gregorium recurreret sæculo VI. & non potius quarto ad Constantinum; cum etiam hoc sæculo certa Pritanio esset Lex vacandi ab operibus? Igitur liquet evidenter, quod subdole omnino scripserit, etiam IV. sæculo Præceptum illud fuisse, sed sexto dumtaxat sæculo certum admisisse, & exploratum. Quid caussæ fuerit, inquiris? Si sapis, supprime inquisitionem. Irascere tuis præjudiciis, quæ te, ne clara perciperes, fascinarunt. O bone: equidem certus eram de Lege Constantini; sed oppositum etiam suadebant verba Augustini, ut tunc intelligebam. Hinc immediate post Augustinum laudatum scripsi: Tuttavia essendo certo, che almeno ec. ut videlicet scribens Idiotis libellum, omnes citarem lites, ac rationes dubitandi: & idcirco ad sæculum VI. appello, in quo feriandi præceptum omni ex parte certissimum erat. *Necessarios articulos sermonis tui, quantum me adjuvat Dominus, comprehendo, atque confringo.* (*e*)

823. Prosequeris num. 31. „ Et hic est ille Pritanius, quem superius (*f*) „ adeo studiosum videmus sanctitatis diei Dominicæ; ut inique ferret par- „ tem hujus diei Sanctorum cultui destinare. Nunc autem videmus laudan- „ tem, & probantem, licentiam dari Agricolis laborandi per totam eam- „ dem diem. Quasi vero minus deceat sanctitatem diei Dominicæ laudare, „ honorare, & invocare Sanctos Dei servos, quam terram fodere, ara- „ re, stercorare &c. " Euge, Plazza: Nulla tibi dies absque linea,

Rr 2 neque

(*a*) Vid. sup. n. 790. (*b*) Cap. 21. p. 302. (*c*) Ibid. pag. 302. (*d*) Ibid. pag. 303. (*e*) Lib. 4. cont. Jul. c. 9. (*f*) Cap. XI. primæ Part.

neque hora, neque momentum, quo novo semper opprobrio Pritanium nitaris opprimere.

824. *O homo, qui nihil potes dicere, posses saltem tacere.* (*a*) *Vos potius perspicua nubilare contenditis: non solum non intelligendo, quod* Pritanius *dixit, verum etiam mutando, & supponendo* in pravum, *quod ille non dixit* (*b*). „Nunquam somniavi, nunquam monstraveris, quod inique feram, partem „ diei Dominicæ Sanctorum cultui destinare.“ (*c*) Cæterum norunt Sapientes omnes, cordatique Viri; nosti & tu (*d*) quandoque bonum esse, ac necessarium Dominica die arare, stercorare &c. & improbum, malumve a servilibus abstinere. Quid, quæso, tu, honestæ Virgini vere asserenti; quod nisi quotidie laboret, unde vivat, non habeat: & fame premente aliisve necessitatibus, nimium ejus pudicitia periclitetur: quid, inquam, reponeres? Admoneres certe; quinimo urgeres; ut, audito Sacro, domum recipiat se: & opere manuum suarum, ut pudica vivat, Dominicam diem sanctius colat laborando. Discerne tempora, & temporum circumstantias, ac personarum: &, quin Pritanium carpas, ejus Prudentiam admirare, ac Pietatem. Cum monendi sunt Fideles de sanctitate Festorum; tunc quidem ab stercorando cessandum, sed a quovis nobilissimo etiam opere veto. Utinam omnes ea pietate Festa peragerent, ut monui initio Cap. XXI. At quando alia urget occasio sanctitatis Festi explicandæ: nempe cum subintrat necessitas; cum periculum urget sceleris incurrendi: tunc sanctissime *laudatur, & probatur* laborandi facultas; tunc in pretio est apud Deum *stercorare* (ut ais ad invidiam conflandam) & criminosum vacare. *Hæc debuisti ante cogitare; ne ad caussam non pertinentibus immorareris exemplis.* (*e*)

825. Porro festivum est, quod subtexis (*f*) „ Pritanium interrogo, „ utrum licentiam istam, a Constantino datam fuisse credat absolute, adsit, vel non adsit necessitas; an vero tantum conditionate, pro casu ingruentis necessitatis? “ Saltem aliquando, P. Plazza, scrupuli te ad ludendum compulerunt. Certe hic ludere tibi animus est. Quid me interrogas? Lege libellum meum: Constantini Legem reperies Italico sermone productam: Che i Contadini, *se la necessità lo richiede*, liberamente, e lecitamente attendessero alla Agricoltura. Audis? Vides? Lege te ipsum mea scribentem (*g*) *se la necessità lo richieda*. Cur igitur ais: *Interrogo Pritanium?* Magis item festivum est, quod addis (*h*) „ Sin autem Pritanius licentiam illam datam censeat conditionate: quid necesse habet recurrere ad Legem Constantini? Notissimum quippe hodie est, præceptum vacandi diebus festis non esse Judaice observandum, nec cum tanto rigore; ut nulla honesta, & probabilis necessitas excuset. “ O bone! Vitio mihi vertis, quod *in re notissima* leges advocarim Constantini, ac Justiniani. Ita sit. Verum quid de te asserendum erit, qui quod notissimum est, non, inquam, Rusticis, sed stipitibus etiam, plurium farragine auctoritatum versas, reversas, iterumve versas ad nauseam usque inclusive; quod scilicet diebus festis *vetitum sit ruralia exercere?* Producis Concilia Aurelianense

(*a*) Lib. 2. oper. imperf. num. 197. (*b*) Ibidem num. 208. (*c*) Legat. sup. Cap. XI. Part. I. (*d*) Numero 34. (*e*) Lib. 3. oper. imp. num. 12. (*f*) Num. 32. (*g*) Num. 35. (*h*) Num. 34.

nense III., Matisconense II., Præceptionem Gunthramni Regis, Narbonense, Cabilonense, & Carolum M. in suis Capitularibus. Uter magis castigandus, Pritanius, an Plazza?

826. Hactenus tua discussimus, quæ carpendo mea loqueris: supersunt modo argumenta tua discutienda, quibus niteris comprobare, tribus primis sæculis a servilibus cessatum esse diebus festis. At cave, ne totus extra arenam insilias: Hæc tibi indivisim mostranda sunt; videlicet tribus hisce sæculis cessatum a servilibus esse diebus festis *tota die*, & *ex præcepto*. Quod si clare monstraveris, grati animi vices rependam; quod de veritate dubitanti aperueris veritatem. Hanc quippe minime aversor; sed maximi momenti beneficium reputo: cum, quivis sit, mihi reseraverit verum, aut dubitanti, aut ignoranti. Etenim *magis optabo a quolibet reprehendi, quam sive ab errante, sive ab adulante laudari. Nullus enim reprehensor formidandus est amatori veritatis.* (*a*)

827. I. Argumentum est (*b*) ex Constitutionibus Apostolicis (*c*) in quibus hæc habetur Constitutio: „ Ego Petrus, & ego Paulus constituimus; „ ut servi quinque diebus opus faciant: Sabbato autem, & Dominica die „ vacent in Ecclesia propter doctrinam Religionis. Diximus enim habere „ quidem Sabbatum rationem creationis Mundi, Dominicam vero Resurrectionis &c. “

828. Satius tibi, & quammaxime, carifs. Plazza, si hæc tacuisses. Relege supra (*d*) cujus sint Constitutiones istæ, & quantam habeant antiquitatem. II. *Quinque diebus*, ajunt, *opus faciant*; & quidem tota die: *Dominica vacent in Ecclesia*; & quidem ob Festi sanctitatem. Num ex præcepto tota die? Neque *gry*, neque *grù* in eis legitur. Quinimo asserentes, quod *vacent in Ecclesia*, cum hoc intelligi nequeat, quod fiat tota die in Ecclesia; sat superque se explicant, quod loquantur de aliqua parte diei, cum conveniendum in Ecclesia decernant. III. Exigis, ut Deceptori fides adhibeatur; & in eo potissimum loco, ubi, ut deceptiones venderet suas, necessario ei scribendum fuit, quod tota Dominica die ab omni servili opere vacaretur. Nimirum scribit (audaciam adverte, vel imperitiam) Apostolos Petrum, ac Paulum præcepisse vacandum fidelibus, nedum Dominica die, sed & Sabbato, hic propter creationem, ibi ob Christi Resurrectionem. Cohærenter quidem; etenim, si in Sabbato necessario vacandum erat, ut præcipiebatur in veteri Lege; idem debuit de Dominica efferre; ne magis crederetur Judæus, quam Christianus. Scribebat nimirum saltem sæculo IV., quo perspectum omnibus erat præceptum a servilibus feriandi tota Dominica die. Hinc, si scripsisset, vacandum toto Sabbato, non item Dominica, offensioni fuisset Fidelibus, bona fide credentibus ex præsenti disciplina sæculi IV. quod tota Dominica die vacandum esset; & merito proinde crederetur Judæus, non Christianus. Sed quid etiam, si inconsultus Deceptor existimaverit certum, custoditam eodem more Dominicam primis sæculis, ac suo, in quo scribebat, ævo? Jam igitur habes, ex opposito hoc testimonio, vacatum quidem in Dominica, quod verissimum est; sed minime habes, quod tota die

(*a*) August. in Proœm. lib. 2. de Trinit. (*b*) Numero 10. (*c*) Libro 8. cap. 33. (*d*) Num. 801.

die ex præcepto id peractum sit. Si autem pertinacius contendas; quod similia scripserit de Sabbato, ac Dominica; detur tibi; sed jam habes alteram responsionem.

829. Animum non despondes; sed ais: (a) „ Observat insuper idem „ Auctor (b) diei Dominico Apostolos addidisse Sabbatum, non legis Mo„ saicæ gratia, sed propter impium dogma Simonis Magi, non tribuen„ tis Deo creationem Mundi: cui dogmati, ut se opponerent, illis qui„ dem temporibus sanctissime, ac prudentissimè Sabbatum, in quo Deus „ a creatione requievit, vacatione operum festiva honorari voluerunt. “

830. Et oh! quando compellebaris juste scrupulis concuti, libenter scrupulos exuis. Hanc probas Turriani Observationem! Actum de me esset apud te, si primus docuissem adversus Turrianum tuum, quod præceperint Apostoli Sabbatum colendum ob impium dogma Simonis. Infelicissimum Pritanium! Vociferareris, clamares voce majori, & maxima, quod intolerandum errorem Apostolis impingerem, quod videlicet Fideles coegissent judaizare. Hæc quidem, & quamplurima alia adversus me scriberes. Idipsum docuit Turrianus tuus: & innoxius est. Subscribis Turriano: & sanctissimum est. Utinam libellus meus *Della Regolata Divozione* Auctorem præseferret tuos Molinam, Suarium, Petavium, Raynaudum &c. tunc certe Libellum prædicares e cælo delapsum, fors forte privata quadam revelatione digestum, veræ Fidelium Pietati dirigendæ apprime utilem &c. Adversa sorte contigit libello, Auctorem habere Pritanium: heheu abortivum fœtum! erroribus scatentem, hæresibus, & si quid pejus est. Ad rem. Subscribis Turriano! Igitur Apostolos Petrum, & Paulum credes, quod coegerint Fideles judaizare; Præcipientes enim Sabbatum venerari ceu Festum in memoriam Creationis, aliquod cæremoniale observari jusserunt. Profecto, nemine reclamante, etiam te judice (c) Sabbati observatio præcepta Exodi xx. ad Cæremonialia adtinet. En tua post ea: *Memento, ut diem Sabbati sanctifices &c.* „ Quamvis aliquo mo„ do Cæremoniale sit, quo ad talem scilicet diem &c. “ Nonne tu idem es, qui ex tuo a Lapide scribis (d) „ Neomeniæ, & Sabbata *Judaica* fe„ sta sunt, *non Christiana?* “ Quo pacto modo approbas, Apostolos jussisse Sabbatum custodiendum? II. Ex illis Apostoli (e) *Nemo ergo vos judicet in cibo, aut potu, aut in parte diei Festi, aut Neomeniæ, aut Sabbatorum*, omnes Patres, ac Theologi, etiam tu ibidem, unanimes fatentur, Neomenias abolitas esse, & Sabbata. Qui igitur fieri potuit, ut idem Paulus colendum Sabbatum juberet, qui Sabbatum abolebat? III. Si, ut ex Turriano ais, Sabbatum colendum edixere Petrus, & Paulus in memoriam Dei quiescentis post creationem mundi; ut Fideles magis in fide firmarentur, credendo, omnia a Deo creata esse, contra ac Simon Magus effutiebat, Mundum videlicet a Deo non esse creatum. Cum itaque impius idem Simon Veterem Legem, doceret, minime fuisse a vero Deo (quod post Manichæi recuderunt, a malo Deo promulgatam blaterantes) debuissent pariter laudati Apostoli, totam Veterem Legem custodiendam jubere; ut ita Fideles vere crederent, a vero Deo Veterem Legem promul-

(a) Num. 12. (b) Turrianus in Annotation. in eas Constitutio. (c) Numero 24
(d) Num. 61. (e) Coloss. c. 4. vers. 18.

vulgatam. Profecto ais, Sabbati quietem ab Apostolis præceptam esse haudquaquam in gratiam Legis Mosaicæ. Bella verba, Cariss. Plazza. Præceptus a Moyse erat Sabbati cultus ob quietem Dei, septima die habitam, post omnium creationem. Idipsum autem jusserant ex te Apostoli custodiendum. Igitur idem Cæremoniale Fidelibus erat servandum, quod a Moyse erat præceptum Hebræis. Saltem offensionis occasionem præbere poterant novis Fidelibus; ut crederent hi, necessariam sibi esse Sabbati religionem. Certe statim a Passione Christi mortua evaserant Cæremonialia: sed liberum tamen erat ea adhibere in gratiam Legis Mosaicæ; ut nimirum hæc *cum honore sepeliretur*, quemadmodum Augustinus loquitur. Si autem tunc temporis Sabbati quietem præcepissent Apostoli, credere potuissent novi Fideles, necessarium sibi esse Cultum Sabbati in gratiam Legis Mosaicæ. Et hoc quidem esset cogere ad judaizandum. Etenim statim a Passione Christi Legis Cæremonias, in gratiam ejusdem Legis, libere adimplere volentes, poterant quidem, & libere judaizabant. Si igitur Fideles præcepto adigebantur, Sabbato feriari, certe judaizare cogebantur. Demum attende tibi. Hæc mihi opponis (*a*) „ Si præceptum abstinendi ab omni opere servili spectabat *alla parte Cerimoniale* „ *del Giudaismo*, *che restò abolita nel Cristianesimo*, (ut ajebat Pritanius) „ male fecisset Ecclesia designando nobis dies festos, & in iis præcipiendo, ut ab omni opere servili cessemus, hac enim ex parte judaizare „ nos cogeret. “ Audi, quid ex hisce tuis sequatur. Cum igitur certissimum sit, etiam tibi, quod Sabbati Cultus ad cæremonialia spectet, laudati Apostoli præcipiendo, ut coleretur: Hac ex parte Fideles coegissent judaizare. Si autem velis, quod minime ad hoc coegissent Apostoli, quia Sabbati religionem haudquaquam præceperint in gratiam Legis Mosaicæ. Idem tibi reponit Pritanius, Ecclesiam non male fecisse præcipiendo, ut diebus festis ab omni servili opere cessemus; id enim non præcepit in gratiam Legis Mosaicæ. Sed de hoc infra.

831. Opponis II. (*b*) „ Eadem obligatio feriandi diebus Dominicis colligitur ex Epistola I. Pauli ad Corinth. nempe: *Per unam Sabbati unusquisque vestrum apud se seponat, recondens, quod ei bene placuerit.* “ Reponat videlicet apud se eleemosynas Hierosolymam mittendas. Cariss. Plazza, quod per *unam Sabbati*, id est, primam diem hebdomadæ Dominica dies intelligatur, ultro fateor, & admitto. Sed quibus uncis, non video, neque ullus videbit, hanc trahas conclusionem: *Igitur Dominica die vacandum a servilibus est*. Ais quidem (*c*) *Non mea est hæc commentatio, sed Magni Joannis Chrysostomi*. Bene, mi Pater, bene. Dele igitur ea: *Colligitur ex Epistola Pauli*; & repone: *Colligitur ex Chrysostomo*. Age jam: profer Chrysostomum.

832. En ipsum (*d*) „ Unam, inquit, Sabbatorum diem Dominicam „ vocat. Et quam ob rem hunc diem oblationi deputat? Cur non dixit: „ Secunda Sabbatorum, vel tertia: & quid habet ejus diei tempus, quo „ facilior detur eleemosyna? Ecce quoniam tum *a labore omni cessatur*, „ relaxationeque, & feriis alacrior fit animus. “

833.

(*a*) Numero 25. (*b*) Numero 14. (*c*) Numero 13. (*d*) Sermone de Eleemosyna.

833. I. Ex Chrysostomo *a labore omni cessatur*. Bene: Innuit saltem id *ex præcepto* factum? Minime prorsus. Nil itaque mihi opponis; qui anceps sum, num id evenerit tota die *ex præcepto*. II. Omittis potissimam rationem ipsius; cur nempe præceperit Paulus, ea die eleemosynas erogari. Post a te objecta verba ait: „ Quodve omnium *maximum est*, quod illo die „ (*Dominico*) innumeris fruamur bonis. Hac quippe die soluta mors „ est, extincta maledictio, deletum peccatum &c. " pluribusve rationem persequitur, ut & Homil. 43. in 1. Epist ad Corinth. ut videatur huic rationi conquiescere. Profecto scripsit, quæ opponis. Verum nec mihi persuadere valeo; ut ex parte saltem exuam dubitationem meam. Certo enim reor, scriptum id a Chrysostomo, unice adtendente constantem, generalemque Ecclesiæ consuetudinem sui temporis, sæculi IV. qua hac die ab omni opere vacabatur: quin inquirere adverterit, num anterioribus sæculis eadem servaretur in Dominica die disciplina.

834. Opponis III. (*a*) Eusebius de Ebionitis scribens (*b*) ævo Joannis Apostoli ex orco erumpentibus, ait: „ *Non solum Sabbatum, & reliquam* „ *Judaicam institutionem observant; verum etiam dies Dominicos pari ratione no-* „ *biscum in Resurrectionis Servatoris nostri memoriam accurate recolunt*. Et si- „ militer Theodoretus: *Honorant quidem Sabbatum, ut vult lex Mosaica,* „ *diem autem Dominicam sanctificant sicut & nos*. (*c*) His ergo Patribus „ assentientibus, Christianorum erat proprium, observare diem Domini- „ cum; sicuti Judæorum erat observare Sabbatum, utique cessatione ab „ operibus servilibus. "

835. Per te, quæso, liceat mihi, hisce tuis ratiocinium hoc efformare: „ Christianorum erat proprium observare diem Dominicum, sicuti „ Judæorum erat observare Sabbatum, utique cessatione ab operibus ser- „ vilibus. At Judæi cessabant pariter ab accendendo igne, a parandis ci- „ bis &c. Igitur idipsum vetitum ab Apostolis erat ipsis Fidelibus. " Approbas hoc ratiocinium? Æternum non facies. O bone, cur non consideras; ut saltem, quæ opponis, aliquam habeant speciem veritatis? Laudata testimonia neque te juvant, nec mihi adversantur. Eusebius ait, Ebionitas Sabbatum observare, etjamve cum Christianis Dominicam. Quid inde? Nihil prorsus extundes, illis temporibus & tota Dominica vacatum, & ex præcepto. Nec te moveat, quod scripserit *Pari ratione*; Hæc enim non aliud significant, nisi *etiam* cum Christianis diem Dominicum recolunt in memoriam Resurrectionis. Quod si velis, Tω *pari ratione* indicari, quod eodem colerent modo Christiani, quo a Judæis Sabbatum; jam vidisti, quo excesseris ex supra posito Ratiocinio. Quid ait Theodoretus? *Diem Dominicum sanctificant sicut & nos*. Sed nullatenus profert, qua disciplina tunc Dominica dies coleretur. Nisi cæcis præjudiciis oppressus fuisses, tacuisses certe hæc tua argumenta. Subinde non memoro, quæ producis num. 20. ex Concilio Parisiensi an. 829. Penitus nihil ad rem sunt. Ajunt nimirum, *ex Apostolorum Traditione, imo ex Ecclesiæ auctoritate descendere, quod venerabiliter colenda sit Dominica dies*. Cariss. Plazza, incassum fatigaris. Jam nosti, & centies, quam Sancte scripserim de Cultu, nedum Dominicæ, sed & cæterorum Festorum. Monstrandum tibi

(*a*) Num. 18. (*b*) Lib. 3. Hist. Eccles. cap. 21. (*c*) Lib. 2. hæretic. fabular.

tibi est, primis tribus sæculis cessatum esse a servilibus & tota die, & ex præcepto. Quod neque monstrasti, nec monstrabis.

836. Unum nequeo tuum argumentum ab Auctoritate præterire. Fors senties, quantum tua adversus me præjudicia te a te alienum præstiterint. Num. 21. ex Lovaniensi editione S. Augustini Sermonem producis 251. Tom. X. qui apud Benedictinos est 280. in Appendice Tom. V. Siste, cariss. Plazza, siste. Si sapis, tace. Sed jacta est alea. Hunc optas Auctorem, pro te scribentem, mihi adversantem? Quod expetis, do; & lubentissime. At certissime Augustinus non est: estque ad minus IX. sæculi Scriptor; ut ex modo laud. PP. Benedict. colligitur, advertentibus, quædam in eo Sermone legi, ex Operibus Alcuini derivata, qui IX. sæculo vixit. Legisti hunc Sermonem? Impossibile id reor, nisi legendo dormires. Adtende, quid scripserit; & pœniteat te, exscripsisse; & multo amplius pudeat, approbasse. (*a*) „ Ideo Sancti Doctores Ecclesiæ de„ creverunt, *omnem gloriam Judaici Sabbatismi* in illam (Dominicam) „ *transferre*. (*b*) Observemus ergo diem Dominicam, Fratres, & sanctifi„ cemus illam, *sicut* antiquis *præceptum est de Sabbato*, dicente Legislatore „ (*c*) *A vespera usque ad vesperam celebrabitis Sabbata vestra*. Videamus, „ ne otium nostrum vanum fit; sed *a vespera diei Sabbati usque ad vespe„ ram diei Dominicæ* sequestrati a rurali opere, & ab omni negotio, soli „ divino cultui vacemus. " Sic quoque rite sanctificamus Sabbatum Domini, dicente Domino (*d*) *Omne Opus non facietis in eo*. Quid est, cariss. Plazza? Si somniando dumtaxat hunc ego laudassem Sermonem, nonne tu vociferando in tuo Opere; nonne tuus Collega a suggestu Neapoli, non decies, non centies, sed millies, conclamassetis Pritanium Hebræum, Ebionitam, Judaizantem? Et merito. Et approbas hujusce Sermonis voces? Absit, absit. Nec certe legisti: & quæ in tuo Opere ex eo videntur, aliena manu inducta sunt. Quis unquam credet, a Theologo Plazza, hanc probatam esse doctrinam, quod in Dominicam Apostoli *omnem gloriam Judaici Sabbati transtulerint*: quod in ea *omne* opus non fieret; ac proinde non cucinar le vivande, non viaggiar più di un miglio, non ignem accendere? *Tace ergo*, *cariss.* Plazza: *ne*, *quorum te inaniter sublevari credis*, *eorum testimoniis comprimaris*. (*e*) Verum, ne ullus in te supersit scrupulus, adverte, memoratum Auctorem haudquaquam Apostolis acceptum referre mandatum de vacando diebus Dominicis. En ejus verba (*f*): „ Sciendum est, Fratres carissimi, quod ideo *a SS. Patribus* constitutum „ est, & mandatum, ut in Solemnitatibus Sanctorum, & maxime in Do„ minicis diebus *otium* haberent, & a terreno negotio vacarent &c. "

837. Ais num. 22. „ Allatis testimoniis geminam rationem adnectimus. (*Te parum felicem*; *si*, *ut ab Auctoritate*, *ita a ratione argumenteris*!) „ Prima est: Festum intrinsecus aliquam vacationem ab operibus servili„ bus includit ex ipsis Naturæ, & fontibus rationis. " Idipsum profiteor, (*g*) Sed *aliquam vacationem*, ut vere scribis, non omnimodam, ac tota die. Te hic etiam anxium video, ut monstres, primis Christianis festam Dominicam diem fuisse. Jungamus dexteram: idipsum scripsi, (*h*) Riten-

 nero

(*a*) In fine n. 2. (*b*) Num. 3. (*c*) Levit. c. 23. (*d*) Ibid. 35. (*e*) Lib. 4. cont. Jul. cap. 12. 67. (*f*) Num. 1. (*g*) Sup. n. 808. (*h*) Cap. 1. pag. 302.

nero gli Apostoli ciò, che è di Legge di Natura ... E però stabilirono per Feste tutte le Domeniche dell' anno a cagione della santità di quel giorno. Prosequeris num. 24. „ Altera ratio evertens primum Argumen-„ tum Pritanii, est: Præceptum illud Exodi (*b*) *Memento, ut diem Sabba-„ ti sanctifices &c.* quamvis aliquo modo Cæremoniale sit, quo ad talem „ scilicet diem, & tali pacto observandum: est tamen quo ad substan-„ tiam præceptum naturale, & divinum, nos etiam Christianos comple-„ ctens... Enim vero Natura ipsa docet, oportere nos aliquando feriari „ ab operibus corporalibus, cum ut vacemus Deo.... tum etiam ut ali-„ quam remissionem demus famulis, & Operariis nostris. " Quam gemi-nam vocas rationem, una est; sed altera latius proposita. Relege supra (*b*) ubi omnia expensa sunt.

838. Frustra etiam laboras, cum opponis Caput 3. *de Feriis* (*c*) „ Li-„ cet tam veteris, quam novi Testamenti pagina septimum diem ad hu-„ manam quietem specialiter deputaverit; & tam eum (*sumptum pro die* „ *Dominico, qui suffectus est Sabbato*) quam alios dies Majestati Altissimi „ deputatos, necnon Natalitia SS. Martyrum *Ecclesia decreverit* observanda, „ & in his ab omni opere servili cessandum &c. " Incassum, inquam, laboras. Annon vides, quod Ecclesiæ deputet præceptum *ab omni opere servili cessandi?* Profecto autem, si id Apostolis acceptum crederet, dixisset honoris gratia, & urgentioris necessitatis: *Apostoli decreverunt*. Per transennam complanare hic animus est priora verba hujusce Capitis 3. *Licet tam veteris, quam novi Testamenti pagina septimum diem ad humanam quietem specialiter deputaverit*. Binæ mihi sunt Difficultatis Rationes: I. Haud quidem Novi Testamenti pagina septimum diem ad humanam quietem deputavit; quod unice ad veterem Legem pertinebat: & in nova, jam scimus, primam diem esse destinatam. II. Nullibi prorsus novi Testamenti Scriptura meminit, aut innuit saltem quietem diei Dominici. Qua igitur veritate Alexander 3. scripsit: *Licet tam veteris &c?* Dicam, quod sentio, salvo accuratiori judicio. Nomine *septimi diei* confusim *unum* intellexit diem ex septem hebdomadæ, sicuti *centesimus* significat *unum* ex centum. Reapse autem cum in Lege Veteri, tum in Nova, unus hebdomadæ dies festus erat, & est. Alexander vero ad Archiepiscopum fidelem scribens, jam probe noverat, intelligendum se esse, ut par est: Nempe quod unus dies festus erat Judæis, id est Sabbatum, postremus hebdomadæ: unus item hujusmodi dies Christianis, qui Dominicus est, & hebdomadæ primus. Et per hæc ad primam dubitandi rationem. Quo ad alteram vero: Cum ait: *Novi Testamenti pagina*, minime prorsus novi Testamenti Scripturam potuit intelligere, in qua nullibi innuitur, nobis festum esse Dominicum diem. Intellexit autem ipsam Apostolorum Legem, quæ ad novum pertinet Testamentum, & quam Traditione tenemus: ut proinde hic sit dilucidus eorum verborum sensus: *Licet tam veteris, a Moyse lata, quam novi Testamenti Lex, ab Apostolis, unum hebdomadæ diem ad humanam quietem specialiter deputaverit &c.* Nullum hic quoque vestigium est omnimodæ quietis toto die ex præcepto: neque hanc depu-

(*a*) Cap. 20. (*b*) A num. 808. (*c*) Lib. 2. Decretal. tit. 9. de Feriis.

deputat Legi Naturæ (quod optas ostendere) sed Ecclesiasticæ . Ait enim : *Ecclesia decrevit observanda* Festa , *& in his ab omni opere servili cessandum* .

839 Incalescunt scrupuli ibidem, & ais: „ Si præceptum abstinendi ab „ omni opere servili *era compreso nella parte Ceremoniale del Giudaismo*, *che* „ *restò abolita nel Cristianesimo* , ut ajebat Pritanius ; male fecisset Ecclesia „ designando nobis dies festos, & in iis præcipiendo , ut ab omni opere „ servili cessemus; Hac enim ex parte judaizare nos cogeret. “

840. Levitici cap. XXIII. imperavit Deus Judæis , ut cadentes spicas tempore messionis pauperibus relinquerent colligendas . Universim nunc Christiani idem Caritatis opus exsequuntur . Num hos omnes dixeris Judaizare? Apage insulsum commentum . (Innumera omittuntur istiusmodi exempla) Igitur redde teipsum tibi , & advertes, id esse *Judaizare*, cum ea peraguntur Judæis præcepta, ceu umbram futurorum, ob Christum venturum &c. Hanc quippe vocem *Judaizare* novimus in Apostolo Paulo (*a*) qui S. Petro dixit: *Quomodo gentes cogis judaizare*? quasi quod Petrus simulatione sua præseferre videretur, quod *qui credebant in Christum* , *sine illis veteribus sacramentis*, *salvi esse non possent* . (*b*) Cæterum alia Judæis data præcepta, quæ hujusmodi minime sunt; sed æquitati consentanea, ac Legi Naturæ; quis unquam, nisi scrupulis pressus , proferre ausus erit , etiamnum non posse , nisi Judaizando observari ? Istiusmodi est præceptum feriandi integro Festi die . Nimirum quod aliqua parte vacandum a servilibus sit, nedum naturali Legi congruit , sed exigitur (*c*). Item maxime eidem congruit (neque unquam ostendetur oppositum) quod tota die vacetur; tum ut prolixior suppetat hora cultui divino incumbendi ex supererogatione ; tum ob significandam æternam requiem , & omnimodam, quam speramus in Patria beata &c.

Cariss. Plazza , in hoc præsenti Cap. & superiori usque ad summum scrupuli tui incaluerunt . Si sapias, si serio adtendas , nequis non videre eos ex imo suffossos, extirpatos , eradicatos . Pœniteat igitur te, Pritanium voluisse infamare . Considera , precor : cum ad tribunal veneris Christi Jesus , tunc quidem ab omni procul pietate *scrutabitur Jerusalem in lucernis* (*d*) & justitias judicabit justissimus judex . Quanto magis calumnias ? *Sic enim profecistis in pejus ipsi errantes*, *& alios in errorem mittentes*, *qui vobis consenserint* ... *Errorem vestrum aliquando corrigite*. (*e*)

(*a*) Ad Galat. 2. (*b*) August. epist. 82. alias 19. (*c*) Vid. sup. n. 808. (*d*) Sophoniæ c. 1. vers. 12. (*e*) Lib. 2. op. imp. n. 224.

CAPUT III.

Decentissimum esse Dei Genitricis & Sanctorum Festa, splendide, atque hilariter celebrari.

PRITANIUS.

841. NOvam tibi aggeras pœnitendi materiam, scribens n. 1. „ Splendidos apparatus, & hilares pompas, quibus præcipua quædam „ Sanctorum Festa a piis Fidelibus celebrari solent, tangit, & castigat „ Pritanius. " Eamdem supra (*a*) instruis accusationem; ut plane hic temperare potuisses a renovandis calumniis. Non potuisti, ebullientibus scrupulis, & ebullient usque in finem.

842. *Quid est, quod loqueris, homo contentiose?* (*b*) *In iis etiam, quam vana dixeris, intuere* (*c*) meam doctrinam (*d*): Pieni i Santi di gloria nel Regno celeste, non han bisogno alcuno de' nostri lumi, nè delle pompe nostre terrene, *quando queste sien fatte per vanità, e per altri fini mondani*; potendo eglino solamente gradirle, qualora ne venga vera gloria a Dio colla riforma de' nostri costumi, e col muovere noi all' imitazione delle loro virtù. In hisce ea perpende: *Non han bisogno* (non delectantur) *de' nostri lumi, nè delle pompe nostre.* Haud quidem hæc *absolute* aversor, sed sub conditione, *quando queste siano fatte per vanità, e per altri fini mondani.* Quotiens autem ex interiori pietate veniant; tunc constanter affirmo, & pompas, & nostra lumina expetenda in sese esse, & Sanctis ipsis placere. *Potendo i Santi solamente gradirle, qualora ne venga vera gloria a Dio ec.* II. Disserens de Processione Corporis Domini, ajo (*e*): Pajono belle cose (quædam pompæ theatrales) alla gente mondana, ma non così alle persone sensate, che meglio intendono il fine di quella augusta funzione, ed amano divoti adobbi, ma non già quei, che fan perdere la Divozione. Audis, *che si amano i divoti adobbi*; & displicent solum pompæ theatrales, quibus nihil est cum interiori pietate? III. Biennio post editum libellum *Della Regolata Divozione*, videlicet Ann. 1749. alium edidi *Della pubblica Felicità ec.* Adtende, quid in eo scripserim, morti proximus, (*f*) agens de militia, quæ *Urbana* dicitur: Il vero motivo di avere queste apparenti truppe, dee esser quello di valersene nelle insigni solennità del Principe, *ed anche della Chiesa*. Bel decoro, che è di una Città il mirar allora la Cittadinanza in gala, ed in armi, divisa nelle sue schiere colle varie bandiere, attestare il suo giubilo per la felicità del Principe, *o la sua Divozione alle più riguardevoli funzioni del Cristianesimo*. Profecto autem isthæc pacifica cohors hac occasione suis igneis balistis etiam nitrato pulvere tonabunt. Ut videas, nequaquam Pritanio displicere hæc Fe-

(*a*) Part. 1. Cap. 13. vide & mea ibidem. (*b*) Lib. 4. cont. Julianum cap. 8. numero 48. (*c*) Ibidem cap. 1. numero 1. (*d*) Cap. 20. pag. 277. (*e*) Cap. 23. pag. 343. (*f*) Cap. 28. in fine.

Festorum adminicula *con apparati sontuosi*, *con bruciamento grande di cera*, *con musiche dispendiose*, *salve di mortaretti ec.* si fiant recto fine, vereque pio. IV. Si nihil horum scripsissem, validissima mihi esset Apologia, quam ipsemet de me producis: (*a*) „ Ludovicus Ant. Muratorius in quadam dissertatione olim edita (*b*) „ & ornatum Templorum, & diurnum in eis „ luminarium usum contra Ottium Calvinistam defendit. “ Qui fieri potuit, ut anno 1697. sanamdoctrinam tenerem, & an. 1747. oppositam in libello scriberem *Della Regolata Divozione*? (*c*) Quid ad hæc, carifs. Plazza, quid? *Castigatne Pritanius*, ut ais, *& haud æquis oculis adspicit splendidos apparatus*, *quibus præcipua quædam Sanctorum Festa a piis Fidelibus celebrari solent*? Audi nunc saltem, nunc saltem vide; quas pompas odit Pritanius, quos apparatus: videlicet eos, *che si fanno per vanità*, *e per altri fini mondani*; eos, inquam, a quibus omnis exulat interior Pietas. *Usque adeone surdus es*; *ut ista non audias? Usque adeo cæcus*; *ut ista non videas?* (*d*)

843. Considerentur mea, quæ tibi offendiculo sunt. Intellexisses omnino, nisi obfirmato animo esses *castigandi* Pritanium, eumque haud æquis oculis non aspexisses. En mea. Noi chiamiamo una gran Divozione il far delle strepitose Feste in onore de' Beati Servi di Dio, con apparati sontuosi, con bruciamento grande di cera, con Musiche dispendiose, Sonetti, salve di mortaretti; ed entra talvolta la gola anch' essa co i conviti ad accrescere l'onore a i Santi. Quid in hujuscemodi Festis averser, quid castigem, jam nosti: amplius audi. In Feste tali badiamo, *se l'umana concupiscenza* piucchè la divozione avesse luogo. Ciocchè i Santi desiderano da noi, già l'abbiam detto (id est interiorem Pietatem); mancando questo, può divenir la nostra divozione simile a que' razzi, che fan tanto lume e strepito per aria, e van poi a finire in nulla. Sentis, cultum me probare, carpere Cultores, Festa peragentes procul ab interiori Pietate? Et idcirco scripsi: *Mancando questo* (interior Pietas) *può divenire la nostra Divozione ec. In Feste tali badiamo ec.* Non igitur *absolute* profero, ejusmodi Cultum vere pium non esse; sed vere pius non erit, *mancando*, deficiente interiori Pietate. Audi Chrysostomum; tuisque scrupulis in eum impete, irrue, & si quid pejus; præ me enim durius scribit: (*e*) „ Propterea rogo vos; ut pro dignitate concessorum nobis donorum Festum celebremus (*audi*) non ut fores *coronemus*; sed ut animam *exornemus*: *neque ut aulæis forum obtendamus*; sed ut animam nostram *virtutis vestibus nitidiorem reddamus*: ut & spiritus gratiam capere, & prodeuntes inde fructus percipere possimus. “

844. Cæterum, carifs. Plazza, quod asserui, priores me scripserunt omnes hi, quos adversus me congeris; ut plane hic videaris, quin oppugnare, potius vindicare Pritanium. Num. 4. de Machabæis scribens, ais: „ Festum Dedicationis novi Altaris celebrarunt (*f*) *in canticis*, *& cytharis*, *& cyniris*, *& in cymbalis*... *Ornaverunt faciem Templi coronis aureis*, *& scutulis &c.* “ Quid inde adversus me? Non castigo *absolute*, ut nosti, exterius Ecclesiæ ornamentum; cui nisi addatur pietas interior, est

(*a*) Part. 1. cap. 13. num. 5. (*b*) Differt. 6. Tom. 1. Anecdotorum a pag. 178. (*c*) Relege sup. Part. 1. cap. 13. (*d*) Lib. 2. op. imp. num. 222. (*e*) Homil. 89. in Pentecost. (*f*) Lib. 1. Machab. cap. 4. vers. 54. 57.

est mihi pietas superficialis. Profecto (*a*) *i nostri lumi, e le nostre pompe terrene potranno gradire i Santi, qualora ne venga gloria a Dio colla riforma de i nostri costumi.* En, quam exigo, interiorem Pietatem. Reapse autem Machabæi exteriorem ornatum interiore perfecerunt. (*b*) *Et obtulerunt sacrificium secundum legem. Et cecidit omnis Populus in faciem, & adoraverunt, & benedixerunt in cælum eum, qui prosperavit eis.* Quid autem, si Machabæi solertissimi quidem in ornando Templo exteriori illo apparatu, nullus in templo cordis pius in Deum exarsisset affectus; sed dumtaxat id fecissent *per vanità, e per altri fini mondani?* Audissent certe Deum sibi dicentem: (*c*) *Neomenias, & Sabbatum, & festivitates alias non feram....: Solemnitates vestras odivit anima mea.* Super quæ a Lapide ex persona Dei Judæos alloquentis: „ Quia in externis illis sacrificiis omnem sanctitatem „ ponitis; atque internam, quæ vera est, negligitis. " Sed & (*d*) „ Philo Judæus in libro de Cherubimis queritur suos, hoc est Judæos, nihil in Festorum celebritatibus aliud persequi præter remissionem, hilaritatemque corporis, epulas, commessationes, lateque in hoc loco spatiatur. " Num. 6. & 7. adversus me producis SS. Carolum Borromæum (*e*) ac Leonem (*f*) sed fatigaris incassum. Potissimum enim, quod hi peroptant in Festis, est Pietas interior; & ut ait Leo: *Nonne dignum est ut anima Christiana, quæ verum, vivumque Dei templum est, speciem suam prudenter exornet?*

845. Accedat demum Plazza, vindex Pritanii, & præ quovis alio validior Apologista. Vidimus jam (*g*) tibi haudquaquam probari exteriores apparatus in Festis, nisi interior accesserit cordis. Adtendamus, quid in hoc præsenti Cap. scripseris, mihique subscripseris. Num. 12. ais: Ecclesia musicos concentus fieri sinit; „ ut hoc pacto ad Templa Fideles alliciat, abducatque ab iis voluptatibus, quibus fas non est oblectari. „ Nos tantum jubet, dum ad Templa, musicis concentibus adlecti, accurrimus, in iis orare, aliqua pia opera non omittere, cujus rei caussa potissimum instituta sunt Festa. " Euge, mi Plazza, euge: supra humanam fidem vindicas Pritanium; dum pompis exterioribus necessariam exigis cordis Pietatem: & adeo necessariam; ut asserere non remoreris, quod idipsum jubeat Ecclesia. (Ubinam lateat hoc præceptum, ignoro) *Ecclesia jubet*, ais, *dum ad Templa musicis &c.* Annon vides, eadem esse hæc tua: *orare, aliaque pia opera non omittere; cujus rei caussa potissimum instituta sunt Festa*; eadem, inquam, esse, ac mea: (*h*) Potendo i Santi solamente gradire i nostri lumi, e le nostre pompe terrene, qualora ne venga vera gloria a Dio colla riforma de' nostri costumi &c? Amicas jungamus dexteras, qui eadem sapimus. *An quid prius dixeris, forțassis oblitus es? Gratulandum est oblivioni tuæ, qua verum compelleris dicere.* (*i*)

846. Scribis num. 8. „ Quid tandem dicendum de conviviis, quæ mordacius carpit Pritanius? " Quo excedis, cariss. Plazza? Quo prætervolas?

(*a*) Cap. 20. pag. 277. (*b*) VV. 53. 55. (*c*) Isaiæ cap. 1. (*d*) Apud Petav. lib. 14. de Incarn. num. 9. (*e*) Concil. V. Mediolan. Titulo de iis, quæ ad dies Festos pertinent. (*f*) Serm. 5. de Quadrag. cap. 7. (*g*) Sup. 1. Part. cap. 13. n. 316. (*h*) Cap. 20. pag. 277. (*i*) Lib. 2. op. imp. n. 216.

las? Ad agapas usque longa vetustate corrosas, fulminibus Ecclesiæ incinefactas? In nihilum abiere. Audi Apostolum Agaparum incommoda aversantem (*a*): *Et alius quidem esurit, alius autem ebrius est. Numquid domos non habetis ad manducandum? Aut Ecclesiam Dei contemnitis, & confunditis eos, qui non habent? ... In hoc non laudo*. Sanctissima isthæc disciplina, ex Apostolico ævo veneranda, mutuæ Caritati fovendæ utilissima, alendisque pauperibus apprime propria, in ipsomet principio, hominum malitia, nequitia Dæmonis, pati deliquium incepit; ut merito Paulus ea scribere cogeretur. Subinde in pravum succrescentes agapas, Laodicena Synodus abscidit, & Carthaginensis III.

847. In tui patrocinium Petavium advocas (*b*), sed audi scribentem (*c*) meis consimilia: „ Pari studio, ac vigilantia in id incubuerunt Ecclesiæ Præpositi; ut solemnes Martyrum, aliorumque Sanctorum dies, „ quos lætos, ac celebres agi vetere apud Catholicos ritu consuevisse, „ sup. notavimus, pie, ac religiose traducerentur, *luxu omni, & petulantia circumscripta*, quæ paullatim irrepsit; & laudabilem usum flagitiosa, „ & intolerabili corruptela contaminavit. " Armatos subinde ait præclaros Præsules, sacrasque Synodos ad ea exterminanda.

848. Age, carifs. Plazza: In medium veni, & ab hisce scrupulis tuum Pritanium vindica insuperabiliter. Scribis num. 17. „ Hujusmodi certe „ festiva convivia, dum *intra temperantiæ*, ac *sobrietatis limites* se continuerunt, nedum permissa, sed & probata sunt a Patribus. " Et num. 22. „ At non idcirco sugillandi sunt ii, qui in Sanctorum solemnitatibus, ut *spiritualis lætitiæ* manifestiora signa edant, *fovendamque caritatem*, in privatis ædibus, sibi & suis Domesticis, vel amicis, *sobria*, & „ moderata convivia parant. " Jungamus iterum dexteram, qui eadem scribimus. Approbas quidem convivia, sed *sobria*, & quæ ad *caritatem fovendam* dirigantur. Abominaris igitur ea, quæ a sobrietate deficiunt, & caritati adversantur. Item ego ea dumtaxat carpo convivia, in quibus *entra la gola anch' essa ad accrescere l' onore a i Santi*. Jam nosti, quid sibi velit Tω *entra la gola*; nimirum hæc inimica est sanctæ sobrietatis; necnon caritati adversatur, quam gulosus erga seipsum saltem tenetur habere. Certe, carifs. Plazza, tu ille es verus Achilles, cujus lancea, ut fabulantur Poetæ, & vulnus infligeretur, & sanaretur simul. Scrupulosis præjudiciis tuis ad internecionem usque famam meam persequeris: at sæpius, me tu miseratus, validissime vindicas a tuis calumniis.

849. Exempla producis num. 18. & 20. SS. Gregor. Magni, & Thaumaturgi, qui isthæc pia convivia conversis ad veram fidem permittebant. Nec unquam ipse *pia convivia* aversatus, sed impia dumtaxat, quæ laudati Sancti & aversati sunt, & aversarentur. Sed præstat audire Augustinum (*d*) „ Exposui eis, qua necessitate ista (convivia) in Ecclesia vi„ derentur exorta: scilicet post persecutiones tam multas, tamque vehe„ mentes, cum facta pace, turbæ Gentilium in Christianum nomen ve„ nire cupientes, hoc impedirentur, quod dies festos cum idolis suis so„ lerent in abundantia epularum, & ebrietate consumere; nec facile ab „ iis

(*a*) 1. Corinth. 11. 20. (*b*) Lib. 14. de Incarn. cap. 12. num. 19. (*c*) Ibid. cap. 14. num. 9. (*d*) Epist. nunc 29. num. 9.

„ iis perniciosissimis, & tam vetustissimis voluptatibus se possent abstine-
„ re: visum fuisse majoribus nostris; ut huic infirmitatis parti interim
„ parceretur, diesque festos post eos, quos relinquebant, alios in hono-
„ rem SS. Martyrum vel non simili sacrilegio, quamvis simili luxu ce-
„ lebrarentur: jam Christi nomine conligatis, & tantæ authoritatis jugo
„ subditis, salutaria sobrietatis præcepta traderentur; quibus jam propter
„ præcipientis amorem, ac timorem resistere non valerent. Quo circa
„ jam tempus esse; ut qui non se auderent negare Christianos, secun-
„ dum Christi voluntatem vivere incipiant: ut ea, quæ, ut essent Chri-
„ stiani, concessa sunt, cum Christiani sunt, *respuantur*.

850. Hæc scrupulis tuis eradicandis, plusquam satis, sed neutiquam mihi. Relege mea, quæ injuste omnino persequeris. Ed entra talvolta (*talvolta* dico, non autem *semper*) la gola anch'essa co i conviti ad accrescere l'onore a i Santi. In Feste tali badiamo, se l'umana concupiscenza piucchè la Divozione avesse luogo. Hæc mea esse credidisti; sed crasse deceptus: sunt Tridentini (*a*) in compendium laudati. Adtende. „ Et Sanctorum celebratione, ac Reliquiarum visitatione homines *ad com-*
„ *messationes*, atque *ebrietates* non abutantur; quasi *festi dies* in honorem
„ Sanctorum per luxum, ac lasciviam agantur. " Quæ omnia per mea expressi *Gola* & *Concupiscenza*. Audi etiam Bernardum (*b*): „ Videre est
„ tamen hodie multis in locis non sine multa ambitione, & *commessatio-*
„ *ne* præsentem diem honorari. Honorari, an dehonestari dicam? ipsi vi-
„ derint, qui hæc agunt. Ipsorum est enim hujusmodi celebritas, non
„ Sanctorum: quod sibi libet, faciunt, non quod Sanctis. " Num audebis sub larva Pritanii Tridentinis Patribus insultare, & Bernardo?

851. Percipis, quo æquitatis jure de me *scribilles*? (barbara vox, sed ad rem) Nempe num. 26. „ Agere debuerat bonus Christianæ Devotio-
„ nis moderator, non antiquos Ecclesiæ mores sugillare, & carpere; sed
„ eos recte, & utiliter adhibendi modum edocere; illudque saluberri-
„ mum Apostoli consilium inculcare (*c*) *Sive ergo manducatis, sive bibitis,*
„ *sive aliud quid facitis: omnia in gloriam Dei facite*. " Et plane nequibam hoc Apostoli Præceptum (non consilium) inculcare pro eis conviviis, in quibus *entra la gola*; hujuscemodi enim opera, utpote mala, minime possunt in Deum referri; sicuti nequis tu hoc tuum adversus me Opus dirigere in Deum; quippe quod a capite ad calcem nocentibus scrupulis, calumniisque infartum est. *In hoc te plane laudo, quod veritatem, etsi nunquam percepisti, certe quam putasti, homini* (Pritanio) *prætulisti: ideo quidem temere, quia existimasti scire, quod nescis*. (*d*) Neque alia mihi suppetit via, ut tuas excusem calumnias; Existimasti veros errores in meo libello legere; sed præjudiciis deceptus, mare terram credidisti.

(*a*) Sess. 25. de Invocat. (*b*) In festo omn. Sanct. n. 9. (*c*) 1. Corinth. 10. 31.
(*d*) Aug. lib. 4. de orig. anim. cap. 1. num. 1.

CAPUT IV.

Non Fidelium in sacras Imagines nimiam Pietatem, sed Saracenorum, Hebræorum, aliorumve perditorum hominum impietatem, ac malas artes, Iconoclasticæ hæresi caussam præbuisse.

PRITANIUS.

852. DIc sodes, dilectiss. Plazza, quare scribis in Titulo: *Nimiam Pietatem*, & non potius, ut asserui, *Excessus*, & *abusus*? Diversissima quippe sunt: *Excessus, & abusus Fidelium caussam præbuisse Iconoclasticæ hæresi, & Nimiam Pietatem Fidelium eamdem caussam præbuisse*. In primo effato nil Theologici mali est, maximum in altero. Num fors volueris (ut ex more facis) in invidiam trahere, & adnumerare Iconoclastis, cum scribere me, ais, quod nimia Fidelium Pietas hæresi eidem caussam præbuerit? Si hæc de te mentem subierint meam, condona: *Timeo Danaos*. Verum præ te longe æquior in meos adversarios, & crudelissimos, idipsum de te non sentio. Reor quippe nomine *Nimiæ pietatis* intelligere te voluisse *immoderatum cultum*, & *exorbitantem Devotionem* (a). Edisce, semper Proximum excusandum, quando minima etiam aperitur via: licet de te, mihi infensissimo, plures urgeant rationes, oppositum suspicandi.

853. Age: Proferantur mea, quæ binos hic in te scrupulos excitarunt. Gli abusi ed eccessi, a quali si giunse nel culto di esse Immagini ne' Secoli antichi, e de' quali fa menzione il Fleury nella sua Storia Ecclesiastica, cagion furono, che altri si precipitassero nel contrario eccesso, e volessero estirpar questi *lodevoli Oggetti* della Pietà Cristiana; onde nacque l'eresia degli Iconoclasti. Anche oggidì i Russiani, gli Abissini, ed altri Popoli Cristiani fan quasi consistere il nerbo maggiore della loro Religione nella venerazione ed uso delle Sacre Immagini, mettendo in esse la loro maggiore fiducia con altri eccessi, che non importa riferire. Nella illuminata Religione Cattolica non ci dovrebbe già essere, chi formasse la sua principal Divozione in venerare, ed ornar le Immagini, in creder ivi presenti i Santi, ed in isperar da questo culto l' eterna sua salute: senza riflettere, che quando si trascuri quella soda e primaria Divozione che abbiamo accennato ne' primi Capitoli, superfiziale sarà questa altra Divozione, e potrebbe anche divenir superstiziosa.

854. Profers ista n. 1. quæ tuo uni Ratiocinio ceu *Antecedens* deserviant; cui num. 2. Conclusionem adnectis [*risum teneatis amici*?) Ais: „ Idoneum exordium, quo & pii Fideles a sacrarum Imaginum cultu sensim retardentur; & nostri temporis Iconoclastæ Catholicos insultandi ansam arripiant. “

(a) Ut ais num. 8. & 29. (b) Cap. 23. pag. 334.

855. Papæ! quod Ratiocinium, adamante æternitati insculpendum! Dic mi Plazza; ad quem ex quatuor perfectis modis primæ Figuræ Syllogisticæ reducendum existimes? Solus id vales indicare, cui soli datum est hoc pacto disserere. Verum quo ratiocinio evincis, quod ex hisce meis colligatur: *Pios Fideles retardari a cultu Sacrarum Imaginum; & ansam Novatoribus dari insultandi Catholicos?* Hoc tibi enixius monstrandum erat; ut merito Pritanium conclamares impium Sacrarum Imaginum Reformatorem. Etenim in meis, a te productis (in quibus nomino Sac. Imagines: *Lodevoli Oggetti della Pietà Cristiana*) tam continetur Conclusio, a te subillata, quam aqua in igne, in terra stellæ. Et tamen nihil penitus momenti producis ad id probandum: sat tibi est pro omni probatione cerebri tui commentum calumniosissimum. Noli igitur de me conqueri, quod sæpius tibi cum Augustino reponam: *Aut calumniaris; aut nescis, quid loquaris.* (a) Quid rei est hoc? Abyssinos, ipsos quidem semi-Hebræos, Etherodoxos: Ruthenos quoque, sive Moschovitas, ipsos quidem Acatholicos, pluribus studiose vindicas adversus me, tuumque Raynaudum, a num. 2. ad 7. ab impacto errore circa cultum Sac. Imaginum: impetis item in me, ut deceptum monstres in facto historico (b) & id, in quo tibi erat studiosissime adlaborandum, alto silentio premis? Cur non contendis monstrare, quod Pritanius *pios Fideles retardet a cultu Sac. Imaginum, & ansam det Novatoribus Catholicos insultandi?* Quid rei est hoc; ut tam pius sis in Acatholicos in semi-Hebræos, & tam non pius in Sacerdotem Catholicum, & Pietate clarum, & sapientia nulli secundum? An tibi pestilentior est Pritanius præ Abyssinis, præ Ruthenis? Monstrandum fuisset, quod omittis. Annon vides? Annon sentis, quanto ferveat calore æstuantissimo Animus tuus adversus me, ut plane id advertentes cordati omnes, omnem cogantur fidem suam tibi denegare? *Puto, quod non usque adeo cordis in vobis prævalet surditas; ut vos hæc tanta erubescere non compellat absurditas.* (c)

856. Qui mihi intolerandum affingis absque ullo prorsus probationis momento, sat superque est reponere: *Calumniaris.* Verum, ut æternum pudeat te, accipe quam sana, quam vera sit fides mei Libelli; quæ certe alia non est nisi Catholica Tridentini (d) in Parallelum disposita.

TRIDENTINUM	PRITANIUS
SESS. XXV.	CAPUT XXIII.
De invocatione, veneratione, & Reliquiis Sanctorum, & Sac. Imaginibus.	*Della Divozione alle Reliquie, ed Immagini de' Santi.*
I.	I.
„ Sanctorum quoque Martyrum, „ aliorumve sancta *Corpora*, quæ vi-	Insegnamento della Chiesa Cattolica si è, che le Reliquie de' Santi me-

(a) Lib. 1. op. imp. num. 42. (b) A num. 9. ad 30. de quo infra. (c) Lib. 2. oper. imp. n. 115. (d) Sess. 25. de Invocat. &c. (e) Pag. 330.

PRITANIUS.

meritano riverenza ed onore, per esser stati *ricettacolo dello Spirito Santo*; e perchè la Fede c'insegna, che que' medesimi Corpi saran *nell' universal risurrezione alzati* anch' essi *a participar della Gloria di Dio*.

II.

Altrettanto è da dire delle Sacre Immagini.

Pag. 333.

Tali Immagini meritano una venerazione religiosa.

III.

Noi non possiamo cogli occhi del Corpo rimirare quei Beati Servi di Dio, che stan godendo le delizie del Paradiso. *Li miriamo nelle loro Immagini;* e queste per cagion di quello, che *rappresentano*, sono degne di *rispetto*, e di un *culto religioso*.

IV.

Si dee nulladimeno avvertire, che questo onore alle Reliquie ed Immagini non cade sotto precetto; se non nelle funzioni Ecclesiastiche, ed in qualche determinato tempo ed occasione, in cui il non onorarle recherebbe scandalo. Sempre bensì è di precetto il non disonorarle, e non isprezzarle; perchè ne nascerebbe giusto sospetto, che si credesse ancora non dovuto onore a i Santi medesimi. Ma volesse Dio, che l' ignorante Popolo fosse ben istruito su questo punto, ed imparasse ciò, che la Chiesa Cattolica insegna, e nella medesima tutto il coro de' Dotti ha professato sempre, e professa contro le tante dicerie ed invettive degli Eretici.

TRIDENTINUM.

„ va membra fuerunt Christi, & „ *templum Spiritus Sancti*, ab ipso ad „ æternam vitam *suscitanda*, & *glo-* „ *rificanda*, a Fidelibus *veneranda* „ *esse*.

I.

„ Sacris Imaginibus debitum ho- „ norem, & venerationem impar- „ tiendam.

III.

„ Honos, qui Imaginibus exhibetur, „ refertur ad Prototypa, quæ illæ *re-* „ *præsentant;* itaut per Imagines, quas „ osculamur, & coram quibus caput „ aperimus, & procumbimus, Christum „ *adoremus*; & Sanctos, quorum illæ *si-* „ *militudinem* gerunt, *veneremur*.

IV.

TRIDENTINUM.

„ Illud vero diligenter doceant
„ Episcopi, per historias Mysterio-
„ rum nostræ Redemptionis, pictu-
„ ris, vel aliis similitudinibus ex-
„ pressas, erudiri, & confirmari Po-
„ pulum in articulis Fidei comme-
„ morandis, & assidue recolendis;
„ tum vero ex omnibus sacris Ima-
„ ginibus magnum fructum percipi,
„ non solum quia admonetur Popu-
„ lus beneficiorum, & munerum,
„ quæ a Christo sibi collata sunt;
„ sed etiam quia Dei per Sanctos
„ miracula, & salutaria exempla
„ oculis Fidelium subjiciuntur.

PRITANIUS.

V.

Non si può negare, e ce lo insegna l'esperienza, che la gente rozza non sa concepir le verità specolative; i Libri non son fatti per loro; e a muoverli ci vogliono oggetti materiali, e che cadano sotto la vista e l'udito. Le sacre Immagini, chiamate perciò da S. Gregorio il Grande, *Libri degl' ignoranti*, furono in uso anche ne i primi secoli della Chiesa, e riconosciute per *utili*. Eccitano queste la Divozion del Popolo, ed altrettanto fanno i Sepolcri de' Santi, e le lor sacre Reliquie, ed altre cose pie e divote. E quantunque, come ho detto, alle persone di miglior sentimento non occorrano somiglianti sensibili ajuti, per sollevare i loro pensieri a Dio, pur sovente anche la lor Pietà prende moto, o moto maggiore da questi oggetti esteriori, come è il veder le sacre funzioni della Chiesa, eseguite con tutta Maestà e Divozione, e il visitar que' Templi, dove si conservano le indubitate sacrate ossa de' Santi. Certamente anche le persone per ingegno o per santità eminenti al mettersi in orazione davanti alla sacra Immagine di Gesù crocifisso, sentono ajutata la lor fantasia da quel piissimo oggetto, e commossa la mente ai santi pensieri ed affetti.

VI.

„ Non quod credatur inesse ali-
„ qua in Imaginibus divinitas, vel
„ virtus, propter quam sint colen-
„ dæ, vel quod ab eis sit aliquod
„ petendum; vel quod fiducia in
„ Imaginibus sit figenda, veluti olim

VI.

Ora tanto gl' intendenti, che gl' ignoranti, debbono apprendere e ben considerare, qual sia la Dottrina e l' intenzion della Chiesa nella venerazion delle Reliquie e delle Immagini, ed in altre sensibili inven-

PRITANIUS. | *TRIDENTINUM.*

venzioni della Pietà. Cioè non si ha da fermare il pensiero e culto nostro nel materiale di questi pii oggetti, ma si dee alzare a Dio, e a quei Santi, che essi rappresentano agli occhi esterni, ed alla nostra fantasia. Le Reliquie de' Santi altro, considerate in se stesse, non sono, che materia terrena. Le immagini, che un aggregato di colori, se dipinte sulle tavole o sulle tele, o pure oro, argento, marmo, legno, o stucco, se formate in istatue. Ciò, che è materia, non è già degno di culto alcuno; e chi l'adorasse, e venerasse come tale, commetterebbe Idolatria. Per questo indebito culto veggiamo condennati nelle divine Scritture, e nell' antica e nuova Legge, i Pagani; perchè veneravano non solo false Deità, ma anche i lor Simolacri, lavori delle mani degli Uomini.

Sicchè noi prostrati a i Sepolcri de i Santi, e davanti alle loro Reliquie sacre ed Immagini, dobbiamo ben ricordarci, che ivi non è il Santo, ch'esse o ci ricordano, o rappresentano. L'anima di esso è in Cielo, tutta beata per la visione di Dio, fonte di ogni bellezza, bontà, e verità. Colà dunque han da volare i nostri pensieri, le nostre preghiere, i ringraziamenti nostri, e non già fermarsi nell'insensata materia. Così allorchè veneriamo, o baciamo la Croce Santa, o facciamo orazione davanti all' Immagine sacra del Crocifisso, sapendo, che ivi non è il benedetto Signor nostro Gesù, ma bensì in Cielo alla destra del Padre, s' ha da sollevar la nostra Divozione fin colà, per adorarlo, e raccomandarci a Lui: Di maniera che tali Immagini, con tutto che meritino una

„ fiebat a Gentibus, quæ in Idolis
„ spem suam collocabant; sed quo-
„ niam honos, qui eis exhibetur,
„ refertur ad Prototypa, quæ illæ
„ repræsentant.

„ Coram quibus procumbimus.

S. Gregorius M. (epist. 111. l. 7.)
„ Aliud est picturam adorare, aliud
„ per picturæ historiam, quid sit
„ adorandum, addiscere. Nam quod
„ legentibus Scriptura, hoc Idiotis
„ præstat pictura cernentibus.

„ Honos, qui eis exhibetur, refertur
„ ad Prototypa, quæ illæ repræsentant.

VII.

TRIDENTINUM.

PRITANIUS.

venerazione religiosa non per se, ma per quel, che rappresentano, pure han da servire unicamente d' eccitamento alle suppliche nostre, per salir fino al Cielo, e trovare nel seggio della sua Beatitudine celeste l' umanato Figlio di Dio. Questo è il gran divario, che passa fra l' Immagine di Cristo crocifisso, e il Sacramento dell' Altare. Sa ogni Fedele, che in questo ultimo sta personalmente, e realmente Cristo; e però ivi ha da terminare allora la nostra adorazione e preghiera; laddove non contenendo la sola Immagine del Crocifisso se non una somiglianza del Salvatore, noi non dobbiamo pregar quella somiglianza, ma bensì l' originale, che sta glorioso in Cielo.

VII.

„ Non quod credatur inesse aliqua in iis Divinitas, vel virtus, „ propter quam sint colendæ; vel „ quod ab eis sit aliquod petendum; „ vel quod fiducia in Imaginibus sit „ figenda...

VII.

Nella illuminata Religion Cattolica non ci dovrebbe già essere, chi formasse la principal sua Divozione in venerare, ed ornar le Immagini, in creder ivi presenti i Santi, ed in isperar da questo culto l' eterna sua salute.

VIII.

„ Illud vero diligenter doceant „ Episcopi Populum... ad Sanctorum „ imitationem, vitam, moresque suos „ componant; excitenturque ad adorandum, ac diligendum Deum, & „ ad Pietatem colendam.

VIII.

Senza riflettere, che quando si trascuri quella soda e primaria Divozione (cap. ult. pag. 369.) ricercata nel Cristiano dalla sua professione, che consiste principalmente nell'Amore di Dio e del Prossimo; e questo Amore ha da essere più di fatti, che di parole; e però palesarsi col fuggire il male, che tanto dispiace a Dio, e con eleggere il bene comandato e consigliato da esso Dio; superficiale sarà questa altra Divozione, e potrebbe anche divenir superstiziosa.

857.

857. Expressiorem exigis in Pritanio Doctrinam, saniorem, sanctiorem? Neutiquam certe ex ista *pii Fideles a sacrarum Imaginum cultu sensim retardabuntur; & nostri temporis Iconoclastæ Catholicos insultandi ansam arripient*. (a) Si sana est doctrina, si absque involucris expressa, quid caussæ fuit, ut si quid perplexi esset (certissime non est) in hoc meo Capite 23. ad eam apertam doctrinam emendares, intelligeres, explicares? Benignissime explicas *anomalias* Pietatis in cultu Sac. Imaginum Abyssinorum, Ruthenorum: & Sacerdotis Catholici dilucidos sensus, vereque pios, per calumniam atra circumfundis caligine Scrupulorum! Tuis scrupulis maluisti ostium aperire, quibus excæcatus, summam amaveris mihi invidiam conflare. Imposterum prius *aperi oculos, & lege; & noli tanquam cæcis aliud pro alio velle supponere*. (b)

858. Age tamen: Consideremus mea, quæ carpis. Gli abusi ed eccessi, a quali si giunse nel culto di esse Immagini ne' secoli antichi ... Cagion furono, che altri... volessero estirpar questi lodevoli oggetti della Pietà Cristiana. En ex his consecutionem legitimam: „ Igitur excessus „ arcendi sunt, fugiendi abusus in colendis sac. Imaginibus; vitandum „ insuper aliud impium extremum negandi omnem hujusmodi cultum: „ ita medium virtutis tenendo perseverent *questi lodevoli oggetti della Pie- „ tà Cristiana*. " Hæc tibi necessario erat subinferenda Conclusio ex meis: excusandus tamen es, qui præjudiciis detentus, nec mea percipere voluisti, nec tua. O millies bone: quotiens Libri, Concionatores, tumet, in abusus invehuntur quorumdam Fidelium circa usum Sacramenti Pœnitentiæ &c. vel in discussione conscientiæ, vel in concipiendo vero dolore, firmoque proposito? Nonne rideres scrupulosum hominem tibi opponentem: „ Hoc pacto a tam salubri sacramento remorantur Fideles, novis- „ que Asacramentariis via aperitur Catholicos insultandi? " Tu iste es Scrupulosus; qui nesciens, quid loquaris, ex quo dixerim *gli eccessi e gli abusi* in Cultu Sac. Imaginum *ne' secoli antichi*, cæco impetu ejacularis adversus me, quod ex mea Doctrina *retardentur pii Fideles a cultu Sac. Imaginum, & Novatoribus ansa detur insultandi Catholicos*. Æternum apage inconsultissimos scrupulos!

859. At ubinam gentium sumus? Quam adversus me instruis, accusatio verius impetit Tridentinos Patres (c); en verba: „ In has autem sanctas, „ & salutares observationes si qui *abusus* irrepserint, eos aboleri S. Syno- „ dus vehementer cupit; itaut nullæ *falsi dogmatis* Imagines, & *Rudibus „ periculosi erroris occasionem præbentes* statuantur ... Omnis porro *supersti- „ tio*... in Imaginum sacro cultu tollatur; omnis *turpis quæstus* elimine- „ tur; omnis denique *lascivia* vitetur. " In istos Tridentinos Patres im- „ pete, cariss. Plazza, irrue, conclama, & vociferare, si audeas, quod *pios Fideles remorentur a Sacro Imaginum cultu; quod Novatoribus ansam præbeant insultandi Catholicos*.

860. Similiter scripsi: Nella illuminata Religion Cattolica non ci dovrebbe già essere, chi formasse la principal sua Divozione (*Principalem* dico, quam soli Deo debemus) in venerare, ed ornare l' Immagini, in cre-

(a) Ut numero 2. advers. me ais. (b) Lib. 2. Oper. imperf. num. 212. (c) Sæpe ced. sess. 25.

credere ivi presenti i Santi (Hanc execror Pietatem superstitiosam, qua Sancti in Cœlo regnantes, credantur præsentes in Imaginibus: quod Tridentinum dixerat: *Non quod credatur inesse aliqua in iis Divinitas, vel virtus, propter quam sint colendæ.*) Ed in isperar da questo culto l' eterna sua salute (*Si vis ad vitam ingredi, serva mandata* (*a*), incarnata Veritas jubet; neque alia est via. Si vera tamen sit in Sanctos Pietas, utilis quidem est; ut eo tendamus, quo pervenerunt) senza riflettere, che quando si trascuri quella soda e primaria Divozione, che abbiamo accennato ne i primi Capitoli, superficiale sarà questa altra Divozione, e potrebbe anche divenir superstiziosa. „ Et hic recantat, ais n. 1. Suum illud re„ conditum, & familiare documentum: *Quando si trascuri quella soda ec.* Pœnitendum ne tibi votum est, quod sæpe, sæpissime cantetur, recantetur sanctissima stropha: Che quando si trascura l' essenzial Divozione, ricercata nel Cristiano dalla sua professione, che consiste principalmente nell' amore di Dio e del Prossimo ec. (*b*) Num, inquam, pœnitendum votum erit hæc inculcare in Libello *Della regolata Divozione?* Vides saltem, quam præjudiciis tuis hallucinatus scripseris adversus me; ut hæc sanctissima recantari tibi displiceant. Certissime enim reor, inculcatum idem a te non centies, sed millies in Sacramento Pœnitentiæ, in Concionibus, in familiari allocutione. Pritanius *itaque redargui non potest; quia verum dixit: sed tu non intelligis, aut contra id, quod intelligis* (quod non reor) *asserere, quod falsum est, contentione conaris.* (*c*)

861. Alterum adversus me instauras accusationis Caput num. 8. „ Istam „ igitur, *ais*, Pritanii novam eruditionem, Iconoclasticæ hæresis origi„ nem ab immoderato sac. Imaginum cultu repetentis ... Ne earumdem „ Imaginum venerationem minuat, aut in suspicionem adducat, evertere „ satagentes, indubitatis monumentis demonstramus, primos istius hære„ sis Auctores, instigatores, & administros, Semipaganos, Hebræos, Mau„ methanos, Manichæos, aliosque perditissimos homines fuisse. “

862. Siste, cariss. Plazza, siste. A Theologia ad Historiam volas! Pritanium in historica narratione irrides! Oh! utinam tacuisses. *Apparet, te propterea irrisisse, quod dixi; vel potius te irridere finxisse; ut his, qui te non intelligunt, videreris dicere aliquid, cum diceres nihil.* (*d*) Nosti, quis sit Lamindus Pritanius? Ludovicus Antonius Muratori est. Nosti, quanti valeat? Consule Europæ famam. Vir est omnigena litteratura instructissimus; sed in Historia nec ulli secundus, & inter plures excellentes Historicos indubitanter primus. Si ad centum annos viveres, neque ejus posses in Historia Libros evolvere.

863. Scripseram (*e*) Gli eccessi ed abusi, a quali si giunse nel culto di esse Immagini ne' secoli antichi, e de' quali fa menzione il Fleury nella sua Storia Ecclesiastica, cagion furono, che altri si precipitassero nel contrario eccesso, e volessero estirpare questi lodevoli oggetti della Pietà Cristiana: onde nacque l' Eresia degl' Iconoclasti. Novam irrides meam eruditionem; quia cum tribuenda esset Iconoclasticæ hæreseos origo præstigiatoribus Hebræis, ut ais, necnon cuidam nomine *Beser*, ipse ad ex-

(*a*) Matth. 19. 17. (*b*) Cap. ult. pag. 369. (*c*) Lib. 2. op. imp. n. 100. (*d*) Lib. 2. op. imp. n. 98. (*e*) Cap. 23. pag. 334.

exceſſus recurro, & ad abuſus priorum ſæculorum. Hinc te nimis adlaborantem video (*a*) ut me deceptum monſtres. Ne defatigeris, precor: non eſt tanto labore digna hæc tua inquiſitio. Id omne mihi, quin tua opera indigerem, compertiſſimum erat. Legiſti unquam *Gli Annali d' Italia*, quos ſcripſi? (*b*) Adtende. „ Cominciò in queſto anno 726. Leone
„ Iſauro una tragedia, che ſconvolſe non poco la Chieſa di Dio, e poſe i fondamenti, per far perdere l' Italia agl' Imperadori Greci. Per
„ atteſtato di Teofane, di Niceforo, e di altri Storici, fra le Iſole di Jera, o Jeraſia per alcuni giorni il mare bollì furioſamente, uſcendo da
„ un Vulcano ſottomarino un fumo infocato, ed una immenſa moltitudine di pomici, che ſi ſparſero per tutta l' Aſia minore, per Lesbo, e
„ per le coſte della Macedonia, con eſſer nata in quel mare un' Iſola,
„ che ſi andò ad unire a quella di Jera. Anche a dì noſtri, cioè nell'
„ Ann. 1707. una ſomigliante Iſola ſorſe dal mare, poco lungi da quella di Santerine: ſopra il quale avvenimento abbiamo le oſſervazioni
„ del celebre Filoſofo e Cavaliere Antonio Vallisnieri. Per queſto naturale accidente fu grande lo ſpavento de' Popoli, anche a tempi di Leone Iſauro: ed un perfido rinegato per nome Beſer, che aveva abbracciata la ſuperſtizione degli Arabi, e ſi era poi introdotto nella Corte
„ Imperiale; ſe non prima, certo di queſta congiuntura ſeppe ben prevalerſi preſſo l' Imperadore, per fargli credere irato Dio contro de'
„ Criſtiani a cagion delle Immagini, ch' eſſi tenevano, e veneravano ne'
„ ſacri Templi. Abbiamo de i riſcontri, che veramente ſi foſſero introdotti degli abuſi nell' uſo e culto delle ſac. Immagini; come anco ſi
„ oſſervava ne' tempi addietro fra i Ruſſiani, o ſia fra i Moſcoviti, uniti
„ alla Chieſa Greca. Ma queſti tali abuſi non fecero, nè fanno, che per
„ cagion di eſſi ſi abbiano da abolir le ſteſſe Immagini; perciocchè, come han dimoſtrato Uomini di gran ſapere, l' uſo di eſſe Immagini,
„ e il culto ben regolato di quelle non ſolamente è lecito, ma rieſce
„ anche utile alla Pietà della Plebe Criſtiana e Cattolica. Ora Leone
„ Auguſto infatuato dalla gran penetrazione della ſua mente, e ſedotto
„ dal maligno Conſigliere, con uſurpare i diritti del Sacerdozio, pubblicò un Editto, contenente l' ordine, che foſſero vietate da lì innanzi,
„ e ſi toglieſſero tutte le ſac. Immagini per le terre all' Imperio Romano ſoggette: chiamando Idolatria l' adorarle, o ſia il venerarle. Tale
„ fu il principio dell' Ereſia degl' Iconoclaſti. Si iſthæc legiſſes, tacuiſſes certe tuam conſarcinatam, importunamque eruditionem in re tam obvia, cunctiſque perſpecta.

864. At unde nova illa eruditio, qua memoratæ hæreſis adſcribenda origo ſit exceſſibus etiam, & abuſibus in cultu ſac. Imaginum? *Nodum in ſcirpo quæris*. Adtende. Plerumque oculatiores Hiſtorici, in Factis referendis, eas ſolent circumſtantias adjungere, quæ conſimilibus ut plurimum evenerunt, & adveniunt. Qui diu acri meditatione Hiſtorias evolveram, & ſcripſeram, advertere pronum fuit, Primipilis errorum diſſeminatoribus in more poſitum eſſe, ut Hæreſes cupien-

(*a*) An. 9. ad 30. (*b*) Edit. an. 1744. 12. Tom. in 4. a Chriſto nato ad an. 1749. quos Germania ſuos ſuo idiomate fecit, itemve Gallia, ut audio.

tes intrudere, ac decipere incautos, ex abusibus, & excessibus primordia sumerent, si qui irrepsissent in veram Fidem; excessus enim exaggerando in aliquod Ecclesiæ dogma, dogmatis falsitatem subdole insinuarent. Ut antiquiorum temporum prætereamus exempla, plurima suppetunt in recentibus Novatoribus. Jam nosti, reor, quam validum ejs sit argumentum, quo subruere Fideles credunt, si excessus viderint in aliquod dogma irrupisse: tunc illos scribendo, prædicando, exaggerando, ipsummet dogma a vera Fide submovere conantur. Lutherus ipse ex abusibus in Indulgentiis indulgentias eliminare orsus est; ut merito de eo scripserit doctissimus Bossuet (*a*): Si oppose da prima agli *abusi* dell' Indulgenze, fatti da molti, ed agli *eccessi*, che n'erano predicati. Ma era troppo ardente, per restrignersi in questi termini: *dagli abusi passò ben presto alla stessa cosa.* Hæc mecum revolventi, verisimillimum visum est, Deceptores eos, qui Leoni persuadere nitebantur Sac. Imaginum eversionem, omnem movisse lapidem, ut id adsequerentur. Idcirco factum vidimus, ut, opportunitate arrepta inopinato erumpentis submarini Vulcani, iratum Deum Leoni insinuarent adversus Fideles ob cultum sac. Imaginum: & ut validius quid adderent, excedentem Cultum dixerunt, creaturis præstitum, proindeque Idololatriam. Jam vides, quam facillimum sit prudenter cogitare, quod Præstigiatores illi, ut fortius animum flecterent Imperatoris, excessus exaggerare non prætermiserint, in hujusmodi cultum jam intromissos, quique Leoni ipsi compertissimi erant. Igitur in Annalibus scripseram: & quod impiorum malitia indictum fuerit sac. Imaginibus bellum; itemque „ Abbiamo de i riscontri, che veramente si fossero introdotti „ degli abusi nell' uso, o culto delle sac. Immagini... Tale fu il princi- „ pio della Eresia degl' Iconoclasti. " In spirituali autem Libello *Della regolata Divozione*, Idiotis scribens, unum ex his protuli, quod ad rem erat, aliud tacendo non negavi. Num. 7. irruis in me, quod Fleurium falso laudaverim. Quinimo tibi tuis scrupulis non datur me percipere, vera scribentem Fleurium laudari dumtaxat quo ad excessus, & abusus, quos in cultu Sac. Imaginum irrepsisse, ille retulerat anterioribus annis anno 726. quo ex orco erupit Iconoclastica Hæresis. Relege mea (*b*) mente serena, & tacebis. At, cariss. Plazza, taceamus quisquilias: de momentosis disseramus: tu creando calumnias, ego absumendo. Etenim *quæris conviciando, quid dicas, sentiens te nihil validum dicere disputando.* (*c*)

C A-

(*a*) Tom. 1. Variar. lib. 1. num. VI. (*b*) Supr. numero 862. (*c*) Lib. 1. oper. imperfect. num. 79.

CAPUT V.

Sacras Imagines non ad ornatum, & memoriam, sed etiam ad venerationem, & cultum in Ecclesia adhiberi.

PRITANIUS.

865. ADversus agmina tua æternum stetit, stabitque Veritas, & Fama Pritanii. Etenim *necessarios articulos sermonis tui, quantum me adjuvat Dominus comprehendo, atque confringo; ut totum corpus victum jacere conspiciat, qui & illa tua, & hæc nostra perlegerit: præsertim quia illa, quæ a vobis multis modis repetuntur, etiam a nobis sæpe destructa sunt.* [a]

866. Igitur, ut ex Titulo liquet, eorum mihi appingis errorem, quos a num. 7. profers: videlicet Sac. Imagines retinendas dumtaxat *ad memoriam, & ornatum*. Reapse Iconoclastam prædicas me, in quantum earum inficior venerationem. Meam Fidem jam tenes (*b*) quæ ad amussim respondet Tridentino. Cæterum, ni Calumniator habearis, profer momenta, sed gravia, sed gravissima, quibus in eum errorem me impegisse demonstres; agitur quippe de gravissimo opprobrio affingendo sapientissimo Sacerdoti Catholico. Unum in tuo hoc Capite lego. Audiamus.

867. Ordiris Caput: „ Initio Capitis XXIII. fatetur Pritanius (*c*) Sa„ cras Imagines veneratione dignas esse, cultuque religioso. Sed in fine „ (*d*) postquam multa dixit, pro reformando Sac. Imaginum cultu (quæ „ nos subinde discutiemus) *Sacros Pastores monens ben istruire, e far bene* „ *istruire il Popolo ignorante della vera mente della Chiesa intorno alle sacre Im*„ *magini e Statue*. Ad hunc ipse scopum, non explicatissimum OEcume„ nici Trident. Concilii Decretum *de Imaginibus* profert; sed duos Con„ cilii Provinc. Moguntini perplexos Canones italice & latine describit, „ atque commendat. Quorum prior, nisi solerter & subtiliter explicetur, „ omnem Sac. Imaginibus adorationem, seu venerationem, & cultum „ denegare videtur. Non alio forte consilio, nisi quia in his Canonibus „ aliquid videre sibi visus est, quod suæ Reformationi conferat. " Hoc ratiocinium contrahatur. Monens Pritanius Sac. Pastores, ut Populum erudiant veram Ecclesiæ mentem circa Sacras Imagines, debuisset explicatissimam Tridentini doctrinam adferre. Id minime præstitit, sed binos protulit Canones Moguntinos; quorum prior, nisi subtiliter explicetur, omnem Sac. Imaginibus venerationem denegare videtur. Docet itaque Pritanius, retinendas Sac. Imagines ad memoriam solam, & ornatum.

868. Ut animum tuum consideres horribilibus præjudiciorum tenebris circumfusum, & oppressum, adtende. Annon satis erat tibi, sanam doctrinam meam ex omni parte cognoscere, dum sacros Pastores moneo, ut Populum doceant mentem Ecclesiæ? Si ad Ecclesiæ doctrinam appello, ipsi

(*a*) Lib. 4. cont. Julian. cap. 9. n. 53. (*b*) Sup. n. 964. & in superiori Appendice n. ult. (*c*) Pag. 330. (*d*) Pag. 343.

ipsi quidem subscribo; nec latum unguem ab ea me diffidere profiteor. Hæc quidem cuivis sufficiunt, neutiquam vero Scrupulosissimo Plazzæ. Age: quid exigis? Explicatissimum Tridentini Decretum mihi proferendum. Protuli; sed quod cæcus non videris, in culpa non sum. Ordior Cap. XXIII. Insegnamento è della Chiesa Cattolica. Audis? Vides? Isthæc *Chiesa Cattolica* Tridentinum est; ut liquet ex Parallelo (*a*). Insegnamento della Chiesa Cattolica si è, che le Reliquie de' Santi meritano riverenza ed onore... altrettanto è da dire *delle Sac. Immagini*. Noi non possiamo cogli occhi del corpo rimirare quei Beati Servi di Dio, che stan godendo le delizie del Paradiso. Li miriamo nelle loro Immagini, e queste per cagion di quello, che rappresentano, sono degne di rispetto e di un culto religioso. Cætera vide sup. loc. nunc laud.

869. Quid igitur caussæ fuerit, ut Mogunt. Canones producerem? Reponis n. 1. „ Non alio forte consilio, nisi quia in his Canonibus aliquid „ videre sibi visus est, quod suæ Reformationi conferat. " Vah putidissimos scrupulos! celebris Proximi famam, soli voci FORTE innixos, in infamiam trahentes. Produxi Canones ad rem meam. Plura differueram de irrumpentibus abusibus in Sac. Imagines: ut extirparem validius, eos adhibui, in quibus nimium expressa disciplina est in abusus; quæ eadem est cum ea Tridentini: continent item sanam, dilucidamve doctrinam circa Sac. Imagines: quam sane ex Tridentino expressisse, sat erat: sed utile ratus sum hisce Canonibus suffulcire. Annon consueverunt Theologi, Fidei dogmata ex Scripturis, & ex Traditione comprobata, etiam naturali ratione, si suppetat, commonstrare? Illi autem Canones eo laudabiliores sunt, quo prodierint quatuordecim annis ante quam Tridentinum compleretur, videlicet Anno 1549. habita est Synodus Mogunt. necnon si Parallelum instituatur inter eos ac Sessionem 25. *De Invocatione &c.* clarius apparebit, eos Tridentinum exprimendo confirmasse. En eos: Can. 41.

„ Imaginum autem usum, velut pro erudienda Plebe, & omnium animis excitandis utilem, in Ecclesiis nostris retineri mandamus: dummodo Pastores nostri Populum accurate moneant, Imagines non ad id proponi, ut adoremus, & colamus eas; sed, ut quid adorare, aut colere, aut quarum rerum utiliter meminisse debeamus, per Imagines recordemur. " Cætera omittuntur cum Canone 42. quippe quod, si Plazza audiatur, in hoc solo anguis lateat, ac venenum, nisi subtiliter explicetur.

870. Consideremus, num subtilis necessaria sit explicatio (ut ais ex Suario, & Vasquio) intelligendo Canoni; an ejus sensus obvius tam dilucidus sit, quam quod maxime. Docuit I. Tridentinum (*b*) licitum esse Imaginum usum: *In Templis præsertim habendas esse:* II. Per eas excitari, & admoneri Fideles ad spirituales fructus percipiendos: *Excitantur, que ad adorandum, ac diligendum Deum, & ad Pietatem colendam:* III. *Eis*, jubet, *debitum honorem, & venerationem impertiendam*. Sed isthæc haud quidem sunt crude, ut jacent, intelligenda. Etenim Imaginum venerationem etiam Ethnici ipsi præcipiebant. Explicant idcirco sese Tridentini Pa-

(*a*) Sup. n. 856. (*b*) Laud. sess. 25.

Patres: *Honos, qui Imaginibus exhibetur, refertur ad Prototypa, quæ illæ repræsentant*. Neque ajunt: *Pars honoris, qui illis exhibetur &c.* quasi quod & suus sit honor Sanctis, & alter Imaginibus. Unus, totusque honor ad Sanctos refertur. Exterior quidem veneratio nostra ad Imagines ipsas directa videtur: & quo ad hoc exterius signum, nullum discrimen est nobis, ipsisve Gentilibus. At nos Catholica Pietas urget; ut *coram Imaginibus caput aperimus, & procumbimus* (*a*) noster affectus interior trascendat eas, & ad Sanctos usque perveniat: „ *Ut per Imagines* .... coram quibus „ caput aperimus, & procumbimus, *Christum adoremus*; & *Sanctos*, quo„ rum illæ similitudinem gerunt, *veneremur*. "

871. In laud. item Canone Moguntino I. & II. admittuntur, quæ a Tridentino, nempe licitus usus sac. Imaginum; & quod Fideles excitent ad aliquod utile: *Imaginum autem usum, velut pro erudienda Plebe, & omnium animis excitandis utilem, in Ecclesiis nostris retineri mandamus*. Nulla hic obscuritatis umbra. Prosequamur, quæ, te judice, perplexa sunt. „ Dummodo Pastores nostri Populum accurate moneant, *Imagines non ad* „ *id proponi, ut adoremus, & colamus eas*. " En verba; quibus reputas, omnis, quod videatur, denegari sac. Imaginibus cultus, ac veneratio. Videamus. Quid sibi volunt primo intuitu ea: *Imagines non ad id proponi, ut colamus eas?* Nimirum, quod minime sit potissimus finis adhibendi sac. Imagines, ut eas veneremur. Idipsum enim Ethnicis ipsis etiam præceptum erat, suorum Deorum Imagines, ut adorarentur, proponere. Sana autem Fides eas quidem proponit, neutiquam propter ipsasmet; sed „ *ut per Imagines* Christum adoremus, & Sanctos veneremur. " Uno verbo: Prior propositio finem venerationis in Imaginibus sistentis significat: altera eas ceu *media* considerat, statuitque finem venerationis in ipso Christo, aut in Sanctis. Catholica ista, Idololatrica illa. Vides obvium sensum verborum Canonis Mogunt. quam apertus sit, quam planus? Immerito igitur scribis n. 3 ex Suario (*b*) cujus hæc sunt verba: „ Ver„ ba Conc. Mogunt. explicatione indigent. Nam quatenus in eis dicitur: „ *Imagines non ad id proponi, ut adoremus, vel colamus eas*, videntur con„ traria definitioni VII. Synodi. " Unum alteri comparemus; & evanescet commenta oppositio. En Moguntinum: *Imagines non ad id proponi, UT colamus eas*: en Synodum VII. *Imagines proponi*, ET *his honorariam adorationem tribui*; sicuti etiam ea Tridentini: *Imagines habendas*, ET *eis debitum honorem impertiendum*. Jam patentissimum Discrimen sentis inter utrumque effatum; ut minime prorsus contraria sint. In priori *causalis* sensus involvitur, *copulativus* in posteriori. Et quis est, qui non videat, quam longe diversa sint: *Imagines proponuntur*, UT *adorentur*, (quod falsum nunc vidimus) &: *Imagines proponuntur*, ET *sua veneratione sunt dignæ*, quod verissimum est. Certe falsum quis loqueretur *absolute* efferendo: *Christus ad id vult fieri præsens in Eucharistia, ut adoretur*: falsum, inquam; potissimus enim finis Christi, ut Missæ Sacrificium sit, quod instituit: tum ut suis se præbeat Fidelibus comedendum. At verum omnino esset: *Christus vult fieri præsens in Eucharistia, & adorari in eadem*.

872.

(*a*) Ut Trident. (*b*) Tom. 1. in 3. Part. disp. 54. sect. 5.

872. Quam igitur admisit Moguntinum sac. Imaginibus venerationem? Eamdem, quam docuit Tridentinum, dum ait: *Itaut per Imagines, quas osculamur, & coram quibus caput aperimus, & procumbimus &c.* Tacuit plane Canon ille exteriora signa Cultus; utpote quæ certo adhibeantur a Fidelibus, Sanctos venerantibus per Imagines. Reapse autem signa hæc exteriora Canone 42. expressit: „ Ut si forte ad Imaginem aliquam con„ cursus fieri, & homines ad ipsius Imaginis figuram respectum habere „ animadverterint. " Quid hæc? nisi eos Imaginem exteriori cultu venerari &c. quod dilucidius etiam expressit in *Institutione Christiana*, de qua infra. Hanc Moguntini doctrinam excepit Petavius (*a*) „ Quod unum „ ex Patribus, & Synodalibus decretis, quæ hucusque declarata sunt, ef„ ficitur, & existit: respondemus omnino, *nullum* Imaginibus Christi, „ vel Sanctorum adhibendum esse Cultum, qui illorum proprius sit, & „ absolutus: hoc est qui in figura ipsa vel picta, vel sculpta, & solida „ hæreat, ac consistat effigie.: verum omnem, quæ rite religioseque fit, „ adorationem, ac venerationem Imaginis, ad ipsam nonnisi scheticos „ (relative) pertinere: Proprie vero, ac præcipue, imo *unice* spectare „ Prototypum, quod nonnisi una cum Imagine sua adoratione colitur. "

873. Demum tibi, Suario, & Vasquio, implexos credentibus Moguntinos Canones, sapientissimum, ac Purpuratum oppono Pallavicinum, illorum vindicantem doctrinam a vestra oppositione, præformata a *Suavi*. En ejus verba (*b*) „ Chi parimente non abominerà la malignità di quest' „ uomo (*Suavis*) mentre egli narrando varj Concilj provinciali, tenu„ ti a quegli anni in Germania, e fra gli altri quel di Magonza, di „ cui pur confessa, ch' ei seguì con gran cura nelle cose diffinite la Dot„ trina del Tridentino, e nelle altre la sentenza più comune degli Sco„ lastici: ed osservando appresso, che ivi nel Cap. 41. e nel 42.... So„ no alcune parole non così acconce intorno all' adorazione delle Imma„ gini e de' Santi, ne arguisce mostrarsi da ciò: *Quanto fossero* (Suavis „ loquitur) *in que' tempi differenti le opinioni de' Prelati in Germania Cattoli„ ci da quelle della Corte Romana, e dalla pratica, che s' è introdotta dopo il „ Concilio Tridentino*. Primieramente perchè non cava egli più tosto un „ argomento contrario della perfetta concordia di quel Concilio Mogon„ tino con ciò, che poi diffinissi in Trento sopra tutti gli altri innume„ rabili e gravissimi Articoli? ..... E in ciò, che appartiene a que' due „ Articoli, chi sarà giudice tanto iniquo, che non intenda il Concilio „ provincial di Mogonza, aver quivi usate altre parole, ma non inse„ gnati altri dogmi da quelli, che insegnava Roma (vide, quam dilucida videatur Pallavicino doctrina, quæ vobis implexa apparet; ut scribere non dubitaverit: *Chi sarà giudice tanto iniquo ec.* quin recurrendum crediderit ad ejusdem Moguntini Christianam Institutionem, quod ei intelligendo reputas necessarium?) „ e che poi colla unione della Germa„ nia e delle altre Nazioni concordevolmente si decretarono in Trento? „ Non volle negare il Concilio Mogontino alle Immagini se non quel „ culto Idolatro, che è dannato nel medesimo Tridentino, e col quale „ gli

(*a*) Lib. 15. de Incarn. cap. 17. num. 6. (*b*) Lib. 11. cap. 4. num. 5. Histor. Trident.

„ gli Gentili professavano negl'insensibili Simulacri qualche interna divi-
„ nità. E mostrò di seguire anche l'opinione probabile tra gli Scolasti-
„ ci, che solamente l'esterior venerazione si riferisca all'Immagine, ma
„ l'interna alla sola Persona, quivi rappresentata. Il che si dichiara ivi
„ nel Cap. 42. ordinandosi, che il Popolo semplice sia avvertito *di non*
„ *dovere adorare le Immagini stesse, o porre in loro alcuna fiducia:* ove la se-
„ conda parte val di commento alla prima; nella quale senza dubbio non
„ s'intese di torre alle sacre Immagini il culto esteriore, ma l'interno,
„ come quel solo, che può essere regolato dalle istruzioni usate col Po-
„ polo semplice; laddove l'esteriore, per escludersi, avrebbe richieduti
„ altri modi. E ciò si conferma, prescrivendosi appresso, *che col parere di*
„ *Teologi e di Uomini dottissimi nell'antichità Ecclesiastica si dovesse levare, o*
„ *mutare qualche Immagine; quando si vedesse, che il Popolo avesse rispetto al-*
„ *la figura di lei, o le attribuisse quasi una certa opinione di divinità; facen-*
„ *dosi, che il Popolo non collocasse la fidanza in quella effigie corporale, quasi*
„ *la potenza di Dio e de' Santi fosse legata a far le grazie coll' opera di essa, e*
„ *non altrimente*. Questo dunque e non più è quello, che si proibisce
„ verso le sacre Immagini da quel Concilio. " Nullum igitur mihi sce-
lus, quod Moguntinos Canones laudaverim: neque ullum tibi momen-
tum, cui innixus, saltem probabiliter, valeas de me prædicare, quod
omnem invideam sac. Imaginibus venerationem. *Ego autem non dico, ut*
me dicere affirmas. (*a*)

874. Scribis num. 4. „ Non propterea tamen est culpandum Concilium
„ Moguntinum. Quia in *Institutione Christiana* pro Rudibus, quam suis
„ Canonibus, seu Constitutionibus apposuit, satis explicat mentem suam
„ de cujusmodi cultu, & adoratione loquatur, ut infra videbimus. Istius
„ autem Institutionis ne quidem meminit Pritanius. "

875. Gratulor tibi, quod scrupulosus homo vindices Moguntinum, re-
currendo ad ejus *Christianas Institutiones*; in quibus vera Fides explicatur
de Cultu sac. Imaginum. Cur eamdem non adhibes mihi misericordiam,
ut ex doctrina expressa, & catholica, quam in Cap. 23. profiteor aper-
te, in meliorem partem mea interpreteris; quin potius in deteriorem
traducas, & trahas? (*b*) *Sed fac, quidquid vis, convictus, & victus appa-*
rebis, ut non vis. (*c*) Cap. 6 sequenti n. 19. de laud. *Institutione Christiana*
differens, ais: „ En ejus verba, quæ ad rectam illius difficilis Canonis in-
„ telligentiam subjicere debuerat. Pritanius; ne simplicibus erroris occasio-
„ nem præberet. " Accepto conditionem. Itaque innocens, te judice,
essem, si verba subjecissem *Christianæ Institutionis*. Quid si præmiserim?
Certe cautius me gessissem, ea præmittendo, quibus posset Canon ille jux-
ta veram Fidem intelligi.

876. En *Institutionis* verba, a te laudatæ (*d*) „ Codicem oculis perlu-
„ strans, cum ad venerabile, & tremendum Jesu nomen devenerit, caput
„ aperit, inclinatur, & suspirans in cælum oculos attollit: & ob id om-
„ ni reprehensione, & Idololatriæ suspicione caret. Siquidem non litteras,
„ quæ vili atramento pinguntur, sic honorat, sed cogitatione, & venera-
„ tio-

(*a*) Lib. 4. cont. Jul. cap. 9. num. 54. (*b*) Vide sup. n. 856. (*c*) Lib. 3. op. imp. c. 142. (*d*) Cap. 6. n. 20.

,, tione mentis suæ ad eum honorandum, & venerandum rapitur, cujus
,, memoriam hæ litteræ ei suggesserunt. "

En eadem doctrina mei Libelli (*a*) Le Immagini non sono, che un aggregato di colori... Ciò che è materia, non è già degno di culto alcuno; e chi l'adorasse, e venerasse come tale, commetterebbe Idolatria... Sicchè noi prostrati ai Sepolcri de' Santi, e davanti alle lor sacre Reliquie ed Immagini, dobbiamo ben ricordarci, che ivi non è il Santo, ch'esse o ci ricordano, o rappresentano. L'anima di esso è in Cielo... colà dunque han da volare i nostri pensieri, le nostre preghiere, i ringraziamenti nostri; e non già fermarsi nell'insensata materia.

Prosequitur laud. Institutio. ,, Cur ergo superstitionis, aut Idololatriæ
,, reus peragitur, qui ante Imaginem Crucifixi Domini caput aperit,
,, aut procumbens adorat; cum nequaquam Imaginem putet adorandam;
,, sed eum in corde veneretur, & adoret, quem pro se natum, passum,
,, aut a dextris Dei sedentem, per Imaginem recordatur? "

En mea, exemplum idem, eademque verba (*b*) Cosicchè allor veneriamo, e baciamo la Croce Santa, o facciamo orazione davanti all'Immagine sacra del Crocifisso; sapendo, che ivi non è il Signor nostro Gesù, ma bensì in cielo alla destra del Padre, si ha da sollevare la nostra Divozione fin colà, per adorarlo, e raccomandarci a Lui: di maniera che tali Immagini, con tutto che meritino una venerazione religiosa non per se ma per quel, che rappresentano; pure han da servire unicamente per eccitamento alle suppliche nostre, per salir fino al Cielo, e trovare nel seggio della sua beatitudine celeste l'umanato Figlio di Dio. Questo è il gran divario, che passa fra l'Immagine di Cristo crocifisso, e il Sacramento dell'Altare. Sa ogni Fedele, che in questo ultimo sta personalmente e realmente Cristo, e però ivi ha da terminare allora la nostra adorazione e preghiera; laddove non contenendo la sola Immagine del Crocifisso se non una somiglianza del Salvatore, noi non dobbiam pregare quella somiglianza, ma bensì l'originale, che sta glorioso in Cielo.

877. Eja cariss. Plazza: Ne cuncteris: tuam non expeto misericordiam; justitia mihi debetur. Justitiæ, & Veritati debes; ut inconsideratum judicium revoces, quod Imagines, docuerim, retinendas ad ornatum, & memoriam. Sanam fateris doctrinam Moguntini ex ejus subjecta Institutione Christiana: sana item est, catholica est doctrina Pritanii ex eadem Institutione (quinimo ex Tridentino) fideliter expressa & quo ad voces, & quo ad exempla: *In iis etiam, quam vana dixeris, intuere.* (*c*) *Imposterum quod dixi mihi objice, ut purgem. Nam & si, quod non dixi, mihi objicis, quando finimus?* (*d*) Quæ enim in meam defensionem profero, haudquaquam sunt longe petita, aut subtiliter excogitata; sed obvia, plana, dilucida; ex eoque Cap. 23. quod frigis, & refrigis usque ad nauseam.

878. Scripseram (*e*): Si dee nulladimeno avvertire, che questo onore alle Reliquie ed Immagini non cade sotto precetto, se non nelle funzioni Ecclesiastiche, ed in qualche determinato tempo ed occasione, in cui il non onorarle recherebbe scandalo. Sempre bensì è di precetto il non diso-

(*a*) Cap. 23. pag. 332. (*b*) Ibid. pag. 333. (*c*) Lib. 4. cont. Julian. cap. 1. num. 1.
(*d*) Ibid. n. 4. (*e*) Cap. 23. pag. 330.

disonorarle, e non isprezzarle; perchè ne nascerebbe giusto sospetto, che si credesse ancora non dovuto onore a i Santi medesimi.

879. Irruis in ista n. 25. „ Utrumque Præceptum [*Affirmativum*, *ac Negativum*) leviter attingit Pritanius: Sed Præcepti negativi prorsus incongruam subjicit rationem: inquit: *Perchè ne nascerebbe giusto sospetto, che si credesse ancora non dovuto onore a i Santi medesimi*. Etenim seposita quacumque suspicione, per sese malum, quin & sacrilegium est, sac. Imagines, sicut & alias res sacras, scienter ac volenter deturpare, & injuriose tractare. "

880. Qui scripsi: *Sempre è di Precetto il non disonorarle*; nonne hoc idem est, ac *id esse per sese malum, ac sacrilegum?* Illud quippe Præceptum lex Naturæ denuntiat, & indicit. Hinc sequitur, mihi esse verissimum, quod si quis solus Imagines Sac. contemneret, remotus licet ab omni aliorum offensione, & graviter delinqueret, & sacrilegi sceleris reus esset. Porro autem si quis sperneret sac. Imagines, aut frangeret ex contemtu, esset certe Iconoclastis adnumerandus; sed etiam labe aspergendus Agiomachiæ. Quemadmodum enim legitimus honor earum ad Sanctos transit, ita & contemtus; ut proinde minime in Sanctos pius sit, qui impius est in Imagines. Idcirco scripsi: *Perchè ne nascerebbe giusto motivo ec.* pariterque ut Idiotis magis consulerem, quibus plurimi æstimatur in Sanctos veneratio; subinde eos deterrerem validius a contemptu sac. Imaginum.

Nullum non lapidem moves, ut me nova semper infamiæ labe commacules. Sed hæc scrupulorum tuorum miseranda conditio, ut semper novum sibi pariant dedecus singulare. *Hæc si adverteres, ista non diceres: aut si hæc advertis, & tamen ista dicis; adverte etiam vana esse, quæ dicis.* (a) Tuum Caput 6. prætereo, quod adversus me non scripseris.

CAPUT VII.

Aliquot esse sacras Imagines, a B. Luca Evangelista depictas, e sancti Artificis manu venerabiliores.

PRITANIUS.

881. TUus concellita Gabriel Daniel iter quondam instituit per mundum Cartesii: tu peregrinationem ejus imitatus, eo certe levior ad spatia usque imaginaria prætervolas; ibique, ut animus est, vagaris absque ullo nec quidem intermedii aeris impedimento. Nil itaque mirum, si tanta sobolescat in mente tua colluvies *entium Rationis*, quæ Magister docuisti in Peripatetica Logica; quorumve, ut nosti, subsistentiam, qua donantur, non ab alio recipiunt, quam a Phantasia exæstuante. Profecto autem consueverunt scrupulosi hujusmodi Imaginaria Regna, non, inquam,

 face-

(a) Lib. 3. op. imp. n. 22.

facere, sed creare. Scripseram (*a*) Era in gran venerazione presso i Greci un'Immagine della Vergine (che si credea dipinta da S. Luca) perchè la stolta Gente si figurava, che in essa abitasse lo Spirito di essa Madre di Dio. Come superstiziosa condannò Innocenzo Papa III. (*b*) sì fatta opinione. Io non so, se mai un simile errore si trovasse in altri Fedeli, che tante cose fanno per altre simili Immagini, buonamente credute pitture di S. Luca. Hisce lectis, sed minime perceptis, mirum quot fabricata sit *Entia Rationis* mens tua, pasta Chimæris. Audiamus.

882. Num. 1. scribis: „ Aliquas fuisse Dei Genitricis Imagines, a S. „ Luca depictas, inter ineptas vulgi opiniones rejicit Pritanius." En I. Ens Rationis, sive tua Imaginatio. Nunquam certe monstraveris, id a me scriptum. Relege mea. Dumtaxat stultæ genti deputo superstitionem. *Perchè la stolta gente si figurava, che in essa (Immagine) abitasse lo spirito di essa Madre di Dio.* Prosequeris: „ Deque speciali Cultu istarum Imaginum erroris, ac superstitionis ingerit suspicionem."

883. Imaginaria spatia percurris, eoque etiam ducis ceu incolas innumerum numerum Calumniarum. Audi iterum mea, paululum immutata, ob incidentem Propositionem de S. Luca. Si credeva dipinta da S. Luca una Immagine della Vergine, ch'era in gran venerazione presso i Greci; perchè la stolta gente si figurava, che in essa abitasse lo spirito di essa Madre di Dio. Come superstiziosa condannò Innoc. Papa III. sì fatta opinione (vid. q. in ipsa Imagine spiritus inhabitaret Virginis Matris). Io non so, se mai un simile errore si ritrovasse in altri Fedeli, che tante cose fanno per altre simili Immagini, buonamente credute pitture di San Luca. Obiter Tω *Buonamente* vertis *Temere*. Apagesis. *Buonamente*, id est, *semplicemente*, *in buona fede*; Fideles quippe aliquot credentes a S. Luca depictas Imagines, Populari traditioni innituntur, & majori pietate venerantur ratione Artificis Sancti: in hoc autem nullum crimen est, temeritas nulla, nulla superstitio. Dic sodes modo, ubi mea sunt, quæ scribere impulerunt te, quod ego *de speciali cultu harum Imaginum suspicionem ingeram erroris, ac superstitionis?* Æternum non protuleris: & ego tibi: *Imaginando calumniaris.*

884. Inquires, quid sibi velint mea: *Che tante cose fanno per simili Immagini, buonamente credute pitture di S. Luca?* Comperta mihi res est, nullam a S. Luca depictam Imaginem: hinc audiens, ac videns quorumdam æstuantem pietatem; ut maximopere colatur Imago ea, nedum quia repræsentat Mariam, sed & quia S. Lucam habeat Artificem: ex his pronum est erumpere in ista: „ Mirabile quidem, ut adeo defatigentur pro „ Cultu Imaginis, quæ reapse S. Lucam non habuit Auctorem!" Si tibi perspectum foret, Reliquias quasdam vere suppositias esse; videres tamen Populum, veras credentem, defatigatum in conficiendis argenteis thecis, in comparandis luminibus &c. ut publicæ venerationi exponerentur (cum id prohibere non posses) nonne mirabundus exclamares: „ Quot curas, „ quot angustias pro ossibus brutorum! Verum hic Fidelium error, qualiscunque sit, nullum veræ Pietati dispendium parit. Enim vero ad rem scri-

(*a*) Cap. 23. pag. 335. (*b*) Lib. 9. Epist. 241.

ſcripſi (*a*) „ Neque Populi Pietatem in ejuſmodi cultibus falli. Nam etſi
„ forte in Sancto aliquo colendo, in ſacris Corporibus, ſeu Reliquiis co-
„ lendis hallucinaretur (quod non facile putandum) attamen neque ani-
„ mus, neque affectus colentium unquam fallitur ; cum ex ſententia Ec-
„ cleſiæ honor, & cultus Servorum Dei in Deum ipſum terminetur : &
„ certa ſunt merita Jeſu Chriſti Domini noſtri, per quæ vel ipſi Sancti
„ beneficia nobis impetrant ab omnium datore Deo. "

885. Num. 2. ais : „ Nos quoque irrident hæretici, quod aliquas a S.
„ Luca depictas Imagines credamus. Rejicit has picturas Hoſpinianus...
„ Illyricus ... Magdeburgenſes.... Iconomachi, pauculi dumtaxat recen-
„ tiores Hypercritici adverſantur, leviſſimis, vel etiam falſis ducti co-
„ njecturis. "

886. Malum omen! in limine offendis. Quid eſt, quod Hæreticos primo inducis, tuæ opinioni adverſantes? Num in tuis imaginariis ſpatiis Cathecheſim offenderis, in qua ad Fidei dogma pertinere doceatur : *S. Lucas eſt Pictor?* Scito, cariſs. Plazza, quod in ſubimaginariis ſpatiis, ubi degimus, idipſum affirmetur impune, & negetur ; quin ad veram Fidem ullo modo pertineat. Exue itaque ſcrupulos, & fuge ab imaginario Regno ; ni velis per vim relegari. Nil prorſus mali, ſi in facto hiſtorico, ſicut & in pluribus Fidei articulis Catholicis concordent Hæretici. Utinam in omnibus illi nobis. *Pauculi dumtaxat*, ais, *recentiores Hypercritici &c.* Vid. *exceſſive Critici*. Cave tu, ne Hypocriticus a Sapientibus habearis, id eſt, *Subcriticus*, cui Critices deſit. Cæterum belliſſimam in te Rhetoricæ artem admiror, qua *retices* adverſantium rationes, nihili ducens ceu *leviſſimas conjecturas, ac falſas*. Utinam & totam Quæſtionem aliis dirimendam dediſſes. Num. 3. producis Caniſium aſſerentem : *Non recens, aut dubia, ſed bene vetus, & conſtans eſt Eccleſiæ Traditio*, quod aliquas pinxerit S. Lucas Imagines. Bona ejus pace, neque *vetus*, neque *Eccleſiæ Traditio* eſt ; ſed invaluit a Sæc. IX. & quorumdam dumtaxat eſt opinio. (*b*) Verum ſit, ut lubet, tua, præ mea, probabilior opinio ; num omnes compellendi erunt, ut tuæ ſubſcribant ; quod ſi detrectaverint, continuo hæretici habendi erunt? Si id reputaveris, *fruſtra te verſas, & reverſas* (*c*). Comprobare debuiſſes, quod errent adverſantes tuæ opinioni. Ad Kalendas Græcas.

887. Num. 30. ais : „ Accedâmus ad Epiſtolam Innoc. III. ſic a Pritanio objectam ; ut Innoc. ſcopus fuiſſe videatur, damnare tanquam ſu-
„ perſtitioſam opinionem Græcorum de Spiritu B. Virginis inexiſtente
„ Imagini illi, quam ut a S. Luca depictam ſingulari cultu tota Græcia
„ venerabatur. "

887. Non eſt adeo mentis inops Pritanius, ut Innocentio III affinxerit, & ad id laudaverit, *quod ut a S. Luca depictam Imaginem ſingulari cultu tota Græcia venerabatur*. Neque id aſſeruit Sum. Pontifex, neque in idem laudavi. Relege mea (*d*). Cæterum, cariſs. Piazza, dic ſodes : Num in tuis ſpatiis imaginariis ſcribebas hæc? Tumet producis verba Innocen-

(*a*) Epiſt. 3. poſt medium inter XVII. ſub larva Ferdinandi Valdeſii. (*b*) Lege Sapientiſ. P. Serry in ſuis Exercitat. de Chriſto, exercit. 47. (*c*) Lib. 2. op. imperfect. num. 196. (*d*) Sup. 881.

rii: *Quam Iconem ob ipsius Virginis reverentiam tota Græcia veneratur*; cur post affingis ei, quod „ idcirco Imaginem eam tota Græcia veneretur, „ quia a S. Luca depicta sit? " Adtende, cariss. Plazza, adtende: *Ob ipsius Virginis reverentiam tota Græcia veneratur*, haudquaquam *ob S. Lucæ reverentiam*. Certe reor, eam credentes a S. Luca depictam, illos veneratos esse; At de his nihil Sum. Pontifex. Item & hæc profers Innocentii: „ Quamdam Iconem, in qua B. Lucas Evangelista Imaginem B. Virginis pro- „ priis manibus *dicitur depinxisse* " At qua veritate subtexis n. 33. „ Ubi „ jam vides, Innocentium non adversari sententiæ de B. Virginis Imagi- „ nibus, a S. Luca depictis (*neque id unquam somniavi*) sed potius ei ad- „ stipulari, dum testatur, *hanc esse de ea Imagine totius Græciæ sententiam*; „ & idcirco eamdem Imaginem in magna veneratione haberi. " Quibus verbis scripsit laud. Pontifex, quod totius Græciæ sententia esset, eam Imaginem a S. Luca depictam? Nisi protulieris, dicam & merito, quod *Entia* crees *Rationis*. Eodem n. 33. ais: „ Opinionem illam de B. Virginis „ spiritu, in ea Imagine requiescente, nec omnibus, nec plurimis, sed „ quibusdam dumtaxat Græcis adscribere. " Et ego adscribo *alla stolta gente*; quod cum sit *in materia contingenti*, æquivalet *particulari*, ut nosti ex Logica: *Quid tergiversamini? Priores peritis, dum caliginem offunditis imperitis*. (*a*)

CAPUT VIII.

Pluribus titulis pie ac recte permoveri Fideles ad unam, præ alia, sacram Imaginem frequentandam, & venerandam.

PRITANIUS.

889. Iterum hic me in sarcinam confundis cum Acatholicis, Calvinis, ac Wiclefistis, quod similiter doceamus, neque pie, neque recte permoveri Fideles ad unam, præ alia, sac. Imaginem frequentandam, & venerandam. Subinde n. 5. ais: „ Contra omnes istos, pium Christiano- „ rum morem frequentandi, ac venerandi unam sac. Imaginem præ altera, „ in hoc potius loco, quam in illo, defendendum, & illustrandum susci- „ pimus. Quem, ut ab omni non solum erroris, & superstitionis, verum „ etiam levitatis, & insulsitatis labe immunem ostendamus, justos & legi- „ timos titulos proferemus, quibus religiose, & utiliter Fideles ad eam „ specialem venerationem exhibendam permoveri possunt, & solent. "

890. Et tædet, & pudet, cariss. Plazza, tam frequenter calumnias tuas legere, apertas, crassas, putentes, meque ab iis vindicare. Doleo, vereque

(*a*) Lib. 2. op. imp. n. 152.

que doleo tuam, non corporis cæcitatem, sed mentis, & summam. Mea legis, mea exscribis, quibus ea profero, quibus expugnentur Hæretici, & tamen iis me assentientem producis; quin mea obvia, aperta, clarissima, percipere valeas. Age; ne cuncteris: supra positam Thesim in Titulo Capitis, adversus Calvinum, & Wiclefistas comproba prius ab auctoritate Pritanii: certissime longe solidioris momenti hisce erit Auctoritas *Ludovici Ant. Muratori*, quam labor P. Plazzæ.

891. Thesim tuam demonstraturus, n. 5. ais: „ Justos & legitimos Ti„ tulos proferemus, quibus religiose, & utiliter Fideles ad eam specia„ lem venerationem exhibendam permoveri possunt, & solent. " At in hisce Titulis potiores existimo I. Imaginem, per quam Deus beneficia donet frequentiora: II. in cujus conspectu Fidelium animus intensiora sentiat incitamenta Pietatis. En utrumque Titulum a Pritanio ad rem explicatum. (Considera, quam bene congruat Pritanio Plazza.) En mea; & ipsa sunt, quæ producis n. 1. Dovrebbe eziandio capire il Popolo, essere una sola la Beatiss. Vergine, ancorchè sì varie denominazioni ella riceva dalle diverse Chiese e Confraternite. Nè più potere ha, nè più rispetto o venerazione merita per esempio la Madonna del Rosario, che del Carmine, nè di quel luogo, che dell'altro. Essa se ne sta gloriosa in Cielo, e disposta a far sentire il suo Padrocinio a chiunque da pertutto l'invoca di cuore ne'suoi bisogni. La nostra opinione quella è, che la divide; nè il luogo è quello, che la rende più favorevole, ma bensì la miglior disposizione di chi a lei ricorre, E CHE PUO' ESSERE PIU' ACCESA IN UN LUOGO, CHE IN UN ALTRO. Per questo ne' SANTUARJ PIU' CELEBRI SI POSSONO SPERAR PIU' GRAZIE, quando per altro non a cagion di essi, ma della nostra maggior Fede si riporta alle volte favorevol rescritto alle suppliche nostre. Impete modo Calvinum, & Wiclefistas, & dic eis: „ Sapientissimus Muratorius profitetur „ aperte, *Che la pietà de' Fedeli può esser più accesa in un luogo, che in un* „ *altro* (En Titulum II) *Per questo ne' Santuarj più celebri si possono sperare* „ *più grazie*. (En Titulum I.) Cur ista? Quia consuevit Deus, longa sæ„ culorum experientia duce, & ad majorem excitare Pietatem in uno „ loco præ alio, & frequentiora beneficia præstare, vel insolita *ne' San-* „ *tuarj più celebri*; quæ plane tunc celebriora sunt, quando specialem „ habent Sancti cujusdam Imaginem, aut insigniores Reliquias. Ex hisce „ necessaria consecutione venit; ut, Pritanio auctore, eo utilius, sæpiusve „ accurrant Fideles, ubi Imago colitur, aut cujusdam Sancti Reliquiæ, „ in quarum Templis experiuntur, aut pervagata fama audierunt, quod „ confluentium magis, magisve ferveat pietas, & plurima donet Deus „ beneficia. " Hic tamen, cariss. Plazza, tuam excuso inconsiderationem qui hæc mea legisti, & exscripsisti; &, quin perciperes, quod tecum adversus Acatholicos militarem, me eis subscribere prædicasti. Adversus eosdem alterum adhibe argumentum ab auctoritate Pritanii. En mea (*b*) Le sacre Immagini eccitano la Divozione del Popolo, ed altrettanto fanno i Sepolcri de'Santi. Si universim Reliquiæ Sanctorum, & Imagines, excitant ad

(*a*) Cap. 23. pag. 339. (*b*) Ibid. pag. 351.

ad Pietatem *:* inter eas plane validius quædam excitabunt præ aliis . E quantunque alle persone di miglior sentimento non occorrano somiglianti sensibili ajuti , per sollevare i loro pensieri a Dio ; pur sovente anche la lor Pietà prende moto , *o moto maggiore da questi oggetti esteriori* ; come è.... il *visitare quei Templi*, dove si *conservano le indubitate* sacrate *ossa de' Santi*. Ex his item certo colligitur, quod moneat Pritanius, ea Templa, præ aliis, frequentius invisenda, *dove si conservano le indubitate ossa de' Santi*; ut Fidelium Pietas *prenda moto maggiore da questi oggetti esteriori*.

892. Ex meis modo indicatis, irruere in Hæreticos vales ab auctoritate Pritanii; nedum quod admiserim, frequentandam unam , præ alia , Imaginem ex duobus Titulis , videlicet ex quo una magis Pietatem promoveat, & quod per unam plura largiatur Deus beneficia ; sed ex omnibus etiam Titulis, quos producis. Præter duos memoras alios ; nempe quod Imago quædam non humano artificio , sed superiori fuerit virtute formata: Quod divino prodigio sit inventa, aut conservata: Quod olim ab impio quodam sit contumeliis affecta &c. Oppone, inquam, tuto, quod omnes tacite admiserim hujusmodi Titulos . Etenim jam dilucide ex meis venit, adeundum esse frequentius *sanctuaria celebriora:* hæc autem ideo celebriora habentur, quod unum possideant , vel plures ex hisce Titulis. Celebriora, inquam, sunt; vel quia Imaginem teneant , per quam frequenter recipiuntur beneficia; vel Imaginem habeant superna virtute efformatam: & ita de cæteris.

893. Scribis n. 4. „ Huc quoque spectare possunt, quæ apud Card. Bel„ larm. & P. Gretserum adversus sac. Peregrinationes deblaterant Hete„ rodoxi. " Age: ab auctoritate Pritanii expugna eosdem ex meis , ex quibus certo infertur, ejusmodi Peregrinationes admisisse utilissimas . Qui enim scripsi, *che la Pietà de' Fedeli prenda moto , o moto maggiore dal visitar que' Templi, dove si conservano le indubitate ossa de' Santi*. Et: *Per questo ne' Santuarj più celebri si possono sperar più grazie*. Ex hisce , inquam , certo liquet, cohortari Fideles ad sac. Peregrinationes ; ut hoc pacto valeant in celebrioribus Sanctuariis ea adsequi beneficia, quibus indigent.

894. Dilucide , proprieque loquamur . Vides , quam sana sit, & vera doctrina Pritanii? Neque latum unguem a tua desciscit . Quid igitur tibi in caussa fuit, ut me Calvino sociares, ex parte saltem , & Wiclefistis? Annon juste, qui audias, dignus es: *Aut calumniaris*; *aut nescis, quid loquaris?* Etenim *doctrinam* , *quam* sapientis , piæque memoriæ Pritanius de dirigenda Pietate *per multos annos catholice asseruit*, *litterisque mandavit*; *quibusdam visum est, aut non intelligendo, aut intelligere eam nolendo , reprehendere: & hoc quasi compendium cognitionis his, qui judicio eorum ducebantur, afferre; ut, quæ in Libris prædicti Viri damnabilia reperisse jactabant, brevium Capitulorum* (prolixorum in Plazza) *indiculis publicarent: talique commento & detestationem ejus, quem impeterent, obtinerent; & ab his, quæ infamassent, curam exterriti Lectoris averterent*. (a)

C. A-

(a) Prosper in Præfat. Respons. ad Capit. Gallorum.

CAPUT IX.

Sacras Imagines, non in Templis, & Ædibus privatis tantum, sed etiam in Viis, & Porticibus, aliique locis publicis, dummodo honestis, pie, atque utiliter exponi.

PRITANIUS.

895. PRoperamus ad metam, tu scrupulis tuis plantando calumnias, ego extirpando: Verum id assecuturum pene despero. Versipelles tui scrupuli nunc me negantem inducunt, quæ dilucide affirmo; nunc affirmantem, quæ nego; nunc proferunt: *Pritanius simul laudat, & carpit*. Pessimum accusandi genus, quo omnis præcluditur recta via ad defensionem. *Vide nunc, utrum illa, quæ dicam, non evertant assertionem tuam?* (*a*)

896. Scripseram (*b*) Non si può poscia se non lodare la buona intenzione di que' Popoli, che tante Immagini o della Vergine Santiss. o de' Santi espongono per le strade, per li portici, e per altri pubblici siti. His certe, quæ tenenda doces, teneo. Laudo quippe publicam Imaginum expositionem *de se, & ex objecto* (ut scholæ loquuntur) nimirum aptissimæ sunt ex eis, quos repræsentant, iracundos frænare, turpiloquos compescere, Pietatem excitare &c. En *la buona intenzione di que' Popoli, che non si può, se non lodare*. Prosequor. Tuttavia al mirare quanto poca, o niuna riverenza esse Immagini riportino dalla maggior parte del Popolo; e sono anche suggette agl' insulti ed alle griffe de' ladri; sarebbe da esaminare, se di maggior decoro fosse il dar luogo ad esse Immagini nella sola Casa di Dio, e nelle case private. Per hæc publicam sac. Imaginum positionem tibi videor reprobare; sed adtende.

897. I Haud quidem hæc absolute profero, sed *sarebbe da esaminare ec.* II. Non hic loquor de publica positione Imaginum *secundum se, & ex objecto*, sed in alia hypothesi, videlicet *Al mirar quanto poca, o niuna riverenza &c.* Profecto autem hoc non est laudare simul, & carpere, ut de me garris n. 1. aut pugnantia loqui; sed unum velle sub consideratione quadam, ut par est; modo sub alia nolle, ut pariter decet. Rideres certe, & irrideres, si quis tibi ex te opponeret, quod publicum laudes Imaginum usum, dum pluribus monstras licere: quod carpas etiam, dum ais: (*c*) „ Itaque ad locum, quod adtinet, ubi reponendæ sint Cruces, „ & Imagines; id tantum cavendum est, ne is sit sordidus, vilis & abje- „ ctus. “ Rideres, inquam, sub diverso reponens respectu, reprobari a te, & approbari publicum usum earumdem. Ratione prorsus consimili lau-

(*a*) Libro 4. contr. Julianum cap. 12. numero 60. (*b*) Cap. 23. pag. 338. (*c*) Numero 36.

laudo *absolute* in viis depictas Imagines : verumtamen si Populorum extentior excedat impietas in sac. Imagines, quam Pietas; tunc nec quidem *absolute* tollendas scribo, sed *sarebbe da esaminare, se di maggior decoro fosse il dar luogo ad esse Immagini nella sola Casa di Dio, e nelle case private*. Quid hic lateat venefici, omnes certe cordatos latebit. Humilis, cautusque scribendi modus patet: *Sarebbe da esaminare ec.* qui tamen scrupulos tuos emollire nequivit, quin crudeliores ictus infligerent.

898. Nonne tu ille es, qui (*a*) infra Nicolaum I. Rom. Pontificem laudas (*b*), qui, interrogantibus Bulgaris: *Si liceat Crucem Domini cum Reliquiis Mundo, sive Immundo* (homini) *hanc habenti osculari, vel portare?* „ Respondet, *ais*, Pontifex in hunc modum: *Ei, qui mundus est, omnino* „ *licet*... secus censet Nicolaus *de Immundo*, cui vetat *portare*, & *oscula-* „ *ri Crucem*. At hoc non propter novum peccatum, quod inde contra- „ hatur, sed propter aliquam indecentiam, seu potius incongruentiam; „ quia absonum est, exterius venerari Crucem, & mores gerere a Cru- „ ce alienos. " Absit omnino, ut protulissem ipse, quæ Nicolaus dixit, & Plazza : omnem certe movisses lapidem ossa mea concremanda exhumari! Quot adversus me æstuantissima Pietas tua instaurasset querelas; & quod Sac. Reliquiis, & Imaginibus crudele bellum indicerem; & Bajum me sectari, ac Quesnellum, qui scripsissem: *Absonum est, exterius venerari Crucem, & mores gerere a Cruce alienos*. Annon itaque absonum prorsus videtur, iis in locis Sac. Imagines collocari, ubi *poca, o niuna riverenza esse Immagini riportino dalla maggior parte del Popolo; suggette anche agl' insulti e griffe de' ladri*; coram quibus minime ab imprecationibus abstineatur, at blasphemiis, Sanctorum etiam, quos repræsentant, a turpiloquio; quæve Imagines insultationes sustineant impiorum, qui eas conspuant quandoque, cædant &c? Et tamen quid scripsi? *Sarebbe da esaminare ec.* Quinimo videris mihi subscribere n. 4. dum ais: „ At vero nullus ju- „ stum duxerit improbare (*neque improbavi, ut vidisti*) sobriam Imagi- „ num multitudinem, præsertim in variis locis, ubi Pietatem non mi- „ nuat, sed potius foveat. " Annon igitur improbanda ex te est Imaginum multitudo, si *sobria* minime sit, sed *si copia eorum talis, ac tanta sit; ut plures Imagines addensentur in eodem loco, quemadmodum fit a pueris in suis sacellis: hæc addensatio cordatis viris non probatur?* (*c*) Idipsum scripseram, (*d*) di questa *sì gran frequenza* si lamentò anche Ambrosio Cattarino, dove tratta delle Immagini. En ejus verba, a te laudata n. 3. *Nunc enim nimis (meo judicio) sunt frequentes; itaut minuatur devotio*. Annon item ex te etiam *sobria multitudo* improbanda est, si Pietatem *non foveat*, sed *minuat*: insuper si sit occasio, quod malitia hominum universim excedat impietas in Imagines sacras?

899. Moguntina Synodus Ann. 1549. a me laudata, cum præcepisset Can. 41. „ Imaginum usum, velut pro erudienda Plebe, & omnibus ani- „ mis excitandis utilem, in Ecclesiis nostris retineri mandamus: " Statim Can. 42. subtexit: „ Nos pravæ superstitioni viam præcludere volen- „ tes, omnibus locorum ordinariis injungimus; ut si forte in territoriis suis

(*a*) Cap. 13. n. 3. 4. (*b*) In Resp. ad Consul. Bulgar. c. 7. (*c*) Tua sunt n. 3. ex Rayn. (*d*) Cap. 23. pag. 339.

„ suis ad Imaginem aliquam concursus fieri „ & homines ad ipsius Imaginis figuram respectum habere, & quasi quamdam divinitatis opinionem illi tribuere, animadverterint: ipsam imaginem ..... pro caussæ qualitate aut tollant, aut mutent. “ Quid hæc? *Retineri* mandat, & postmodum *Tollant?* Et quidem, & sancte. Retineri mandatur, quod ex sese bonum est: Tolli jubetur, si hominum malitiam, aut alia ex caussa, incitamentum Pietatis in impietatis argumentum excedat. Quam sancte dispositas Agapas in Ecclesia Dei, etiam ævo Apostolico! in quibus mutua Caritas foveretur, Pauperumve subveniretur miseriæ. Tam sancte, inquam, ut Synodus Gangrensis, Sæc. IV. sub S. Silvestro, can. XI. a communione Fidelium removeret, qui non accedebant ad eas, & accedentes damnabant. Et tamen, irruentibus in eas abusibus, sanctius eliminare creditum est. Ratione consimili de sac. Imaginibus edisserendum tene. Laudabile quidem *ex se* publice depictas habere; quod scripsi: sed num, cum subintraverint excessus, *sarebbe da esaminare, se di maggior decoro fosse il dar luogo ad esse Immagini nella sola Casa di Dio, e nelle case private?* Solus scrupulosus Plazza adversus hæc sanctissime scripta garrire potuerit.

900. Meminisse te oportebat communem, veramque doctrinam, quam ex tuo Petavio audi (*a*) „ Imagines ex eorum per se genere esse, quæ „ adiaphora nominantur, hoc est, quæ ad salutem omnino necessaria non „ sunt, nec ad substantiam ipsam Religionis adtinent; sed in potestate „ sunt Ecclesiæ, ut ea vel adhibeat, vel ableget, pro eo atque satius „ esse decreverit, cujusmodi positivi vulgo juris dicuntur. “ Eadem Suarius (*b*), & tu ex eo, (*c*) Natalis Alexander (*d*): quotquot igitur argumenta consarcinas ex Synodo VII. generali, ex Tridentino &c. eo tendunt omnia, ut licitus comprobetur usus sac. Imaginum in publicis viis, in porticibus &c. quod & profiteor, ut vidisti. At in æternum, & ultra haud quidem monstraveris, inamovibiles esse ex eis locis, cum Pietas suadeat oppositum. Si ad rem me expugnare voluisses, alio tibi fuisset eundum: nempe hanc debuisses adversum me statuere Thesim: „ Pritanius male, ac falso scripsit: *Sarebbe da esaminare, se di maggior decoro* „ *fosse il dar luogo ad esse Immagini nella sola Casa di Dio, e nelle case pri-* „ *vate*, pro eo tamen *casu, quo si miri la poca, o niuna riverenza esse Im-* „ *magini riportino dalla maggior parte del Popolo, e sono anche suggette agl' in-* „ *sulti, e griffe de' Ladri.* “ Hæc, inquam, statuenda tibi esset Thesis; sed durissimum tuis dentibus rodendum os. Igitur *intellige, te nihil ad caussam pertinens dicere; sed tantum tacere noluisse.* (*e*)

901. *Sed ecce adhuc te audire paratus sum.* (*f*) Age: tuos in me aculeos infige. Num. I. *futilibus argumentis me adoriri*, ais, quod depictæ habeantur in Viis sac. Imagines. *Jam responsum est: lege, quæ hinc a me dicta sunt; & invenies, te vana dixisse.* (*g*) *Cur ergo non vis adtendere*, (*h*) quod *aut calumniaris, aut nescis, quid loquaris?* (*i*) Laudavi, ac laudo morem ha-

(*a*) Lib. 15. de Incarn. c. 13. n. 1. (*b*) Tom. 1. in 3. Par. D. Thomæ disp. 54. a. 3. sect. 7. (*c*) Hic c. 5. n. 23. (*d*) Histor. sæc. 8. dissert. 6. §. 3. (*e*) Lib. 2. oper. imperf. n. 49. (*f*) Ibid. numero 37. (*g*) Ibidem numero 75. (*h*) Ibidem numero 56. (*i*) Lib. 1. num. 42.

habendi sac. Imagines in viis, in porticibus. Quid voluerim, lege num. superiori &c. Equidem scripsi: Tuttavia al mirare quanto poca, o niuna riverenza esse Immagini riportino dalla maggior parte del Popolo; e sono anche suggette agl' insulti e griffe de' ladri; sarebbe da esaminare, se di *maggior decoro* fosse il dar luogo ad esse nella sola Casa di Dio, e nelle case private. An futile dixeris, Sanctorum amare honorem, & promovere in suis Imaginibus? Hoc hisce meis præsto. Annon Tu a num. 36. ex SS. Bernardo, Carolo, aliisve, exigis ne Sanctorum Imagines sint *in loco sordido, vili, & abjecto*, neque etiam *in pavimento Ecclesiæ?* Num futile id tibi est? Scito, cariss. Plazza, magis odisse Sanctos ante suas Imagines scelera Populi Deum conculcantis, quam si bona fide, neque ex contemtu, in locis sordidis essent. *Qui nihil potes dicere, potes saltem tacere?*

902. Alter scrupulus ex n. 2. „ Si sacris Imaginibus in publico expositis, irreverentiam, & neglectum timet Pritanius, cur postea dolet, & „ queritur, eas exornari, & cereis, ac lampadibus illustrari? "

903. Qui rotunde scripsi: (*a*) Insegnamento della Chiesa Cattolica si è, che le sacre Immagini meritano riverenza ed onore; e per cagion di quello, che rappresentano, sono degne di rispetto, e di un Culto religioso. Qui, inquam, hæc scripsi; jam profiteor aperte, quod eis, ubique expositis, cultus debeatur, & honor. Quid itaque mea significant (*b*) Il bello si è, che alcuni raccolgono limosine per adornar le sac. Immagini, o per far ardere lampane e cere davanti ad esse? Lege antecedentia, & noveris, cur isthæc scripserim, videlicet che sono suggette agl' insulti e griffe de' ladri. Profecto, qui eas ornant, magis, magisque incendunt in latronibus famem ad furandum. Certum habe: Si quis animi sui impos, Imaginibus hisce ornamenta apponet non nimis pretiosa; si vespere id fecerit, mane videbit evolasse. Quot sunt pauperes vel solum oleum e lampadibus surripientes? Hujusce rei conscii quidam, nonnisi scala adhibita, disponunt lampades; ut hoc pacto valeant e furantium manibus oleum custodire.

904. Prosequeris ibidem: „ Si propter fures Sanctorum Imagines a Porticibus, & Viis publicis arcendæ sunt; ubi nihil fere est, quod ad prædam alliciat; multo magis ab Ecclesia, ubi multis donariis honestari „ solent: nec Templorum ambitus eas satis tutas reddit a prædonum machinationibus. "

905. Nunc certe abuteris patientia legentium; dum eos cogitas truncos, aut stipites. Facilitati prædonum comparas surripiendi in Viis omnimodam difficultatem, quam experiuntur in Ecclesiis, præsertim si Imaginem habeant pretiosis donariis ornatam? *Apparet, te idcirco hic locutum, ut his, qui te non intelligunt, videreris dicere aliquid, cum diceres nihil.* (*c*) II. Si scriberem, non esse in publicis locis ponendas Imagines, ob id solum, quod insultationibus paterent latronum; detur, quod neque in Ecclesia essent exponendæ. Verum mea non advertis: *La poca, o niuna riverenza, che riportano dalla maggior parte del Popolo;* quinimo irreverentias plures. *Nisi quia hoc vis putari, quod perstrepunt verba tua, non quod sequitur verba mea.* (*e*)

906.

(*a*) Cap. 23. pag. 53c. (*b*) Ibidem pag. 339. (*c*) Lib. 2. oper. imperfect. num. 98. (*d*) Ibid. num. 98.

906. Scribis n. 5. „ Quod tandem concludit Pritanius , eam esse *Devo-*
„ *tionem parvi momenti*, consueta est nenia, & veluti suum carmen inter-
„ calare, quod cuivis externæ Pietatis officio solet occinere : quam vero
„ inepte, ut sæpe alias, hic etiam excutimus. " Oh Plazza ! *Sed tu aut non potes intelligere, aut non vis*. (*a*) Profecto tua forte posses esse contentus, si vicesimum possideres Pritanianæ sapientiæ . Deo gratias , a quo omne bonum . Considera in orbe litterario comparatum sibi nomen ad æternitatis memoriam multiplicibus eruditissimis Operibus : considera teipsum , hoc tuo Opere adversus me consarcinato , & nomen tibi peperisse usque ad finem mundi, quod calumniis dumtaxat, cum aliud nequires, proscindere nisus es famam *Ludovici Ant. Muratori* . *Utinam & illi libri non essent tui*, *sed alieni* ; *ne per eos tu longe fieres a veritate alienus*. (*b*) Et plane ibidem scripsi de publice depictis Imaginibus : *Quel che par certo*, *cotal Divozione Popolare è di poco momento*. Et merito ; isthæc enim Pietas est ; ut prætereuntes, ex Imaginibus ad venerandos Sanctos adsurgant, & a patrandis culpis remorentur . Verum ex millenis pertranseuntibus quotusquisque erit, qui sac. Imagines *non obiter* , *& quasi per transennam aspiciat*, *sed Fidei*, *ac Pietatis oculis intueatur*? Tua hæc sunt n. 34. quæ necessario exigis ; ut prætereuntes , ex Imaginibus in via expositis , adsequi valeant utilitates . (Vides, quam plura exigas , ac difficilia ; ut vera sit Pietas, expositas velle tenere in via sac. Imagines : certe hoc pacto *magni momenti* Pietas esset ; sed hoc opus, hic labor) Contra pene omnes sunt, qui Sanctorum Effigies minime advertunt ; pauciores, qui advertunt , absque ulla veneratione prætereunt ; & ex bis millenis vix erunt paucissimi , qui eas *Fidei*, *ac Pietatis oculis intueantur* : plures autem videntur, qui coram Imaginibus ipsis nec a turpiloquio retrahuntur , neque a patrandis sceleribus. Annon igitur jure dixi : *Quel che par di certo*, *cotal Divozione Popolare è di poco momento*?

907. Zelo incensus adversus me irasceris n. 27. „ Quinimo indubitan-
„ ter respondemus, ab iis dumtaxat censeri posse *parvi momenti*, vel qui
„ parvi momenti esse credant sac. Imaginum usum , ad quem stabilien-
„ dum tot sanctissimi Viri usque ad mortem decertarunt , & VII. Syno-
„ dus generalis congregata est : vel qui ex sac. Imaginum usu nullum
„ percipi fructum censeant . . . . Num vero Porticus, aut viæ publicæ im-
„ pediunt, ne similes fructus ex sac. Imaginum pio aspectu percipiamus? "

908. *Tu vero magnus mirabiliarius*, (*c*) qui imis suprema conjungis. Igitur sanctissimi Viri ad mortem usque decertantes , tot sapientissimi calamo pugnantes, & voce, tot Synodi generales , eo omnes collinearunt , *ut usum stabilirent sac. Imaginum in Viis*, *ac in Porticibus*? Si negas : *cur illudis sensibus tardis* (*d*) ut copiosum eum proferas apparatum , cum ais : *Ad quem stabiliendum &c.*? Nempe *ut videreris aliquid dicere*, *cum diceres nihil*. (*e*) Si affirmas : quo excedis præjudiciis tuis? Quo erumpis ? Discernere poteras inter dogma, ac disciplinam . Illud est : *Licite venerari sanctos in Imaginibus* ; *earumve cultum vere pium esse*, *& utilem* . Pro isto dogmate decertarunt Martyres sanguine , calamo Sapientes , congregatæ Synodi

(*a*) Lib. 1. num. 44. (*b*) Ibid. num. 18. (*c*) Lib. 5. op. imp. num. 9. (*d*) Lib. 1. num. 87. (*e*) Lib. 2. n. 98.

nodi generales. Num vero sac. Imagines sint in via exponendæ, & in propatulo, disciplinam adtinet; quæ legitimæ mutationi subest, immota Fide. Cæterum jam supra vidisti, videbisque, cum volueris Libelli mei relegere Cap. XXIII. quam utilem profitear usum sac. Imaginum. Ex hoc tamen minime colligendum erit, in manibus depingendas; ut ibi commorantes homines, ubi nulla Imago est, in suis manibus habeant, quas intuendo proficiant.

909. Unum hic nequeo præterire. Tertia Part. cap. 4. n. 6. scribis: „Alia etiam refert (P. Nicolaus Godignus) ex novo quodam Auctore, „quæ singularem quidem cultum præterunt, sed non superstitionem. Ut, „quod nemo absque Episcopi sui facultate domi habere possit ullius San„cti Effigiem: aliquos esse ab Episcopo constitutos, qui semel in anno „eorum ædes adeant, quibus ea facultas concessa; ut observent, quam „decenter, & honorifice Imagines illæ sint collocatæ, & tractatæ. Cru„cifixi autem Simulacrum habere domi, nemini prorsus concessum; quod „nefas ducant, rem tam augustam, & sacrosanctam sub Peccatorum te„ctis manere. Illud in Templis tantum depingi secreto in loco, sem„perque velo tegi: sextis dumtaxat anni Feriis, qua hora Christus cre„ditur expirasse, accensis cereis, a Sacerdotibus velum removeri: & tunc „Populum universum ingenti concursu ad Templum venientem, flexis „genibus, ostensum sibi signum religiosissime venerari, magnoque cla„more veniam implorare." (a)

910. Quid hæc, cariss. Plazza? Quo scrupulis tuis nihil videns volas? Ista producis Abyssinorum, quæ *singularem cultum præferentia* dicis! Et non vides, quod hisce tuis validissime Pritanius jugulum petat tuum! Saltem audi. Irruis in me, quod scripserim: (b) Tuttavia al mirare quanto poca, o niuna riverenza esse Immagini riportino dalla maggior parte del Popolo; e sono anche suggette agl' insulti e griffe de' ladri; sarebbe da esaminare, se di maggior decoro fosse il dar luogo ad esse nella sola Casa di Dio, e nelle case private. Hæc scripsisse, mihi inexpiabile scelus est; Abyssinis autem Hæreticis *cultum præfert singularem*, non posse, nisi facultate Episaopi, habere domi Sanctorum Imagines &c. & S. Crucis signum nonnisi in Ecclesia &c. Quid hoc iterum? Tantum defers Hæreticis, tantum adversaris Pritanio, longe minora proponenti: *Sarebbe da esaminare, se di maggior decoro ec.* Apage scrupulos inexplicabiles. *Quid est, quod dicis? Aut quæ sunt tuæ præcedentes Disputationes, nisi loquacissimæ vanitates? Quid est, quod dicis?* (c)

Num. 1. hujusce tui Cap. *Mea argumenta secum pugnantia fateris. Sententias meas inter se contrarias putas, vel putari cupis, tanquam improbem, quod approbaverim; & amplectar, quod ante respuerim. Audi* (audisti) *ergo sententiam meam apertam; & intellige, vel sine intelligere alios, non offundendo caligines nebulosæ disputationis serenitati sincerissimæ veritatis.* (d)

C A-

(a) Godignus in Libro de rebus Abyssinorum. (b) Cap. 23. pag. 338. (c) Lib. 5. op. imp. n. 22. (d) Lib. 5. cont. Jul. c. 9. n. 37.

CAPUT X.

Dei Genitricis, aliorumve Sanctorum Imagines, in sacris Processionibus solemni pompa deferri, honestissimum esse.

CAPUT XI.

Unam, eandemque esse sacrarum Statuarum, ac reliquarum Imaginum causam.

PRITANIUS.

911. UTrumque Caput simul discutiendum aggredimur. Ordiris primum. „ Morem istum, quo nihil usitatius in Ecclesia, mira „ circuitione utens, latenter improbat Pritanius: & quamvis de Proces- „ sionibus cum Statuis signanter loquatur, ratiocinatione tamen sua quas- „ libet sacras Imagines complectitur. “ Ita tu ex more adversus me, & ego tibi: *Aut calumniaris, aut nescis, quid loquaris*. En mea clara, dilucida, expressa, nullis involucris tegenda, nullo vel nigerrimo colore obscuranda (*a*). De hujusmodi more loquens scribo: Ma lasciando sì fatta questione, verrò io piu tosto dicendo, che sempre dee prevalere al sentimento delle private persone il giudizio e la pratica della Chiesa nostra Madre: e dover noi chinare il capo a tutto ciò, ch' ella approva, o permette. Tu autem minime horum contentus, de me scribis: *Morem istum latenter improbat Pritanius*. Ad quæstionem trahendus es cariss. Plazza: Profer momenta, quibus id evincas, secus juste pœnas lues calumniatoris.

912. Prosequeris n. 1. „ Primo hunc sibi casum fingit: Sopra tutto „ poi merita considerazione la sregolatezza di quelle rozze persone (*adverte, de quibus loquor*) le quali sembrano stimar più del divino Sal- „ vator nostro la sua immacolata Madre, e i Santi. (*Quæ sequuntur dumtaxat producis*.) Facciasi la Processione della Vergine: tanti e tanti „ abbandoneranno quella del Venerabile, per assistere all' altra; e lo „ stesso praticheranno nella Processione di S. Antonio di Padoa, che al- „ cuni Zelanti Vescovi hanno talvolta proibita e fatta differire; appun- „ to perchè coincidendo nell' Ottava del Corpo del Signore, miravano „ correre colà la Plebe con pregiudizio delle Processioni, santamente „ istituite allora in onor di Gesù Cristo Signor nostro. Verum quibus uncinis ex hisce meis extrahes, quod *latenter improbem* morem deferendi in Processionibus sac. Icones, aut depictas Imagines? I. Haudquaquam de omnibus loquor Processionibus Sanctorum, sed de eis solum, quæ cum illa

(*a*) Ex cap. 23. pag. 342.

illa concurrunt Venerabilis Sacramenti. II. Posses quidem colligere, mihi satius esse, differendam Sanctorum Processionem; ut ei quæ Christi est, detur locus. In hoc plane me dissentientem non habes, libenter subscribens modo memoratis Episcopis. Profecto autem semper intolerabile est; ut sive sint Sanctorum Imagines in Processionibus eorum, sive non, *tanti e tanti abbandonino quella del Venerabile, per assistere all' altra*.

913. Prosequeris: „ Tum penetrans (Pritanius) in cordium arcana „ quorum solus Deus *scrutator est verus* (a), subdit: Chi leggesse nel cuo„ re di quelli ignoranti, forse ritroverebbe, far essi più conto di quel „ Santo, perchè ne aspettano Miracoli, che di Gesù Cristo Autor vero „ de' Miracoli e delle grazie: " Minime gentium furor Divinitatem, quod scrutari velim penetralia cordium: *Absolute* Deus *verus scrutator est*; ipse autem scribo: *Forse ritroverebbe*, qui loquendi modus Deum omnino dedecet. Ad rem. Nullo item pacto ex hisce meis expiscari unquam potueris, quod *latenter improbet eum morem Pritanius*. Neque enim mihi hic sermo est de Imaginibus, sed de Sanctis, in Cælo regnantibus; a quibus, & non ab illis *aspettano gl' ignoranti miracoli e grazie*.

914. Prosequeris: „ Addit & rationem, omnium Sanctorum Imagini„ bus, non a Processionibus tantum, sed & ab omni conspectu remo„ vendis idoneam, inquit: Oltre a ciò fa più impressione nella Fantasia „ della gente grossolana il mirare la Statua di Maria sempre Vergine, „ o di qualche Santo (*cur non idem dicit de pictura?*) che il Sacramento „ dell' Altare, dove niuna sembianza truovano di quel gran Dio, che „ personalmente ivi sta chiuso. " Ut video, est tibi Pritanius Iconoclasta; cujus Ratio idonea est ab omnium conspectu sac. Imaginibus removendis. Rideamus scrupulos tuos. Et hic etiam de sac. Imaginibus loquor comparate ad Christum, publicæ adorationi in Processione circumlatum. Ut maxime igitur ex meis subinferre valebis, esse differendas Processiones Sanctorum; ut accurrat solum Populus ad eam Venerabilis; in qua adorandum se offert Redemptor noster, Dominusque Sanctorum. Et quidem novimus plures, infra laudandas, Synodos particulares, deferendas prohibere Icones Sanctorum, eorumve Reliquias: Neapoli, licet in solemnissima S. Januarii Processione SS. Patronorum Statuæ cum Reliquiis Caput comitentur Sanctissimi Protectoris, in solemniori item Processione Venerabilis nulla eorum sacra Statua videtur. Quinimo Romæ pluribus Sum. Pontificibus cautum est; ne in Altari eodem, in quo Christus publicæ adorationi exponitur, nulla sit Imago, aut sacra Statua; & si quæ sint inamovibiles, cooperiendas decernunt. Ut nimirum Fideles in unum præsentem Christum cordis dirigant affectus omnes, alia occasione Sanctos veneraturi. Num hanc disciplinam idoneam judicaveris ab omnium conspectu removendis Imaginibus sacris? Haudquaquam, certo reor. Vetantur quidem; ne ex earum sensibilitate, quæ in Christo nulla est, retrahatur piæ Plebis affectus, præsertim mulierum, a Redemptore Jesu, & ad Sanctos ipsos convertatur. Profecto autem sac. Imaginum sensibilitas haudquaquam urget ad removendas eas ex omnium conspectu; sed ut re-

(a) Sapient. 1. 6.

redeuntes ad cor, serio perpendamus, comprimendam sensibilitatem nostram, & Fide vivida in sac. Imaginibus insensibiles Sanctos venerari.

915. Annon autem verissimum est, *Che faccia più impressione nella Fantasia della gente grossolana il mirar la Statua di Maria Vergine, o di qualche Santo*, præ Christo in Hostia latente? Utinam *alla sola gente grossolana*! Quamdiu in corpore est animus incorporeus, vividius certe movetur a sensibus, & connaturalius, quam a quovis objecto, quod immediate non habetur per sensus: necessario enim corporis indiget ministerio; ut in suas etiam erumpat spirituales operationes. Vide, quam arcta sit unio inter incorporeum animum, sensusque corporeos: & tanta, ut & spiritualia objecta nonnisi percipere queat sub sensibilibus involucris. Christus vero, in Hostia latens, sola creditur vividissima Fide: & Hostia, quam ministerio sensuum directe sentimus, quoddam potius impedimentum est, ut Christum in ea latitare credamus, Hominem videlicet verum, vivum, adultum, qui etiam sit Deus. Dic sodes: quinam validius fures terret, ne surripiant, Deus ubique creditus præsens etiam ab ipsis, æternum perdere potens, cum furantur; an militibus Judex homo stipatus, ut liget, ut puniat? Reponit Augustinus (*a*) „ Ante oculos timor „ hominum est. Non audet enim publice profiteri iniquitatem; ne vel „ reprehendatur, vel damnetur ab hominibus ... Numquid non est ibi „ præsens Deus? Sed *non est timor Dei in conspectu ejus*. " Supra positam doctrinam Augustinus idem experientia sua, & auctoritate consolidet (*b*): „ Irruit enim de consuetudine *carnalis vitæ* in ipsos quoque interiores „ oculos *turba phantasmatum* in similitudinibus corporum; cui resistere co„ natus, saltem auctoritate divina exclamavi dolens in illa brevi Episto„ la, & dixi: Audiat caro *carnalibus cogitationibus ebria*, *spiritus est Deus*. „ Neque enim cujusquam magis, quam etiam ipsam meam mentem ab „ hujusmodi vanitate illa increpatione compescui. *Facilius quippe inclina„ mur ad solita*: & amicum est infirmitati humanæ Animæ corporalem „ conversationem introrsus vel mittere, vel admittere; non ubi sana „ consistat, sed ubi languida quodammodo aut incumbat, aut jaceat. " Si hæc Augustini animo sanctissimo, sapientissimo, quid vulgo, quid mulieribus, quorum Animi ex operandi modo pene toti apparent corporei? Nunquam satis nitimur adversus sensuum vividissimas impressiones in Phantasiam, & ex ista in mentem. Sobrie eorum ministerio utamur erga etiam spiritualia objecta, quantum videlicet memoria excitetur Prototyporum; eoque currat affectus, quod amandum est. Hinc merito S. Joannes a Cruce (*c*) de Sac. Imaginibus loquens, ait: „ Che se bene è vero, „ che per essere alcune più simili al naturale, che l'altre; e perchè ci „ muovono a divozione più l'une, che l'altre, conviene affezionarsi più „ a une, che alle altre, solamente per questo rispetto; con tutto ciò „ non ha da essere con quello affetto di proprietà, nè con quello attac„ camento, che tengo detto; di maniera che quello, che ha da condur„ re lo Spirito, acciò per quivi se ne voli a Dio, scordandosi subito di „ questo e di quello, tutto se lo mangi, e se lo rubbi il senso, stando la „ per-

(*a*) In Psal. 35. n. 1. (*b*) Epist. 147. de Videndo Deo cap. 17. n. 42. (*c*) Lib. 3. Salita del Monte Carmelo cap. 34.

„ persona ingolfata nel gusto degl'istromenti; de' quali dovendo ella sola-
„ mente servirsi per ajuto di questa, già per sua imperfezione li serve per
„ impedimento." Porro mulieribus potissimum, quarum Phantasia ad
„ summum usque incenditur, & exæstuat, perutilis, ac necessaria regula
est, ut oculorum obtutus parce nimis figant in Sac. Imagines; secus
quandoque jurabunt etiam, Imagines eas oculos sibi aperuisse, caput inclinasse,
noctu apparuisse Sanctos repræsentatos. Hinc tot spirituales mulieres
emergunt quotidie, sed in superficie, jactantes visiones, sed cassas,
internas locutiones, cum *Dominus non sit locutus*. Hinc jure Augustinus (a):
*Illi in vos sæviant, qui nesciunt, quam rarum, & arduum sit, carnalia phantasmata
piæ mentis serenitate superare*. Merito igitur, & verissimum est,
quod scripsi: Fa più impressione nella Fantasia della gente grossolana il
mirare la Statua di Maria sempre Vergine, o di qualche Santo, che il
Sacramento dell' Altare, dove ec.

916. Inquiris, cur non eadem *dicam de Pictura*? Et quidem Statuas
dumtaxat nominavi, haudquaquam pictas Imagines; illæ enim, præ istis,
fanno più impressione. Certissime nullum discrimen inter eas est quo ad
Dogma dumtaxat: qui enim eas venerandas credit, cogetur omnibus præstare
debitum cultum, sive depictæ sint, sive sculptæ. Coluntur quippe
in Imaginibus Sancti, quos omnes æque repræsentant. Poteras igitur omittere
Caput XI. in quo nimis prolixe monstras, eamdem esse caussam Iconum,
& depictarum Imaginum. Nemo unquam Catholicus id vertit in
dubium, neque Acatholicus rationabiliter: ille æqualem cultum omnibus
tribuit, iste omnibus negat. Verum aliter se res habet, si inquiratur,
num *solidæ* Imagines, an *superficiales*, vividiorem exerant vim admirationis,
amoris &c? Porro si experientia liquet, quod inter depictas, aut inter
sculptas, una præ alia majori pollet tali virtute; quid mirum, si inter
pictas, & sculptas comparatio instituatur? Equidem tibi subscribo, sapienter
dicenti: (b) *Fortasse vividius Statuæ, quam Picturæ sua Prototypa
repræsentant*. Et merito; illæ nimirum coloribus suis expressæ, in externo
ore virum, aut mulierem perfecte imitantur; quod nequeunt depictæ,
quæ soliditate carent. Quod si illis vestes insuper addantur (ut moris
est) prædivites, gemmæ, uniones &c. certe mulierum genus præsertim
ex earum aspectu rapientur in extasim & fors quandoque in ornamenta
magis, quam in sac. Icones, amore rapientur. Ex his fit, ut
validiore impetu ferantur *le rozze persone* in Processiones cum Statuis Sanctorum,
quam in eam, quæ Christi est; fortius enim in illis, præ ista,
eorum sensus feriuntur. Merito itaque depictas Imagines tacui, sacrasve
solum Icones memoravi. Quin etiam obtinuit consuetudo Ecclesiastica fere
universim; ut solemniter istæ in Processionibns deferrentur, religioso
triumpho expositæ, non item depictæ. Quod si quandoque in Vexillo initio
Processionum sacræ videntur contextæ Imagines: has certe maxima
pars Fidelium aut non advertit, aut eo religioso cultu non veneratur,
quem solemniter circumductæ Statuæ deferre consuevit. In meis verbis,
hactenus a te productis, nihil invenire valuisti, nisi *temerarias suspiciones*.
Profer, quæso, in quibus latet virus mortiferum.

917.

(a) Contra Epist. Fundamenti cap. 2. (b) Cap. 11. n. 36.

917. Prosequeris n. 2. „ Quæ vero ex iis colligit, non suo, sed alio„ rum nomine (quos maxime laudat) profert : Disordini tali (*a*) hanno sovente cagionato, che Uomini egualmente pii, che saggi, han „ fatto delle riflessioni, e formato de' desiderj intorno alle Statue della „ Vergine, e de' Santi nelle Processioni. Confessano essi conformandosi „ cogl' insegnamenti della Chiesa, essere utile, lodevole, e retto l'uso di „ esse Statue. Loro sembra nulladimeno, che solamente i secoli barbari, „ poco buoni Maestri in certi casi, introducessero di portarle in Proces„ sione; e che i più antichi, e meglio regolati secoli usassero unicamen„ te le piissime Processioni, che tuttavia pratichiamo nelle Litanie mag„ giori e minori, e in tempo di Penitenza, o per altre Divozioni. Si„ milmente si dee, dicono essi, confessare, che essendo questo un punto „ di Ecclesiastica disciplina, la Chiesa, la qual permise, ed approvò l'uso „ di esse Statue, potrebbe anco vietarlo, se *meglio* lo riputasse, almeno „ nelle Processioni, con ritenere il solo delle sacre Immagini. Le ragio„ ni, che sembrano ad essi indicare, che *meglio* fosse un tal divieto, non „ le aspetti da me il Lettore. " Hæc mei libelli profers usque ad ea : *Similmente si dee, dicono essi ec.* Audiamus tua n. 3. „ Ex quibus omnibus „ intelligenti satis apparet, minus honestum videri Pritanio, B. Virginis, „ & Sanctorum Imagines solemniter deferri in Processionibus. Nam & „ eas tantum *piissimas* (ut vocant) processiones retineri amat, quæ non „ in honorem Sanctorum, sed alia de caussa fiunt. Et rationes, ex qui„ bus id deducit de Statuis, etiam militant adversus Imagines quascum„ que, etiam pictas. "

918. Jam anguem invenisti latitantem in *meis*. Quid *meis*, cariss. Plazza? quo præjudiciis tuis evolas? In vere meis verbis neque anguem invenire potuisti, neque formicam, ut liquet. (*b*) Quæ hic modo producis, mea minime sunt, sed aliorum; & adeo non sunt mea, ut & ipsis adverser: Ma lasciando da parte sì fatta questione &c. (*c*) Sed inquis: Auctores istos innominatos *maxime laudat Pritanius* come Uomini *pii e saggi*. Et quidem. At quodnam est hoc Ratiocinium tuum: *Eos laudat Pritanius. Igitur eorum opinioni subscribit?* Quotiens te, reor, laudasse Augustinum, a cujus tamen opinione *de Gratia* disterminaris longissime? Num tibi, & quibusdam ex Tuis similem me volueris; qui, in quos irruitis Adversarios, pene omnes, Jansenistas nominare, Bajanistas, Quesnellianistas, in more habetis? Apage insulsum commentum, stomachum movens omnium cordatorum. Non hæc mihi indoles est: in Adversarios insurgo; impeto in opiniones: at in ipsismet veneror Sapientiam, Pietatem; & cum occasio offerat se, eisdem veras laudes nec invideo, nec taceo. Igitur nil scelerati est, illos laudasse. Vin scire? In te dumtaxat malum est, qui cæco impetu in me ruis, quæ scribo, nequis percipere; & tamen mea oppugnare, tibi animus est, & æstuantissimus. Furentes tui cordis procellas adversus me tantillum seda: & certe senties, Pritanii mentem non esse Augiæ stabulum: & videbis, Pritanium esse unum, *qui non egit dolum in lingua sua*. Etenim *lingua agitur dolus; cum aliud ore*

(*a*) De quibus sup. num. 1010. 913. (*b*) A num. 912. (*c*) Vid. sup. num. 911.

Profertur, aliud pectore tegitur. (*a*) ut proinde falsum sit, quod n. I. scribis: „ Morem istum, mira circuitione utens, latenter improbat Pri„ tanius. "

919. Cæterum placatior adtende, quid aliorum nomine scripserim de Usu dumtaxat Iconum sanctarum. I. „ Confessano essi conformandosi co„ gl' insegnamenti della Chiesa, essere utile, lodevole, e retto l' uso di „ esse Statue. " En obsequentissimum cor consuetis moribus Ecclesiæ Matris. Annon id pium? Secus Hæretici, qui omnem & usum, & cultum „ oderunt sac. Imaginum. II. Similmente si dee, dicono essi, confessa„ re, ch' essendo questo un punto di Ecclesiastica disciplina, la Chiesa, „ la qual permise, ed approvò l' uso di esse Statue, potrebbe anche vie„ tarlo, se *meglio* lo riputasse, almeno nelle Processioni, con ritenere il „ solo delle sac. Immagini. " En sanam doctrinam. Ad Ecclesiam appellant, cujus est communes Fidelium consuetudines disciplinæ aut inducere, aut antiquare. Adtende Pietatem eorum. Expetunt usum aboleri sac. Statuarum, saltem in Processionibus: *melius* id judicant ex immissis abusibus: & tamen, de proprio judicio diffisi, Ecclesiæ judicium præstolantur, *se lo riputasse meglio*; & interim cum Ecclesia eadem *confessano esser utile, lodevole, e retto l' uso di esse Statue*. Annon id Catholica Sapientia, ac Pietate dignissimum? Soli Plazzæ scrupuli in horum opinione, nescio quem, trucem serpentem videre potuerunt. *Profecto* quisque cordatus *ista tua vana cum inriserit, te dolebit*. [*b*] Quot Sancti, quot Sapientes fuerunt, priusquam ab Ecclesia Agapæ e medio tollerentur, nocturnæ Vigiliæ &c. qui dolerent magnopere, hominum malitia inductos in eos piissimos mores abusus intolerandos? Quot ex eis nedum corde, sed lingua, & calamo desiderare professi sunt; ut eliminarentur consuetudines illæ; cum viderent, supercrescente malitia, aliud non superesse remedium improbitati frænandæ? Et tamen tranquille sustinebant amaritudinem amarissimam, Quot Sancti, quot Synodi provinciales, quot Sapientes (non inquam Probabilistæ) qui Canonum Pœnitentialium rigorem revocandum peroptant; quem tamen Ecclesia satius ducit relaxandum? Num rebelles dixeris eos Ecclesiæ Matri? Apagesis.

920. Ut quod ex horum opinione protuli, eamdem esse meam evincas, scribis (*c*) „ Forte ob declinandæ invidiæ caussam subdit Pritanius (*d*): „ Le ragioni, che sembrano ad essi indicare, che *meglio* fosse un tal di„ vieto, non le aspetti da me il Lettore. Non desinit tamen clanculum „ insinuare id, quod sibi melius futurum videtur, dum productis exem„ plis nocturnarum Vigiliarum, Osculi sancti, & Sanctorum Convivio„ rum, quæ primis Ecclesiæ sæculis usurpata, & commendata, ob inter„ currentia deinceps mala *la Chiesa Santa appoco appoco li dismise*, subte„ xit. " Siste: omnia subtexam, non quædam, ut facis. Produxeram opinionem *di alcuni pii e saggi*, desiderantium, „ che se la Chiesa me„ glio riputasse, proibisse l' uso delle sac. Statue, almeno nelle Proces„ sioni. " Subinde prosequor: „ Le ragioni, che sembrano ad essi indi„ care, che *meglio* fosse un tal divieto, non l' aspetti da me il Lettore.

Cur

(*a*) Aug. in hunc locum. (*b*) Lib. 2. op. imp. n. 65. (*c*) Cap. XI. n. I. (*d*) Cap. 23. pag. 312.

Cur isthæc ? Quia , cum eorum opinioni non acquiescerem , nec vellem cum eis contentionis funem ducere , necesse neutiquam erat , eorum momenta producere . Prosequor : Basterà quì il ricordare , ch'erano in uso , e commendati ne' primi Secoli della Chiesa anche i sacri Conviti , il Bacio santo , le Vigilie notturne . Pure a cagion di alcuni disordini , che trapelarono in que' lodevoli istituti , la Chiesa santa a poco a poco li dismise . Cur isthæc ? Ne quisquam eos aut minus *pios* reputaret , aut insipientes , ex laudata opinione illorum ; in quam & *Visionarii* , & *Scioli* offendere possunt ; a præteritis exemplis Ecclesiæ prohibentis pias quasdam *Disciplinæ* consuetudines , verum esse comprobo , quod asserunt : „ Essendo „ questo un punto di Ecclesiastica Disciplina , potrebbe anche la Chiesa , „ vietar l'uso di esse Statue , almeno nelle Processioni . Prosequor : Certamente se meglio fosse il non avere , che avere certi usi , si ha egli da adirare il Bene , perchè gli venga anteposto il Meglio ? E quando si accordasse , che questo fosse il meglio (*semper sub conditione loquor*) converrebbe pure ascoltar l' Apostolo , che ci vien dicendo (*a*) *Et hoc oro , ut Caritas vestra magis , ac magis abundet in scientia , & in omni sensu , ut probetis potiora* . Non dixit *bona* , sed *Potiora* . Cur isthæc ? Ut complanarem minus intelligentibus ea : Potrebbe vietarlo , *se meglio lo riputasse &c.* Et ut perciperet la *gente grossolana* ; quod , si quandoque aut Roma , aut sapientes Episcopi , piam supprimant consuetudinem (ut Romæ , ne in Altari eodem , in quo exponitur Venerabile , Sanctorum Reliquiæ ponantur , aut Imagines : & Neapoli præcipitur : (*b*) *Ubi divina exponitur Eucharistia , nullæ omnino dentur Populo Sanctorum Reliquiæ exosculandæ &c.*) non inde capiant offensionem , sed queant rectum judicium efformare . Hac me gessi ratione , sive credas , sive non credas ; & idcirco meam opinionem aperiens , prosequor : Ma lasciando sì fatta questione , verrò io più tosto dicendo , che sempre dee prevalere al sentimento delle private persone il giudizio e la pratica della Chiesa nostra Madre ; e dover noi chinare il capo a tutto ciò , ch' Ella approva , o permette : videlicet si usum sinet Ecclesia sac. Imaginum , certum esse indicium , quod idipsum *melius* ab ea reputetur . Non itaque , ut ais : *Ob declinandæ invidiæ caussam , clanculum* , eorum opinionem sectans laudatum morem improbo sac. Imaginum . Qua de re imperterritus provoco te , & mille , præ te , sapientiores , quod æternum monstrare nequeatis , neque *evidenter* , neque *probabiliter* , quod Pritanius *latenter improbet in Ecclesia usum sac. Statuarum &c.* Adtende , cariss. Plazza , & videbis : *Non te disjecisse , quod struxeram : nec sanæ rationis , sed vanæ tuæ opinionis manus te frustra intulisse structuræ nostræ , utriusque nostrum verba qui legerint , judicabunt* . (*c*) Judicabunt , inquam , dilucide in meo Libello usum laudari sac. Imaginum & in Processionibus , & ubique .

921. De reliquo nulla mihi suberat caussa prudens , ut *latenter* meam insinuarem opinionem sub nomine aliorum . Eos expresse nomino & *Pios* , & *Sapientes* : cur igitur fugerem , & meam fateri opinionem eorum ; cum absque ullo dispendio esset & Pietatis , & Sapientiæ ? Si placuisset , pro-

 pa-

(*a*) Ad Philipp. cap. 1. vers. 9. (*b*) In Synod. Diœces. sub Eminentiss. Pignatello a. 1726. Part. 2. cap. 4. num. XVI. (*c*) Lib. 2. op. imp. n. 55.

Palam essem professus: neque tam facile de Pritanio credas, quod trepidaverit unquam timore, ubi nullus est timor. Itaque si non amplexor aperte eam; si expresse adversor: certum habe, hoc unum mihi dumtaxat stetisse, eam respuere, eam non sequi. *Non est, unde te munias adversus impetum veritatis, quo eum tuis machinis in clarissima luce prosterneris.* (*a*)

922. Verum magis, magisque audeo. Quid, cariss. Plazza, si horumce opinionem, quam cane pejus, & angue odisti; & quia credis, eam me sectari, pene Iconoclastam me prædicas; quid, inquam, si tuus Petavius docuerit; si omnium sit nomine, & re Theologorum, proindeque etiam tua, qui in horum subselliis posse existimas te sedere? Unum præ omnibus adtende Petavium (*b*) nedum de sac. Iconibus loquentem, sed de Imaginibus cunctis: „ Imagines ex eorum per se genere esse, quæ „ adiaphora nominantur, hoc est, quæ ad salutem omnino necessaria non „ sunt; nec ad substantiam ipsam Religionis adtinent (*adtende, quæ sequuntur*) sed in potestate sunt Ecclesiæ; ut ea vel *adhibeat*, vel *ablget*, pro eo atque *satius esse decreverit*, cujusmodi positivi vulgo juris „ dicuntur. " In hoc certe omnes veniunt Theologi. Igitur Petavio, cæterisque, possibilis casus est, in quo ob irrumpentes abusus intolerandos in Cultum sac. Imaginum, *satius* queat Ecclesia judicare, & ablegare usum earumdem. Compara nunc Petavio eorum opinionem (*c*) & videbis ovum ovo non esse similius. Præstat autem Natalem Alexandrum subtexere, dilucidius & quæ *Fidei* sunt, & quæ *Disciplinæ* complectentem: (*d*) „ Imaginum sacrarum usum primis tribus Ecclesiæ sæculis apud „ Christianos fuisse valde infrequentem ... Neque IV. Sæc. statim in Ec„ clesiis omnibus obtinuit ... Fatemur enim usum Imaginum, adeoque „ & earum *venerationem actualem* non esse Dei lege præceptam; & ad „ *Disciplinam* dumtaxat pertinere; quæ subinde *variari potest*, & *variata* „ est in Ecclesia, invariata Fide. Id unum Ecclesiastici *dogmatis* est, *Imaginum usum Lege Dei vetitum non esse*, & *utilem* esse Christianis: & „ venerationem Imaginum Christi, aut Sanctorum a Religione permitti, „ & approbari, ut quæ ad Christum Servatorem, & Sanctos referatur; „ nec habere aliquid cum Idololatria commune. " Quid inquis, cariss. Plazza, hæc audiens?

923. Verum nimis ringentem video te, cum ipse rideam. Quam secura est veritas! ut inter procellas calumniarum, parum sit, perseverare immotam; sed & lætam inridere furentes impetus Adversariorum; quinimo & de eis multiplices triumphos reportare. Age, cariss. Plazza: ne cuncteris tui animi sensa aperire; qui, nec quæ cogitari poterant, typis dare non destitisti. Inquies: „ Tu usque modo professus es opinionem „ aversari eorum, quos *e pii e saggi* laudasti: & nunc utroque pollice „ eidem subscribis? Quid hoc? Horum opinionem eamdem dicis, quæ „ omnium Theologorum est; certe ex hisce unum te credis. Igitur ve„ ram pariter credis opinionem illorum, quam usque num professus es „ aversari. Condona, Pritani cariss. si Augustini verba retorqueam: *quid*

„ *prius*

(*a*) Lib. 6. op. imp. n. 30. (*b*) Lib. 15. de Incarn. c. 13. n. 1. (*c*) Vid. sup. n. 917. (*d*) In Hist. sæc. 8. dissert. 6. §. 3.

" *prius dixeris, fortassis oblitus es. Gratulandum est oblivioni tuæ, qua verum* " *compelleris dicere* (*a*): nempe jam fateris in horum opinione esse; ac la-" tenter eam insinuare sub nomine aliorum; quod hactenus perfracte ne-" gasti. "

924. *Nunc diligenter adtende: & quod sequitur, ut intelligas, intentus ausculta.* (*b*) In horum opinione duo sunt: unum, quod adtinet *Jus: nempe penes Ecclesiam potestatem esse, ut sac. Imagines vel adhibeat, vel ableget, pro eo atque satius esse duxerit*. Hoc item omnium Theologorum est, cui & fidenter subscribo. Alterum, quod in illorum est opinione, *factum* adtinet, quod *reapse* intromissi abusus in Cultum earum tales sint, qui sufficiant (si melius Ecclesia judicaverit) ut sac. Iconum usus vetetur, in Processionibus saltem. Huic illorum placito constanter repugno: & idcirco scripsi: Le ragioni, che sembrano ad essi indicare, che meglio fosse un tal divieto, non le aspetti da me il Lettore. Profecto considerabam, quod etsi S. Sedi innotuerint memorati abusus, ipsa tamen sileat; satius ducens, nihil innovare in laudato usu sacrarum Statuarum. Et ea propter scribo: Ma lasciando sì fatta questione, verrò io più tosto dicendo, che sempre dee prevalere al sentimento delle private persone il giudizio e la pratica della Chiesa nostra Madre. Cæterum quod innominati Auctores illi de facto etiam loquantur, secus ac alii Theologi; hoc discrimen minime præstat, ut illa opinio sit ulli errori obnoxia: quod enim potest Ecclesia *de jure*, valet reapse facere; quod liquet in Vigiliis nocturnis, in Communione Calicis &c. quas prius valebat prohibere, en *Jus*; & post reapse vetavit, en *Factum*.

925. Sed adhuc mussitantem te video: *Dic, audiamus, discamus*. (*c*) " Inquies: Immerito igitur eos nominas Auctores *pii e saggi*; qui adeo de-" sipere potuerint; ut, quos S. Sedes tolerat aliquales abusus in usu Sta-" tuarum, illi judicant sufficientes, ut reapse vetetur. "

926. Et adeo immitis, durusque eris exactor, ut innoxios mentis errores, si qui sint, tam arbitreris nocentes; ut deturbare valeant quosdam a vera laude & Sapientiæ, & Pietatis? Num tu, num ego, num sapientissimus quisque, nunquam inviti erramus? Etiam ethnicus Cicero (*d*) ajebat: " Et si aliqua culpa teneremur *erroris humani*, a scelere certe liberati su-" mus. " Priores Semipelagiani in Fidem errori favebant, errorem fovebant, & usque ad mortem: at quia sub sano corde errabat sola mens (Ecclesia tacente) ex illis plures & Sapientia, & Sanctitate floruerunt. *Homo es: humani nihil abs te alienum puta: & in his, quæ non pateris, compatere patientibus*. (*e*) Auctores illi, licet in sua opinione excessissent; quia tamen " confessano conformandosi cogl'insegnamenti della Chiesa (*en volun-" tatis Pietatem*) essere utile, lodevole, e retto l'uso di esse Statue; e " potrebbe anche vietarlo, se meglio lo riputasse " idcirco neque ulla hæreseos, aut erroris labe notandi sunt; neque a Sapientiæ nota cadunt, aut Pietatis; sed excusandi prorsus, quod ad extrema excesserint. Omnes quippe implantato Naturæ vitio ex originis culpa, raro medium tenemus vir-

(*a*) Libr. 2. oper. imperfect. num. 216. (*b*) Lib. 6. contr. Julianum cap. 4. num. 10. (*c*) Libr. 5. oper. imperfect. num. 56. (*d*) Lib. 1. Academic. (*e*) Lib. 4. contr. Julianum cap. 16. num. 83.

virtutis; sed divertimus ad extrema, aut ad nimium rigorem, aut ad noxiam benignitatem. In hisce, & similibus adtendendum maxime est, si solam mentem error decipiat, an etiam voluntatem malitia depravet. Verissimum quippe est, quod Augustinus ait (a) *Aliud est, alicubi Catholicum errare* (quod mentis est) *aliud magni erroris etiam hæresim condere, vel tenere*, quod est voluntatis. Si id verum intra Fidei cancellos; quanto magis, quando immota Fide, sola impetitur disciplina?

927. Ut dediscas, præcipitare sententiam in aliorum perniciem, odiosissimas affingendo nomenclationes, quod tibi in tuo hoc adversus me Opere familiare est. Etenim pene nullum Caput scribis, in quo non legatur: „ Pritanius, & Pseudomonitor: Pritanius, & Iconoclastæ: Pritanius, & Hagiomachi: Pritanius, & Lutherus: & Calvinus: & Jansenius &c. Miror, cur tacueris: *Pritanius, & Atheus!* Pudeat. Imitare *Redivivum Pritanium*, qui legens calumnias tuas nimis crassas, in *Defunctum* congestas, & plena manu, & amplo sinu, non aliud professus est, & profitetur nisi mentis tuæ deceptiones ex gravibus nimium præjudiciis, haudquaquam voluntatis pravitatem. Oh! si vidisses, cariss. Plazza, quot sustinuerim immites pugnas, quot furentes procellas; dum, irruentibus in me turmatim cogitationibus, ut pravum cor tuum adversus me judicarem; quod sciens, & volens calumnias struxeris, quibus in profundissimum mergeretur fama Pritanii: oh! inquam, si hæc vidisses, doluisses certe sortem meam, nunc cogitationibus illis jugulum meum petentibus vicino ense districto, ut id fatereri, nunc minantibus cymbulam cordis mei ad scopulos conquassandam. Imperterritus in mediis armis steti, impavidus inter procellas: pro te pugnavi, pro te vici: depressæ cogitationes abierunt, tuam mentem prædicavi deceptam, & prædicabo, quamdiu nova vita superstes erit, sed sanam voluntatem. Itaque imitari ne remoreris: Homo es, Christianus, Religiosus, Sacerdos: cunctis hisce titulis in id devinceris; quinimo ad palinodiam; nimis enim injuste, nimis calumniose, nimis furenter innoxium aggressus es Sacerdotem. Displicuit, sincere fateor, ac displicet, tua a me nominari calumniosa: sed justa defensionis caussa in id coegit. Digressi sumus: regrediamur.

928. Quinam supersunt scrupuli tui extirpandi: Age n. 3. ais: „ Nam „ & eas tantum piissimas (ut vocant) Processiones retineri amat Pritanius; quæ non in honorem Sanctorum, sed alia de causa fiunt. “ Verum, dilectiss. P. ex aliorum opinione ea recitavi: „ E che i più antichi, e meglio regolati Secoli usassero unicamente le piissime Processioni, che tuttavia pratichiamo nelle Litanie maggiori e minori, e in „ tempo di Penitenza, o per altre Divozioni. “ Mea hæc minime sunt, ut vidisti. II. Quantum eos adtinet, quorum est opinio, jam innoxii penitus sunt; quippe qui „ conformandosi cogl' insegnamenti della Chiesa, „ confessano utile, lodevole, e retto l' uso di esse Statue. “ III. In illis: *O per altre Divozioni*, intelligere bene potuisses Litanias ab eis admissas in venerationem Sanctorum. Annon tibi piissimæ sunt Processiones hujusmodi? quod si piæ sunt, bene exprimuntur illis: *O per altre Divozioni*

(a) Lib. 4. op. imp. n. 89.

zioni. Unum illis cordi est, *che si vietasse l' uso delle Statue, con ritenere il solo delle sac. Immagini*. Haud igitur usum impetunt Processionum in venerationem Sanctorum; cum deferri posset in illis eorumdem Imago.

929. Ex more scribis n. 4. Mulierum terricula, & Idiotarum. „ Morem circumferendi Divorum Statuas per Civitates ... vituperarunt Lutherus, & Erasmus ... II. De Jansenistis quoque refert P. Fontana, eos Lovanii, & Bruxellis magno nisu (etsi frustra) impedire conatos; ne in Processionibus una cum SS. Sacramento gestarentur Imagines S. Virginis, & S. Michaelis Archangeli. "

930. Profecto riderent illi, quorum refero opinionem, si te audirent. Centies repositum est tuis hisce oppositionibus. Lutherus eum vituperat morem Catholicæ Ecclesiæ velut ab Ethnicis profectum. Somniat excucullatus Hæresiarcha; neque aliud somniare poterat, qui omnem Sacris Imaginibus impie cultum invidit. Non ita Auctores a me laudati; qui cum Ecclesia & laudant, & exequuntur morem circumferendi sac. in Processionibus Statuas. Tace, cariss. Plazza, tace. Ad II. Num Jansenistas dixeris Eminentissimos Neapolitanos Antistites, qui plurimas SS. Patronorum Statuas cum Reliquiis circumferendas volunt in solemni Processione S. Januarii, totius Regni Patroni; quas tamen circumduci non sinunt in solemnissima item Processione SS. Sacramenti? In Synodo Namurcensi ann. 1639. sancitum est: *quando continget Ven. Sacramentum deferri, nullæ aliæ Reliquiæ, vel Imagines Sanctorum deferantur*. Anno 1651. Maximilianus Henricus Archipræsul Coloniensis edixit: „ In eis tamen Processionibus, & supplicationibus, ubi SS. Sacramentum circumfertur, nullæ merito Sanctorum vel Imagines, vel Statuæ juxta S. Caroli Borromæi præscriptum .... deportentur. " Num istos Jansenistas? Saltem irrue, si animus est, si audes, in quatuor Rom. Sum. Pontifices, Clementem XI. Innoc. & Bened. XIII. ac Clementem XII. Audi, quid voluerint; certe tibi offendiculo erunt. „ Il SS. Sacramento dovrà esporsi nell' Altare maggiore ... e si coprirà l' Immagine, o la Statua, che vi sia ... Sopra l' Altare non si pongano Reliquie de' Santi, o Statue de' medesimi; non escludendosi però quelle degli Angeli, che facciano figura de' Candelieri. " (a) Num omnes isti Jansenistæ erunt, aut saltem impietatis sugillandi? *Contumelias tuas cum his me accipere gaudeo*. (b)

931. Scribis num. 5. „ Ab his igitur scandalis, & ab illis ambagibus extricaturi pios Fideles, demonstrare aggredimur, honestissimum esse, B. Virginis, ac Sanctorum, seu sculptas, seu pictas Imagines, in Processionibus gestari. "

932. Evolasti jam ad imaginaria spatia. Quid *scandala* somnias, quid *ambages*? solummodo sunt Phantasiæ tuæ Imaginationes. Mirabile prorsus, quam fœcundam possideas! Ubinam in meo Libello aut exprimitur, aut subinnuitur saltem, honestissimum non esse, seu sculptas, seu pictas Imagines in Processionibus circumferri? Ut ex sup. dictis liquet, in eo de *Abusibus* sermo habetur, intromissis in Cultum Iconum sac. dumtaxat (quodve aliorum nomine profero, quibus etiam adversor) & idcirco ex-

(a) Vide apud Cajet. Merati in observat. ad Gavantum Part. 2. tit. 14. de his; quæ addenda sunt coram SS. Sacram. (b) Lib. 4. op. imp. n. 67.

expetitur ab illis; ut Ecclesia, si satius duceret, sac. Iconum dumtaxat usum vetaret &c. Unde adversus ista exponenda a te fuisset hæc Thesis: „ Honestissimum est, sacras Icones in Processionibus circumduci; & si „ plures in id abusus irrepserint; & si satius judicaret Ecclesia, propter „ abusus earumdem usum in Processionibus prohibere. " Audes id statuere, id comprobare? Si itaque in meo Libello dumtaxat sermo sit de usu Iconum sac. haud quidem *absolute*, sed sub limitatione *Abusuum introductorum*; cur tu *absolutam* statuis Thesim absque nlla limitatione? Hoc sane modo etiamnum honestissimum posses prædicare usum nocturnarum Vigiliarum, Communionis Calicis &c. ex se enim honestissima sunt: quæ tamen, consideratis abusibus, & incommodis, sancte vetavit Ecclesia. Ut apparet, hic, & cap. sequenti n. 4. idcirco *absolute* statuis Thesim; ut, ni Iconoclastam, saltem temeritate nulli secundum conclamares Pritanium. *Conclusio, quam velut meam inferre voluisti, non est mea* (*a*).

933. Ibidem scripseram: Sopra tutto poi merita considerazione la sregolatezza di quelle rozze persone, le quali sembrano stimar più del Divino Salvator nostro la sua immacolata Madre e i Santi. Adversus ista n. 26. insurgis: „ Ratiunculæ, quas opponit Pritanius, temerariis suspi„ cionibus innituntur. Quis enim unquam Catholicus in occursu, & con„ cursu Statuæ, vel Imaginis alicujus Sancti, aut Deiparæ cum divinissi„ mo Sacramento, non longe profundiorem exhibet reverentiam Christo, „ ibi sub speciebus sacramentalibus mirabiliter latenti, quam illi Sancto, „ vel Deiparæ, per Imagines repræsentatis?

934. Excusandus es, qui *Probabilismum* oblitus, adversus me induis *Rigorismum*. I. Nunquam scripsi, che le rozze persone facciano più profonda riverenza agli Santi, che a Cristo. Scripsi quidem ex familiari more loquendi, eoque verissimo: *Sembrano* stimar più: videlicet exteriori Ritu tales se gerunt, ut pluris facere videantur (licet non sit) præ Christo, Virginem, ac Sanctos. Etenim facciasi la Processione della Vergine, ed anco di S. Antonio di Padova, tanti e tanti abbandoneranno quella del Venerabile, per assistere all'altra. Ex hoc operandi modo delle rozze persone, scripsi, Sembrano stimar più gli Santi, che Cristo. Tu autem mea in toto *Rigore* absoluto intelligi vis, vel intelligere. II. Si probe adverteris, offendas plures e Plebe, eadem exteriori saltem demissione Virginis Statuam venerari in Processione, ac sacrosanctam Hostiam. Deferatur insuper pro salutari Viatico Christus Jesus ad infirmum, in die etiam festo; quam paucos videbis, qui comitentur: adtende Processionem cum Icone Virginis Rosarii, non in die solemniori festo, sed quavis prima mensis Dominica, quantam miraberis mulierum frequentiam!

935. Scripseram pariter: Chi leggesse nel cuore di quelli ignoranti, forse ritroverebbe, far essi più conto di quel Santo, perchè ne aspettano miracoli, che di Gesù Cristo. Adversus hæc eodem num. 26. irruis: „ Quis inter Orthodoxos adeo vecors, aut etiam impius, ut pluris in „ corde suo faciat ullum Sanctum, quam Sanctum Sanctorum Christum?

936.

(*a*) Lib. 3. cont. Julian. cap. 7. num. 15.

936. Quis inter homines adeo simplex, ut est P. Plazza? Quæ legis simplicitate summa intelligis. O bone, non vides, exaggerantem esse scribendi modum: *Forse* ritroverebbe? Et posses videre, si advertere datum esset, quod licet *de Rudibus* scribam, scribo tamen de Catholicis, qui omnes norunt, Christum Dominum esse, Sanctos autem servos ejusdem. Et tamen quot delle *rozze persone* (absque ulla tamen comparatione Christum inter, & Sanctos) ex inconsiderato fervore magis in Sanctos feruntur, quam in Christum? Cujus rei primordialis ratio est, in Idiotis universim insatiata cupiditas beneficiorum. Experti quippe sunt, & experiuntur, miracula quævis, & beneficia, sanctorum ope a se recepta, a quibus efflagitarunt. Hinc ignoranti rusticitate depressi, deficiente etiam quandoque cathechesi necessaria, ad ipsum fontem Deum non assurgunt beneficiorum, sed sanctos credunt Auctores. Cujus etiam rei indicium est, quod in quavis necessitate, Virginem, aut Sanctos adcurrunt, & maxime eos propter miracula celebriores. Item inter innumera, quæ recitantur Novemdialia, vix leges paucissima, quæ de Christo sint, aut de Deo, plurima tamen aut Virginis, aut Sanctorum. Idcirco scripsi: Forse ritroverebbe far essi più conto di quel Santo, perchè ne aspettano miracoli, che di Gesù Cristo, Autor vero de' miracoli.

937. Ais n. 27. „ Quod si frequentius accurrunt Populi ad Processionem „ alicujus Sancti, quam ad Processionem Ven. Sacramenti; id non mino- „ ri erga Ven Sacramentum devotioni tribuendum est, sed majori sole- „ mnitati, qua Processio talis Sancti festo ipsius die celebratur. “

938. Et adeo vecordes non erubescis Fideles prædicare, quod frequentius adcurrere queant ad Sancti Processionem ob majorem solemnitatem, quam ad Jesum Redemptorem, etiam si dumtaxat ad infirmos deferatur? Comparas Hominem purum Homini-Deo, & præponis *ob majorem solemnitatem*!

939. Scribis num. 42. „ Est & aliud, quod Lutherus (*iterum in scœnam*) suique Gregales, adversus sac. Processiones generatim opponunt, „ & hyperbolice exaggerant de Abusibus .... Huic querelæ, quæ alias „ etiam Pritanio familiaris est, primo expedite, ac breviter respondemus. „ Tollantur abusus, relicto usu, cui abusus præjudicare non debent. “

940. *Oh! quid perdidit, qui te audire non potuit*, cum cogitaret Ecclesia Calicis communionem, nocturnas Vigilias, Agapas &c. de medio tollere. Si tunc fuisses, vividiori lumine mentem illustrasses Ecclesiæ, dicens: „ Tollantur incommoda a Communione Calicis, abusus a nocturnis Vigiliis &c. & horum remaneat usus, cui abusus præjudicare non debent. “ Et ita, monente P. Plazza, cuncta hæc haberemus: sed tunc temporis, quia non eras, ignara tui consilii Ecclesia, ea sanctius duxit eliminare. O bone: nequis discernere inter abusus, & abusus? Cum tenella pinus est, sed distorta, facile in directam arborem adduci potest: at si annosa creverit distorta, solus ignis medebitur vitium. Cum sunt paucorum abusus; si altas radices nondum egerint: Tollantur abusus, qui pio usui præjudicare non debent: secus improbis latissima via aperiretur; ut quos vellent, pii usus tollerentur ob minores abusus, ab ipsismet introductos. Verum cum abusus profundas adeo radices egerunt; ut nulla vi

queant eradicari: cum obfirmata impietas latius excurrit ex abusibus, quam Pietas ex usu, quid facies? Prudentissimam imitare Ecclesiæ sapientiam, quæ in consimilibus casibus satius duxit, ac sanctius, pios usus dimittere non necessarios, ut pervicacia scelera interirent. Et idcirco sup.a me laudati Auctores *pii e saggi* Ecclesiæ judicio judicandum dimiserunt; num immissi abusus in Cultum Sac. Iconum tolerandi essent, aut dispergendi. *Querelam Lutheri ex abusibus familiarem dicis Pritanio:* & non pudet? Num generalia quædam Concilia, ac Provincialia; num Auctores æque sapientes, ac Sanctos, sæpissime impetentes abusus Fidelium, Luthero comparare ausus eris? Culpandus certe essem, si abusus impeterem aut imaginarios (quod adversus me facis) aut pios usus, quos prædicarem abusus (quod faciunt plerumque Acatholici.) Isthæc de me æternum non monstraveris. Scito, cariss. Plazza, quandoque Hæreticos Catholicis sociatos, vere in abusus Fidelium invehi: sed illi ut feriant ex odio: isti ex caritate ut sanent. Et *ego in laudem meam tua sumo convicia*. (*a*)

941. Ais num. ultimo: „ Deinde auream illam apponimus, & reponi„ mus D. Hieronymi sententiam, qua Vigilantio, sacras Vigilias in Ba„ silicis Martyrum propter abusus damnanti, occurrit (*b*) *Paucorum culpa* „ *non præjudicat Religioni; qui & absque Vigiliis possunt errare in suis, vel* „ *in alienis domibus. Apostolorum fidem Judæ proditio non destruxit: & nostras* „ *ergo Vigilias malæ aliorum Vigiliæ non destruent*. Quod Doctor maximus de „ Vigiliis, hoc nos dicimus de Processionibus. “

942. Poteras certe præterire Hieronymum, cujus verba nec tibi adjumento sunt, plurimumve afferant mali, quæ ex eo scribis. Adtende. Profecto tunc temporis impie insurgebat Vigilantius adversus sac. Vigilias; abusus quippe, si qui irruperant, non erant ejusmodi, qui eas cogerent eliminari, ut merito Hieronymus reposuerit: *Paucorum culpa non præjudicat Religioni; & nostras Vigilias malæ aliorum Vigiliæ non destruent*. Supercrescentibus autem abusibus, e medio Vigiliæ sublatæ sunt. Num superbire posset adversus Hieronymum Vigilantii sectator; quod bene hic impetivisset Vigilias, cum eas Ecclesia eliminaverit? Impie, & insipienter. Hieronymi ævo paucorum abusus præjudicare non poterant sac. Vigiliis; & idcirco scelerate eas oderat Vigilantius. At non ita posteriori ævo, in quo abusus plurimi, Pietas longe minor, perurgebant ad eas tollendas. Subdis: *Quod Doctor maximus de Vigiliis, hoc nos dicimus de Processionibus*. Accepto conditionem. Sed fatearis, oportet, pauculis hisce verbis præsentis Capitis totum ædificium tuum in ruinam traxisse te irreparabilem. Adtende.

943. Sacras vigilias, usquedum Pietati fovendæ utiles fuerunt, & voluit, & amavit Ecclesia: abusibus autem irrumpentibus in eas, Pietas decrevit, crevit Impietas; & eo usque, ut satius Ecclesia judicaverit, eas penitus antiquare, ac tollere. Igitur, si fateris, *quod Doctor maximus de Vigiliis, hoc nos dicimus de Processionibus*; fatendum quoque tibi erit, quod usus sac. Imaginum, quod usus sac. Iconum in Processionibus, quod usus sac. Processionum, quotiens fovendæ Pietati utilis fuerit, sancte retineantur. Quod

(*a*) Lib. 6. op. imp. n. 21. (*b*) Lib. cont. Vigilant. post medium.

Quod si memorati usus, ex abusibus intromissis, potius sceleribus promovendis deserviant, quam Pietati, quod & contigit nocturnis Vigiliis; necessario affirmes, oportet, quod & laudatos usus satius ducat Ecclesia, & tollere, & prohibere.

944. Verum, carifs. Plazza, oportet etiam, intelligas, quod eadem prorsus senserim cum scripsi (*a*) Basterà qui il ricordare, che erano in uso e commendati ne' primi Secoli della Chiesa anche i sacri Conviti, il Bacio santo, le Vigilie notturne. Pure *a cagione di alcuni disordini*, che trapelarono in que' lodevoli istituti, la Chiesa Santa a poco a poco gli dismise. Certamente *se meglio* fosse il non avere, che l'aver certi usi, si ha egli da adirare il Bene, perchè gli venga anteposto il Meglio? E quando si accordasse, che questo fosse il meglio, converrebbe pure ascoltar l'Apostolo, che ci vien dicendo: *Et hoc oro, ut Caritas vestra magis ac magis abundet in scientia, & in omni sensu, ut probetis Potiora*. Eadem prorsus stetit opinio eis, quos nominavi *Pii e Saggi*. „ *Disordini tali* hanno sovente cagionato, che Uomini egualmente pii che saggi han fatto „ delle riflessioni, e formato de' desiderj intorno alle Statue della Vergine e de' Santi nelle Processioni... Si dee, dicono essi, confessare, che „ essendo questo un punto di Ecclesiastica Disciplina, la Chiesa, la qual „ permise, ed approvò l'uso di esse Statue, potrebbe anche vietarlo, *se* „ *meglio* lo riputasse, almeno nelle Processioni." Vides, & te, & nos, omnes eo simul convenire; ut fateamur *utile*, *lodevole*, *e retto* usum quarumvis Sac. Imaginum, etiam in Processionibus: sed ultro etiam fateri, quod, irruentibus abusibus, queat Mater Ecclesia memoratum usum eliminare. Igitur consarcinata a te argumenta in hoc Capite X. quem impetunt? Non me, non innominatos Auctores, a me laudatos; omnes quippe tibi subscribimus: quem ergo? Te solum, qui Protei instar *Nunc huc nunc illuc, & utroque sine ordine curris*.

945. Pauca supersunt tua excutienda ex Cap. XI. quod exequor. Scripseram, che Uomini pii e saggi han formato de' desiderj, che la Chiesa potrebbe vietar l'uso delle Statue, almeno nelle Processioni, per gli disordini introdotti, se meglio lo riputasse ec. Adversus hæc irruis num. 3. „ At quid opus erat ad rectam Christianorum Devotionem informandam, „ litem istam movere? Auctore magno Augustino hoc ipsum piaculo non „ caret, scita, & mores universæ Ecclesiæ directe, vel oblique in quæstionem vocare. (*b*) *Si quid horum tota per orbem frequentat Ecclesia; & hinc, quin ita faciendum sit, disputare, insolentissimæ insaniæ est*.

946. Quid scelerati est, & quodnam piaculum, Plebem erudire; ut discernere queant inter Pietatem, ac Pietatem? Quinimo maxime præstat. Plura quidem in Ecclesia exercitia Pietatis; at minime ejusdem caracteris omnia: quædam penitus necessaria, utilissima quædam, quædam utilia. Audientes autem Idiotæ, Sac. Imaginum usum (cum Cultus, ut Fides docet, semper sit bonus, & utilis) ejusmodi esse, quem possit Ecclesia vetare, immota Fide, si abusus irrepserint; duo hinc emolumenta capient I. quod licet pium sit, Sanctos in Imaginibus venerari, eorum comitari

(*a*) Cap. 23. pag. 342. (*b*) Epist. 118. ad Januar.

Processiones &c. in hisce autem minime sitam esse necessariam Fidelium Pietatem, aut utilissimam; sed pro posse in imitando Virtutes Sanctorum, Deum super omnia diligendo, Proximum ut nos ipsos &c. quod omnes adsequi possent, etsi sac. Imaginum nullum *absolute* esset incitamentum. Idipsum est, quod ais (*a*) ex Suario: „ Absolute, & simpliciter non extare præceptum ullum naturale, aut Divinum utendi sac. Imaginibus, „ & consequenter neque adorandi illas: ex more tamen & ritu Ecclesiæ „ esse aliquo modo præceptum ejusmodi usum. " II. Audientes Idiotæ, quod tales possint irrumpere abusus in usum sac. Imaginum, ut hunc queat Ecclesia prohibere; cautiores erunt in fugiendis excessibus, ac in frænanda nimia in Imagines sensibilitate, ex qua pene omnes hujusmodi abusus suam ducunt originem. Opponis Augustinum. Condona: quod absre omnino opponas, non intelligis. Augustinus quidem *insolentissimam dicit insaniam disputare, quod non ita faciendum sit, ut tota per orbem frequentat Ecclesia*. In quanam pagina mei Libelli offendisti aut expresse, aut latenter, quod deferendæ minime sint in Processionibus sac. Imagines? Viri illi, a me laudati, morem hunc, quem tota frequentat Ecclesia, etiam ipsi *conformandosi coll' insegnamenti di Essa, lo confessano utile, lodevole, e retto*. Non itaque *disputant, quin ita faciendum sit*. Dumtaxat (aliquando audi) *propongono ragioni, che loro sembrano mostrare, esser meglio l' uso contrario:* quas etiam rationes neque *absolute* proponunt ut efficaces, sed cum conditione *se meglio lo riputasse la Chiesa*. Ubi hic insolentissima ex Augustino insania? Annon vides, quod toto aberres ostio; quinimo & tota domo, & tota urbe? Noli, quæso, piaculum credere, che uomini *pii e saggi* proponant Ecclesiæ rationum firmamenta, sed submisse, tranquille, concorditer, ut aliquem pium usum ob abusus prohibeat, *se meglio lo riputasse*. Profecto Sancti Spiritus ductu Ecclesia regitur; & minime prorsus, ut universim, eo modo, quo, cum Deus voluerit, aut pium usum ex abusibus tollere, aut novum inducere, ex abrupto illabatur incogitantem Rom. Pontificis animum, ut unum vetandum decernat, alterum admittendum. Non ita sane, non ita. Humano more Ecclesiam suam moderatur Deus: & qui hominum ministerio eam proxime regere amat, humanum ministerium non refugit, cum præsto queat esse. Et quidem Spiritus divini afflatu, quot pios usus sibi adscivit Ecclesia universa, quos tamen acceptos refert aut Ecclesiis particularibus, aut piis, sapientibusque Viris? Quot eliminarunt, & Sancto Spiritu dirigente, Rom. Pontifices, vel Concilia, permoti dumtaxat aliorum querelis adversus eos usus ob intromissos excessus? *Puto, quod jam videas, quantum te opinio tua fefellerit*. (*b*)

947. A n. 5. ad 30. usque ad nauseam producis argumenta, quibus evincas, perantiquum esse in Ecclesia usum sac. statuarum. Subinde n. 30. ais: „ Nunc Pritanium interrogo; an censeat, sæculum istud XIII, ut „ de cæteris sileam, in quo D. Thomas, D. Bonaventura, & tot alii „ Sapientissimi Viri claruerunt; inter barbarica sæcula rejiciendum esse? „ Vel designet nobis, quot, & quænam sint ista sæcula barbara, in quibus

(*a*) Part. 2. c. 5. n. 23. (*b*) Lib. 1. cont. Jul. c. 7. n. 29.

„ bus sac. Statuarum usus incœperit, aut invaluerit in Ecclesia. Hoc certum videtur, hujusmodi usum, a tot sæculis in toto Orbe Christiano frequentatum hactenus esse, nemine Catholicorum ante Pritanium, „ utique illos innominatos Viros, litem intendente. “

948. Sæpissime amas imaginaria spatia supervolare. Vide saltem, quanta præditi sint scrupuli tui levitate! quid Pritanium interrogas? quid *innominatos viros*? Interroga, si sapis, imaginarios incolas Regni imaginarii. Nihil ipse de re, quam interrogas, scripsit: nihil & innominati Viri. Igitur ex Scholæ placito, ut pluries fecisti, nos ridentes calumnias tuas, securi reponimus: *Nego suppositum*. Nimirum credis, aliqua nos subinnuisse saltem barbara sæcula, in quibus aut incæperit in Ecclesia usus Statuarum, aut invaluerit. *Calumniaris. Non hoc a me dictum est.* (a) *Non est verum, quod dicis... falleris... Proinde noli errare.* (b) Adtende, quid scripserim, sed nomine aliorum. (c) Loro sembra nulladimeno, che solamente i Secoli barbari, poco buoni maestri in certi casi (*adtende*) *introducessero il portar le Statue in Processione*. Vellica aures, defrica; ut audias: exue præjudicia; ut intelligas. Nihil hic de absoluto usu Statuarum in Ecclesia (quinimo præexistens creditur, qui introductus asseritur in Processiones) sed de usu dumtaxat earumdem in Processione. Imposterum *intellige, & tace: aut quod intellexeris, non autem, quod non intellexeris, loquere* (d).

949. Ais n. 38. „ Prodeant nunc novi illi Ecclesiasticorum Rituum „ Censores, & Reformatores a Pritanio laudati, & dicant: Similmente „ si dee, dicono essi (*profers hæc modo tuo, & ego, ut scripta sunt*) con- „ fessare, che essendo questo un punto di Ecclesiastica Disciplina, la Chie- „ sa, la qual permise, ed approvò l' uso di esse Statue, potrebbe anco „ vietarlo, se meglio lo riputasse, almeno nelle Processioni, con ritene- „ re il solo delle sacre Immagini. Nos resolute, fidenterque responde- „ mus, tunc posse sac. Statuas ab Ecclesia interdici, & aboleri; si quan- „ do possent & aliæ sac. Imagines omnes simpliciter interdici, & abo- „ leri. “

950. Et quidem ceu illicitus damnari nequit Cultus sac. Iconum, quin simul & pictarum Imaginum: una quo ad hoc eis communis ratio est. (e) Aliter autem sese res habet, si earum usum consideremus. Profecto non leve discrimen est inter Statuas, pictasve Imagines, quo ad usum: ut proinde induci solum queant in usum illarum intolerandi abusus, quibus permota Ecclesia Iconum interdicat usum, sancte custodito usu pictarum. Et quidem universim Populus magis afficitur ad sac. Statuas, quam ad depictas Imagines: fere universim etiam in Processionibus solæ Sanctorum Icones deferuntur (f). Et tuus Petavius tale inter eas discrimen constituit, ut scripserit (g) „ Tametsi fatendum sit, Imagines pictas in „ usum antiquioris Ecclesiæ frequentius receptas esse, quam statuas. “ Nimirum Ethnicis solemne fuit, aut Icones ceu Deos adorare, aut per ipsas

(a) Lib. 4 contr. Iulianum cap. 8. num. 47. (b) Lib. 3. oper. imperfect. numero 188. (c) Cap. 23. pagina 341. (d) Lib. 5. oper. imperfect. numero 38. (e) Vide supra numero 916. (f) Ibidem lege rationes. (g) Libr. 15. de Incarn. cap. 14. n. 6.

ipsas repræsentare Deos suos. (a) „ Alterum ex antiquorum scriptis ob-
„ servatione dignum est; cum sint Imaginum genera duo; picta effigies,
„ & Statua; videri prius in usu magis apud veteres Christianos extitisse:
„ imo vero quosdam existimasse, unum illud licitum esse; altero, tan-
„ quam Gentilium proprio, rejecto. Certe si quis loca illa relegat, quæ
„ hoc, & antecedenti, capite ad usum sac. Imaginum ex Patribus attu-
„ limus, animadvertet nullam fere, nisi picturæ, mentionem ibi fieri,
„ vel colorum, ac ceræ: de Statuis vix unquam, aut raro loqui. Sed
quid, si tumet patentissimum discrimen fatearis inter sculptas, pictasve
Imagines; ut aliquando (nedum de possibili) satius creditum sit, sup-
primere eas, aut saltem usum frequentiorem, retentis Imaginibus pictis?
Num. 12. quædam producis ex S. Germano (b) & ais: „ Quibus verbis
„ præferre videtur Usum Imaginum pictarum usui Statuarum. Verum
„ S. Patriarcha non dicit, absolute & simpliciter magis pium esse usum
„ pictarum, quam statuarum ... sed dicit *magis pium quodammodo*: vel pro
„ necessitate illorum temporum, ad declinandum impetum Iconomacho-
„ rum, Statuis præsertim infestorum; quod contenderent eas ad Idola
„ gentium accedere; & sic illis iter ad sanitatem revocandis complanan-
„ dum. " Fateris igitur ex tuo Raynaudo, quod furente Iconomachia,
satius crediderit S. Germanus P. CP. usum Iconum sac. saltem ex parte
supprimere; ut complanaretur iter ad sanitatem revocandis Iconomachis.
Jam igitur vides, quam procul a vero scripseris: „ Tunc posse sac. Sta-
„ tuas ab Ecclesia aboleri, si quando possent & aliæ omnes sac. Imagines
„ interdici. "

951. Prosequeris: „ At quis Catholicorum hoc admiserit post clarissi-
„ mas trium gener. Conciliorum definitiones, & post tot adversus sac.
„ Imaginum oppugnatores tanquam in declaratos Hæreticos, fulminata
„ anathemata? "

952. Quam profundissimas tenebras animum tuum induxerant tua ad-
versus me præjudicia! Ut evadere nequeas: Aut de usu loqueris sculpta-
rum Imaginum; & hunc, cum Disciplinam adtineat, penes Ecclesiam est
vel ablegare, vel statuere pro eo, quod satius esse judicaverit; quod sa-
tis monstratum est: aut de licito cultu loqueris earumdem; & ita neque
Catholicus, neque Acatholicus ullum statuet discrimen inter sculptas,
pictasve Imagines: ille omnium licitum cultum profitebitur, iste Idolo-
latricum, & impium. Ipse autem in meo Libello, quo ad Cultum, sa-
nam profiteor doctrinam cum Tridentino; quo ad usum vero, ea scribo,
quæ omnes probant Theologi, & ipsamet Ecclesia in aliis facto compro-
bavit, ut usque ad nauseam repetitum est. *Non est, unde te munias contra
impetum veritatis, quo cum tuis machinis in clarissima luce prosterneris.* (c)
Trium Conciliorum gener. Definitiones, & fulminata anathemata, impe-
tunt solum Iconoclastas, Idololatricum prædicantes Cultum sac. quarumvis
Imaginum. Cum vere me Iconoclastam monstraveris, tunc evibrabuntur
in me memorata anathemata; & futuris sæculis albo lapillo signabitur
memoria P. Plazzæ, tanquam qui fuerit *Magnus Apollo*.

953.

(a) Idem ibidem num. 3. (b) In Epist. ad Thomam Episc. Claudiopolitanum. (c) Lib.
6. op. imp. n. 20

953. Prosequeris n. 40. „ Sed age, fingamus, prohibitum iri aliquando ab Ecclesia sac. Statuas. Quot inde perturbationes, quot scandala „ exorirentur? ... Templa, Oratoria, Altaria spolianda forent Crucifixi „ Imaginibus... Dolerent pii Fideles, erepta sibi ab oculis Redemptionis „ nostræ Mysteria... Exultarent Hæretici de relata ex parte victoria.... „ En fructus istiusmodi Reformationum. Væ S. Rom. Ecclesiæ, væ Sedi „ Apostolicæ, si Reformatoribus istis aures præberet. Sed nunquam id „ permittet spiritus veritatis, quo regitur Ecclesia. "

954. Duo væ dicis: tertium prætereundum non erat, quod subjicio: Væ tibi, P. Plazza, qui Andabatarum Princeps irruis in Pritanium; ut ferias, ut infames, ut absumas; sed quia Andabata ad palum te exercuisti; dilucidius: Æthiopem lavasti, & æternum lavabis. *Necesse est, ut doleatis; quando, quid respondeatis, non invenitis*. (*a*) Profecto laudandus quammaxime es ab Arte oratoria, qui graphice ponis perturbationes Fidelium, offendicula, incommoda &c. si usum vetaret Ecclesia sac. Statuarum. *Noli obscurare clara, recta pervertere, implicare simplicia*. (*b*) Exclamationes tuas Sapientes, Cordatique omnes ridebunt ceu terricula mulierum, & puerorum. Age: Expertusne unquam es in consimilibus casibus, quas depingis, perturbationes Fidelium, offendicula, incommoda? Certe nunquam. Ne dedigneris, quæso, recurrere mecum sæcula anteriora, qui quam sæpissime spatia imaginaria percurris. Sæculum illud consideremus, in quo sac. Vigilias jam deformaverant irrumpentes abusus, & Calicis Communionem intoleranda incommoda perurgebant; in quo sacri Antistites, Viri sapientes, Fideles pii, intromissos abusus in sanctissimos mores lacrymabantur; & loquentes, scribentes, opportunum ab Ecclesia Matre præstolabantur auxilium, unicum hisce malis fugandis, ea interdicere. Quid tu, si tunc temporis vivere datum esset? Exclamasses certe, & clamoribus validis: „ Væ S. Rom. Ecclesiæ, væ Sedi Apostolicæ, si Reformatoribus istis aures præbebit! quot inde perturbationes, quot scandala „ orirentur &c. sed nunquam id permittet Spiritus Veritatis, quo regitur Ecclesia. " Noli te, P. Plazza, vexare: Spiritus Veritatis & permisit, & voluit, nocturnas Vigilias, Calicis Communionem &c. a sua Ecclesia eliminare. Et quia nedum Spiritus Veritatis est, sed & Sapientiæ, sed & Potentiæ, qui *magis in potestate sua nostras habeat voluntates, quam nos ipsi eas*; tales disposuit rerum caussas per subjectos sibi Præsules Ecclesiæ; ut *fortiter* quidem, *sed suaviter*, & abolerentur illa, & pax vigeret Fidelium, & cresceret Pietas eorum. Ex his jam sentis, quo excesseris tua illa declamatione. Si unquam tales admitterentur in usum sac. Imaginum abusus intolerandi, ut ad eos extirpandos nulla suppeteret via, nisi memoratum usum supprimendo, idem Spiritus Veritatis, eadem Sapientia, ac Potentia fultus, qui illa præstitit procul ab omni perturbatione Fidelium, & hæc, ut agerentur, perficeret.

955. Cur considerare omisisti aurea illa, a me producta, illorum nomine, quos dico *Pii e Saggi*: „ Essendo questo un punto di Ecclesiastica Di„ sciplina, la Chiesa, la qual permise ed approvò l' uso di esse Statue, „ po-

(a) Lib. 6. op. imp. n. 16. (b) Ibid. n. 31.

„ potrebbe anche vietarlo, se MEGLIO LO RIPUTASSE? quid sibi volunt ista: *Se meglio lo riputasse?* Nempe: quia Sapientes, quia Pii norunt, sapientissimis etiam Ecclesiæ Filiis curtam esse cogitandi supellectilem comparate ad mentem summi Hierarchæ, divino Spiritus Sancti lumine superfusam. Hinc licet videretur eis, satius fore, si Iconum usus, in Processionibus saltem prohiberetur; de suis tamen cogitatibus diffisi, ad Sancti Spiritus ductum retulerunt, Summos Pontifices afflantis in consimilibus casibus; ne ea vetent, aut præcipiant, in quibus sperata utilitas sit longe minor emergentibus malis. Norunt quippe, quæ Augustinus ait (*a*): „ Quod autem instituitur præter consuetudinem; ut quasi observatio Sacramenti sit, approbare non possum; etiamsi multa hujusmodi propter nonnullarum vel *sanctarum*, *vel turbulentarum personarum* „ *scandala devitanda liberius improbare non audeo.* " Et idcirco (*b*) Ecclesia „ Dei inter multam paleam, multaque zizania constituta, *multa tolerat*: „ & tamen, quæ sunt contra Fidem, vel bonam vitam, non approbat, „ nec tacet, nec facit. " Quem enim latet, quod quædam, etsi per sese bona appareant, & sint, haud propterea bonum esse, præcipere, ut fiant; sed considerandum insuper esse Tempus, Locum, Personas &c. quod quidem possunt summi Hierarchæ, Spiritus Sancti afflatu elevati, & in fastigio positi sacri regiminis. Idipsum cæteri omnes nequeunt, qui in radice montis repentes, non eis datur speculari, quod illis. Cum igitur dixerunt illi: *Se meglio lo riputasse*, cuncta isthæc intelligi voluerunt. I. Ecclesiæ judicio committunt, num rationes eorum solide evincant, melius esse Statuarum usum vetare ex immissis abusibus. II. Ex positione, quod per sese id melius credatur, ejusdem sit Ecclesiæ, Sancto Spiritu dirigente, (ut alias factum est,) ea peragere, quibus nocentissimi abusus queant eradicari.

956. Quam bene igitur scribis: „ *Fingamus*, prohibitum iri ab Ecclesia „ sac. Statuas. " Fors, hæc scribens, Chimæras, aut rationis entia *fingebas*. Non hoc certe modo se gessit Ecclesia, nec faciet; ut crude, ut ex abrupto, vetustum, piumve usum submoveat: & quidem ita innumera sequerentur incommoda, perturbationes &c. Fortasse tu ista tam crude scribis, ut enumerando tot certo incommoda secutura, majorem capiti meo invidiam conflares. Semper incassum. Ais in graphica tua Declamatione: „ Exultarent Hæretici de relata ex parte victoria; datisque „ sibi armis, ad alteram partem evincendam petulantius insurgerent: si„ mulque Orthodoxis insultarent, quod sac. Statuas adorando, tandiu „ Idolis servierint. " O bone, & non adtendis, quod hujusmodi exultationes nauci pendat Ecclesia, & fecerit? Quæ columna est veritatis, Sancti Spiritus virtute solidata, ridet jacula erroris obtusa, & retusa: franguntur, quin feriant. Quod Fidei est, imperterrita prædicat: quod Disciplinæ est, semper amat, quousque utile sit. Si hominum vitio noxium evadat, quod prius erat ex disciplina salubre; immobilis in eadem Fide Ecclesia, e medio tritico eradicat zizania, sed œconomia prudenti. Garrire, non curat, Hæreticos, ex Disciplina contra Fidem debacchantes; argu-

(*a*) Epist. 55. c. 19. n. 35. alias 119. (*b*) Ibidem infra.

argumenta nimirum desumentes ex disparilibus, ac desperatissimis rebus, a Disciplina variabili ad invariabilem Fidem. Adversus nocturnas Vigilias steterunt Etherodoxi, ut apud Hieronymum Vigilantius (*a*), adversus Agapas Eustathiani, quos damnavit Synodus Gangrensis (*b*). Numquid non eas eliminavit Ecclesia, quod garrirent Hæretici, impias validius prædicantes, nedum ob immissos abusus, sed ex origine earum? Vetuit Ecclesia Calicis Communionem: num illos reverita est, aut utramque exigentes, aut nullam? Igitur si de possibili, sac. Iconum vetante Ecclesia usum, exultarent Hæretici; uno verbo gaudium verteretur in luctum: Immota stat, stabitque Fides, de pio earum Cultu, variato usu, qui Disciplinam adtinet: sicuti immota stat Fides de unius necessaria Communione speciei, quæ vetita de altera est."

957. Prosequeris n. 42. „ Ad exempla, quæ Pritanius adducit, de Agapis, de „ Osculo sancto, de nocturnis Vigiliis, olim usurpatis in Ecclesia, & postea „ ob intercurrentia incommoda paulatim abrogatis, latissimum, & paten„ tissimum est discrimen. Estne aliquod Concilii gener. Decretum, quod „ istas consuetudines retinendas omnino esse definierit, sicut a tribus Con„ ciliis definitum generatim est de sac. Imaginibus? "

958. *Nihil dicis, & tamen dicis: & dicis, quoniam rectum non potes invenire, quod dicas.* Quid discrimen? quid latissimum? Et non advertis, quantum a vero exorbites tuo isto discrimine? Nullum fuerit gener. Concilium pro Agapis &c. sint tria, sint centum generalia, quæ decernant, sac. Statuas retinendas: quid inde sequitur? Quod expectanda sit Ecclesiæ facultas, qua removeri queat (necessitate si qua urgente) usus sac. Iconum, vel in toto, vel saltem a Processionibus. Num, quia tria generalia Concilia retinendas edixerunt sac. Imagines, immutabilis evaserit hæc Disciplinæ consuetudo; ut nequeat aliud gener. Concilium, aut Sum. Pontifex, urgentiori caussa impellente, aut mutare, aut abolere? Æternum id non admittes. Idipsum pariter confessi sunt, quos impetis. „ La Chiesa, la quale „ approvò l'uso di esse Statue, potrebbe anco vietarlo, se meglio lo ri„ putasse, almeno nelle Processioni, con ritenere il solo delle sac. Imma„ gini. " Reapse autem memorati supra Sum. Pontifices præceperunt, Romæ cooperiendas, nec apponendas sac. Imagines in Altari eodem, in quo Venerabile publicæ exponitur Adorationi; aliæve Synodi Provinciales (*c*) easdem a Processionibus ablegarunt.

959. Demum n. 43. nescio cujus Græculi producis hæc verba: *Scire se ex sac. Litteris, vetari sculptilia: & ideo Græcos non habere sculpta simulacra, sed tantum pictas Imagines.* Subdis: „ Num istæ sunt adversus sac. Statuas „ illorum magnorum Virorum arcanæ rationes, quas ignorare nos voluit „ Pritanius? " Equidem scripseram: Le ragioni, che sembrano ad essi indicare, che meglio fosse un tal divieto, non le aspetti da me il Lettore.

960. Rationes istas nolui aperire, cum ad rem non esset: eorum quippe opinioni adversabar, nec contendere volebam, ut pluries supra. Verum scrupulos tuos, nimis æstuantissimos adversus me, oportet, fatearis: at hoc similiter habent, ut retrogradi in te sigant aculeos suos: excitant me qui-

(*a*) Lib. cont. Vigilant. (*b*) Can. XI. (*c*) Ut cap. sequenti.

quidem ad ridendum de me, de te ad dolendum. Adtende, ac vide, quam atra caligine obruaris; ut non videas, non sentias, non intelligas. O bone: si Virorum illorum essent Rationes, quod *vetentur ex sac. Litteris sculptilia;* haudquaquam „ avrebbono confessato, conformandosi cogl' insegnamenti della Chiesa, esser *utile*, *lodevole*, *e retto* l'uso di esse Statue; sed absolute hunc impium dixissent; utpote Deo summo Auctore prohibitum. *Sequuntur autem nonnulli* (quos inter potissimum tu unus) *phantasmata sua, tam præcipites; ut nulla sit alia materies omnium falsarum opinionum* (*a*) quibus scatet tuum adversus me Opus.

CAPUT XII.

Solemnissimas quasdam, præsertim Corporis Christi Processiones, historica & veluti triumphali pompa, religiose adornari, decentissimum esse,

PRITANIUS.

961. SCripseram (*b*): Ma insieme si vuol ricordare, che questa medesima Chiesa nel sacro Concilio di Trento ordina a tutti i Superiori Ecclesiastici di vegliare; acciocchè non si facciano Processioni Teatrali, l'aspetto delle quali produca non Divozione, ma scandalo, o riso: Ed essere maraviglia, come in alcuni Paesi fuor d' Italia, anche vicini agli Eretici, si soffrano somiglianti grossolani abusi contro l' intenzione e gli ordini della Chiesa medesima, riguardanti spezialmente la moderazione nelle Processioni colle Statue. Ho detto fuor d' Italia, quasi che questa ne sia affatto priva, e non si veggano in qualche Città Processioni del Corpus Domini, dove si sfoggia in Macchine, Persone travestite, Carri, Statue, e grandiosità di comparse. Servono tali spettacoli a muovere la Divozione? Signor nò. Solamente a riscuotere dal Popolo ammirazione e cianciumi. Pajono belle cose alla Gente mondana, ma non così alle persone sensate, che meglio intendono il fine di quell' augusta funzione, ed amano divoti adobbi, ma non già quei, che fan perdere la Divozione. Hæc tibi offensioni fuerunt; ut idcirco hoc Caput adversus me scriberes. Ut æternum taceas, audi, quid admiserim, quid respuerim,

962. Magnificos apparatus in Processione *Corporis Christi*, & amavi, & expressi. Exigo nimirum *divoti adobbi* in quella *augusta* funzione, *che servano a muovere la Divozione*. Profecto alia non exigit Tridentinum, dum ait (*c*) „ Utque in Procesfionibus REVERENTER, & HONORIFICE illud [*SS. Sacramentum*] per vias, & loca publica circumferretur. “ Ex

(*a*) Augustin. lib. 6. de Musica cap. 11. num. 32, (*b*) Cap. 23. pag. 342. (*c*) Sess. 13. cap. 5.

Ex hisce solis jam liquet, frustra te intulisse in hoc Caput Novatores, nominatim Hospinianum Calvinistam. Certe novisse te, reor, quod hi nedum oderunt in Processione Venerabilis apparatus magnificos, sed & ipsum Christum, ut in Hostia præsentem, quo modo sana Fides profitetur. Pritanius Fidem tenuit catholicam de Eucharistia, & amavit Processionem, ac in ista *Divoti adobbi*.

963. II. De Sanctis scribo: Pieni essi di gloria nel Regno celeste non han bisogno alcuno de' nostri lumi, nè delle nostre pompe terrene... *potendo eglino solamente gradirle*, qualora ne venga vera gloria a Dio. Si pomparum apparatus & Sanctis placere, admitto, & in eorum venerationem; cur Sanctorum Regi, Jesu Christo, scriberem denegandas? Et quidem de eo hæc loquor (*b*) In qualunque luogo, che personalmente si trovi il Divino Salvator nostro nel Sacramento dell' Altare, o sia conservato nel Tabernacolo, o esposto all' adorazion de' Fedeli, o portato in Processione, e somministrato per Viatico agl' infermi, ivi si può dire alzato il Trono della grazia. Ivi il sito più proprio, per venerare il Mediatore di Dio e degli Uomini, da i di cui meriti dobbiam poi riconoscere tutto quel bene spirituale, che abbiamo, e possiamo sperare. Si in Processione Majestatis infinitæ Deum, Redemptorem nostrum, inexplicabilis Pietatis suæ erga nos Thronum statuere, profiteor, ut veneremur: nonne ultra omnem fidem impius essem, qui eum pompis illis vellem fraudare, quas Sanctis honorificas prædicassem? Hujusce tantæ impietatis in me, nullum omnino tibi fundamentum est.

964. III. Audi, quid amplius. Biennio post editum Libellum *della regolata Divozione*, alium dedi *della pubblica Felicità ec* in quo agens de Urbana Militia, hæc scribo: „ Il vero motivo di avere queste apparenti „ Truppe, dee esser quello di valersene nelle insigni solennità del Prin„ cipe, ed *anche della Chiesa*. Bel decoro, che è di una Città, il mirare „ allora la Cittadinanza in gala ed in armi, divisa nelle sue schiere col„ le varie bandiere, attestare il suo giubilo per le felicità del Principe, „ *o la sua Divozione alle più riguardevoli funzioni del Cristianesimo*. " Certe hisce functionibus adnumeranda venit solemnissima Processio Venerabilis in ejus Festo. At certum quoque est, quod tibi in hac parte subscribam. Exigis n. 28. in laudata Processione, „ quod decoris, splendorisque „ caussa, tympana pulsentur, tubæ, & buccinæ, & omnis generis instru„ menta musica resonent, bombardæ explodantur, milites armati Proces„ sionem comitentur. " Si per me licet, armatos milites comitari Processionem; jam tympana pulsantur, tubæ, & buccinæ inflantur &c. Sana igitur in hac parte est doctrina Pritanii.

965. Displicent quoque tibi mea (*d*): Riguardanti spezialmente *la moderazione* nelle Processioni *colle Statue*. Quid hic mali, qui Statuarum usum in sac. Processionibus admitto, & exigo dumtaxat moderationem? An tibi immoderata placuerint? Hujusmodi moderationem edixit Conc. Provinciale, Coloniense II. (quod profers n. 3.) „ Nec B. Virginis, „ aut alterius cujuslibet Sancti plures, quam Imago una uniuscujusque

Bbb 2. cir-

(*a*) Cap. 2. pag. 277. (*b*) Cap. 18. pag. 183. (*c*) Cap. 18. (*d*) Vide n. 961.

„ circumferatur; ut videamur, magnas, & parvas, cultas, & incultas
„ Statuas inspicere; & non sursum mente in Cælum subducta, rem si-
„ gnificatam potius cogitare. “

966. Scripsi pariter: Si veggono in qualche Città Processioni del *Corpus Domini*, dove si sfoggia in Macchine, Persone travestite, Carri, Statue, e grandiosità di comparse. Servono tali spettacoli a muovere la Divozione? Signor nò. Solamente a riscuotere dal Popolo ammirazione e cianciumi. Hæc quam valida fultus auctoritate scripserim, adtende. Institutas credimus sac. Processiones, præsertim Venerabilis, & ad majorem Dei gloriam, & ad Fidelium utilitatem: quinimo quod potissimum honoris Deo tribuimus; quodve ei summe placet, ni dixerim unice, nostri Animi est emolumentum, nostra Fides, Spes, Caritas. Profecto autem ex Processione in qua *si sfoggia in Macchine ec.* quænam, quæso, Cor Fidelium incitamenta capiet Pietatis; ut vividius credant ineffabili Mysterio Eucharistiæ; ut firmius sperent, ex hoc vitæ cibo æternæ vitæ pignus possidere; ut diligant Redemptorem infinities infinitum amantem eos; qui, in humanitate occultata prius divinitate, utramque in hoc Mysterio occultavit; ut seipso dumtaxat Animum pasceret suorum Fidelium? Certissime repræsentationes hujusmodi retrahent, revocabuntque corda Fidelium ab omni erga Christum veneratione, & amore; solumve oculis pascendis deservient. Quam vivida Fides exigitur, ut humanum cor, quod congenito nisu directe dumtaxat sensilibus movetur, ac permovetur, & in quæ fertur delectatione incredibili: quam vivida, inquam, Fides exigitur, ut ex speciebus illis *di Macchine*, *di Persone travestite ec.* ad Hominem Deum adsurgant sub parvi panis speciebus latitantem? Utinam in hoc casu plurimorum hæc Fides esset. Si, ut ais n. 10. ex tuo Gretsero: *Segnius irritant animos demissa per aures, quam quæ sunt oculis subjecta Fidelium:* quid fiet, in comparatione sensibilium cum statuetur Christus ex sese minime sensibilis? quid fiet? quantum ea animos irritabunt Mulierum, quæ levandæ curiositati dumtaxat natæ videntur; quantum vilis Plebeculæ, & omnium universim, quos magis sensibilia movent, quam spiritualia. Quin ab hisce spectaculis moveantur, ut in Christum amore currant; current præcipites per breviores vias; ut præveniendo ea, iterum iterumve queant intueri.

967. Hisce subnixi, quæ certe cordatum valent permovere, inconcussis considerationibus, vetuerunt laud. in cap. superiori quatuor Sum. Pontifices, ut in Altari, in quo exponitur Venerabile, nullæ apponerentur sac. Imagines, ac Reliquiæ; & cooperiendas dixerunt, si quæ essent. S. Carolus Borromæus (a) „ In solemni illa Processione, in qua SS. Do-
„ mini Corpus per Urbem religioso Cultu defertur, *ne Reliquiæ ullæ*, sed
„ illud *solum*, ut *veteris instituti*, *Ecclesiæque Romanæ Matris consuetudo* est,
„ pio, religiosoque apparatu, solemnique celebritate veneratur. “ Solum Redemptorem Jesum circumferendum edicit S. Carolus, absque ulla sac. Imagine, absque Reliquiis; & idipsum prædicat esse *Veteris instituti*, & *Rom. Ecclesiæ consuetudinis*. Idem firmavit Maximilianus Henricus Archipræ-

(a) Concil. 4. Mediolan. Part. 2. cap. 4.

præsul Colonien. anno 1651. „ In eis tamen Processionibus, & supplica-„ tionibus, ubi SS. Sacramentum circumfertur, *nullæ merito Sanctorum* vel „ *Imagines*, vel *Statuæ* juxta S. Caroli Borromæi præscriptum .... depor-„ tentur. " Item Synodus Namurcensis an. 1639. „ Quando continget „ Ven. Sacramentum deferri, *nullæ aliæ Reliquiæ*, vel *Imagines Sanctorum* „ deferantur. " Quinimo Synodus Carnotensis ultro progreditur, anno 1526. „ Inhibemus, *ne* in loco, in quo recondi, & adorari debet sacros. „ Eucharistia, & ubi Ciborium reponitur, videlicet in medio majoris „ Altaris Parochialis, *ponantur Imagines*; etiam si esset *Imago Patroni; ut* „ *major pretiosissimo Christi Corpori reverentia tribuatur*. " Novimus item consuetudinem celebris Neapolitanæ Ecclesiæ, quæ, licet in solemni Processione S. Januarii, Patroni principalis, aliorum Patronorum plures circumferat Statuas cum Reliquiis; in solemnissima tamen Venerabilis Processione nullam harum circumducit. Quin imo in Synodo Neapolitana (*a*) habetur, de sac. Processionibus loquente: „ Et ne sac. harum Solemnita-„ tum sanctitas indignis actibus *deturpetur*, *cujuscumque generis repræsenta-„ tiones*, præsertim per personas vivas, repræsentantes Mysteria Passionis „ Domini, B. Mariæ Virginis, aut Sanctorum, & recitationes per fictas „ personas; necnon ludos, & Choreas puerorum, fœminarum, ac Puella-„ rum incessus, Mysteria cum thuribulis, Crucibus, aut Corollis repræ-„ sentantium, interdicimus sub pœna excommunicationis, vel aliis arbi-„ trio nostro. &c. " Denique, ne prolixior sim in re notissima, audi Synodum Meclinienſem sub S. Pio V. (*b*) „ Sacrosf. Eucharistia pie & uti-„ liter ad Populi devotionem defertur interdum in publicis Supplicatio-„ nibus... In illis autem Processionibus, ad quas Populus non tam oran-„ di, quam *spectandi gratia confluere solet*, abstineatur. " Certe potissima ea esset Processio, ad quam confluere velit non *tam orandi*, *quam spectandi gratia* Populus; ea, inquam esset, in qua *si sfoggia in Macchine*, *Persone travestite*, *Carri*, *Statue*, *e grandiosità di Comparse*.

968. Ex hactenus præassertis, oportet, intelligas, quam invisa fuerint modo enumerata spectacula S. Carolo, totque Synodis Provincial. in Processione Venerabilis. Etenim si ablegandas decernunt quasvis Imagines sac. quinimo & Sanctorum Reliquias; quanto amplius, quanto validius & illa exterminarunt? Si sac. Imagines, ac Reliquiæ, quæ suapte natura ad Prototypa ducunt, excluduntur; *ut major pretiosissimo Christi Corpori reverentia tribuatur*; ut Fidelium cor dumtaxat feratur in Christum, credendo, sperando, amando: quid subinde dicendum de illis repræsentationibus, quæ validissime ad curiositatem inclinant, & a sanctis revocant cogitationibus; ut merito præceperit Synodus Remensis an. 1583. „ In „ solemni Festo, supplicationeque Corporis Christi, observetur exacte Ca-„ non de ludicris; neque *larvæ*, & *personati homines* adesse permittantur; „ qui *Populum* a religiosa contemplatione, & adoratione tanti Mysterii „ avocent. " Neque te moveant, quæ n. 9. ex S. Carolo, quod *sac. Imaginum* insignia admiserit, *vexillaque Cleri*; Hæc enim non sunt, nisi panni sub Cruce pendentes, in quibus quandoque sunt sac. Imagines; quas defe-

(*a*) Anno 1726. sub Eminentissimo Pignatelli, Part. 3. cap. 6. num. 1. (*b*) Cap. 7.

deferunt præsertim Regulares in principio Processionis sui Cleri, ceu distinctivum aut Religionis, aut Monasteriorum. Vides nunc, cariss. Plazza, qua gravissima auctoritate fultus scripserim? *Dissimula ab istis: finge, te nescire, quid dicant: velut eis non visis, in me impetum faciens; & veluti nesciens, quod illi sub meo nomine lacerentur, tanquam securus insulta.* (*a*) *Cernis nempe, cum quibus tua.... sustineam? Cernis, cum quibus sit mihi caussa communis? quam nulla consideratione sobria pulsare ...... & expugnare conaris?* (*b*)

969. Tuas hic quisquilias exsufflemus. Ais n. 15. „ Quid murmurillas, „ quisquis es, quando in nostra Processione tubas, cymbala, citharas &c. „ audis? " De hisce cunctis nihil penitus scripsi. Num. 23. ais: „ At in- „ quies: Videntes, & audientes nostræ Religionis hostes, hujuscemodi „ Processiones ab orthodoxis fieri, offenduntur, indignantur, nosque de- „ rident, atque contemnunt.... At quid Reformatoribus nostris? quemad- „ modum Augustinus scripsit (*c*): *In ipsum autem Christum, quod tertia* „ *die resurrexerit, non crederemus; si fides Christianorum, cachinnum metueret* „ *Paganorum*... Sed etsi quando rudis, & infirmus Populus in istis Proces- „ sionibus per simplicitatem aliquid peccet; de Hæreticorum irrisione cu- „ randum non esse, monet S. Gregorius (*d*): *Sancta Ecclesia, cum de infir-* „ *mis suis ab Hæreticorum irrisione reprehenditur, ipsam irrisionis eorum astu-* „ *tiam dedignatur: Quia tolerabilius Deo est, ut in infirmitate quis, aut in* „ *ignorantia cum humilitate jaceat, quam cum elatione alta comprehendat.* " Et nequis discernere, cariss. Plazza, inter ea, quæ Fidem adtinent (de quibus Augustinus) aut mores, & ea, quæ adiaphora sunt. In illis *corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem:* illa *super tecta prædicamus*, itemve ea sancte custodimus; quæ licet Disciplinæ sint, universa tamen servat Ecclesia Catholica. In his quam libuerit, irrideant Etherodoxi: encomia nobis sunt irrisiones eorum. In iis autem, quæ adiaphora sunt, annon recordaris illa Apostoli (*e*) *Nemini dantes ullam offensionem?* Ad Caritatem quippe pertinet; ne & Hæreticis pro posse occasionem demus, ut impie insurgant in veram Ecclesiam ex infirmitate Filiorum. Quod si velint; cum omnia vitari nequeant, malitia eorum est. Quid autem ait S. Gregorius? *quod tolerabilius Deo est*; ut intelligas, quod non approbet Deus infirmitates nostras, sed toleret. Prohibendæ igitur sunt, cum datur facultas. Oblitus certe eram, quod n. 2. impetas me. Scripseram: La Chiesa nel Sacro Conc. di Trento ordina a tutti i Superiori Ecclesiastici di vegliare, acciò non si facciano Processioni teatrali; l'aspetto delle quali produca non Divozione, ma scandalo, o riso. Ex his, inquam, impetis me: „ Concilium Tridentinum de hujusmodi Processionibus ne verbulum quidem habet. " Relege, cariss. Plazza, Sess. 25. de Invocat. Venerat. &c. versus finem: „ Postremo tanta circa hæc diligentia, & cu- „ ra *ab Episcopis adhibeatur* (en mea: *Ordina a tutti i Superiori*) ut nihil „ *inordinatum*, aut *præpostere & tumultuarie* accommodatum; nihil *propha-* „ *num*, nihilque *inhonestum* appareat; cum domum Dei deceat sanctitu- „ do. "

(*a*) Lib. 1. cont. Julianum cap. 4. num. 11. (*b*) Ibid. num. 12. (*c*) Epistol. 49. ad Presbyterum *Deo gratias* in resp. ad quæst. 6. (*d*) Lib. 17. Moral. cap. 7. (*e*) 2. Corinth. 6. vers. 3.

" do. " Quod dicit Tridentinum *inordinatum*, *tumultuarie*, *& præpostere præparatum*, *prophanum*, *inhonestum*, ego scripsi: *Processioni teatrali, l' aspetto delle quali produca non Divozione, ma scandalo, o riso.* Annon verum, quod ea, quæ a Domo Dei ableganda edicit Concilium, minime prorsus ad Pietatem ducant, sed veluti *Theatralia* aut offensionem excitent, aut risum? Verum *ne quidem hic verbulum de Processionibus*. O bone! quotiens affirmasti securus, quod *in Generali* particularia comprehendantur? Ablegat Tridentinum *universim* a Domo Dei *omne inhonestum*, *omne prophanum*. Igitur hanc vel illam actionem prophanam, Processiones prophanas &c.

970. Pro coronide hujusce Capitis aureum Augustini monitum considerandum offero (*a*) „ Alia vero, quæ per loca terrarum, regionesque va„ riantur, sicuti est, quod alii jejunant Sabbato, alii non: alii quotidie „ communicant Corpori, & Sanguini Domini „ alii certis diebus acci„ piunt: alibi nullus dies prætermittitur, quo non offeratur, alibi Sab„ bato tantum, & Dominico, alibi tantum Dominico: & si quid aliud „ hujusmodi animadverti potest; totum hoc genus rerum liberas habet „ observationes; nec Disciplina ulla est in his melior gravi, prudentique „ Christiano, quam ut eo modo agat, quo agere viderit Ecclesiam „ ad „ quam forte devenerit. Quod enim neque contra Fidem, neque contra „ bonos mores esse convincitur, indifferenter est habendum; & propter „ eorum, inter quos vivitur, societatem servandum est. " Tibi, aliisve arridet solemnissima Venerabilis supplicatio *con statue istoriche*, *con macchine*, *con persone travestite ec.* aliis, mihique displicet: idipsum vobis gloriosum Deo est, nobis prophanum: amas pulsationem tympanorum n. 28. Synodus Coloniensis, quam laudas n. 3. aversatur. Quid hæc? *Caritate fraternitatis invicem diligentes* (*b*) *unusquisque in suo sensu abundet* (*c*) *sed Caritas Christi urgeat* nos (*d*) quæ *patiens est*, *benigna est*: *non irritatur*, *non cogitat malum: congaudet veritati*; *omnia suffert*. (*e*) Num te hoc gesseris modo erga me, tu videris. Adiaphora isthæc sunt, indifferentia sunt. Quod talis tibi arrideat opinio, non ea propter me a te vexari, par est: ut decet Theologum, tuam licet oppugnare opinionem, sed Caritate, quæ *non irritatur*, quæ *non cogitat malum*, quæ *congaudet veritati*. Utinam hac Caritate adversus Pritanium P. Plazza. Verum advertere oportuisset, quod si Apostolus dixit: *Unusquisque in suo sensu abundet*; admonuit etiam (*f*) *Et hoc oro, ut Caritas vestra magis ac magis abundet in* SCIENTIA, *& in omni sensu*; *ut probetis* POTIORA. Urgemur quidem bonum velle: at nonne præstantius est, ut abundante scientia, seligamus Potiora? Et quidem Apostolus monet. Annon autem conducibilius est, eum servari morem in Processione Venerabilis, qui *veteris instituti est*, qui *juxta consuetudinem est Rom. Ecclesiæ* (*g*), qui plurium Synodorum est, Sanctorum, sapientumve Virorum ut nullæ etiam Sanctorum deferantur & Reliquiæ, & Imagines; proindeque neque *apparenze istoriche*, *carri*, *macchine*, *persone travestite ec.* Plurima producis, ut evincas, decentissimos esse in laudata Processione apparatus magnificos. Num, ut velis intelligi, quod istos Pritanius oderit?

(*a*) Epist. 54. alias 118. cap. 2. (*b*) Rom. 12. 10. (*c*) Ibidem 14. 5. (*d*) 2. Corinth. 5. 14. (*e*) 1. Corinth. 13. 4. (*f*) Philipp. 1. 9. (*g*) Sancti Caroli verba sunt. num. 967.

rit? Si hac ratione te gesserit: deceptus es, ut vidisti. Profecto autem hostem finxisti, quem impeteres. „ *Quæris*, ubi spatieris vagabunda lo-
„ quacitate, non copiosus, sed odiosus eis, qui rebus inhærentes, super-
„ flua verba contemnunt. Vinceris quippe *ab adversariis*, quos habes: &
„ vincendos *proponis tibi, quos non habes.* "

CAPUT XIII.

Sacras Reliquias maximo semper in pretio, & honore fuisse apud Ecclesiam.

PRITANIUS.

971. ORdiris Caput: „ Nostram in sac. Reliquias Devotionem refor-
„ maturus Pritanius; ne huic devotioni multum tribuamus mo-
„ net. " Ubi idipsum moneam, ostende; secus jure tibi debetur: *Aut calumniaris, aut nescis, quid loquaris.* (*a*) Profers subinde mea (*b*): Sanno anche gli abituati ne' peccati, e fino gli Assassini da strada .... portare addosso Reliquie vere, o false; giacchè ne' secoli barbari non sono mancati Impostori: ne so, se a dì nostri ne sia affatto spenta la razza. Verum quibus verbis hic moneo, ne Devotioni in sac. Reliquias multum tribuamus? Nullus certe hoc vidit, hoc videbit. Igitur *calumniaris, aut &c.*

972. Prosequeris num. 2. „ Paucis hisce verbis duo Pritanius sac. Re-
„ liquiarum Cultui afferre videtur incommoda. Alterum est, Fideles a
„ pio more gestandi in pectore sac. Reliquias, tanquam a levicula, &
„ inani Devotione sensim avocare: Alterum (quod gravius est) pretium,
„ & honorem sac. Reliquiarum apud Fideles minuere, de illarum falsita-
„ te injecta suspicione. Nam & ex hoc Capite Sectarii Cultum Reliquia-
„ rum conantur evertere. "

973. Euge, mi cariss. Plazza, eugepe: Tibi omni jure debetur inter omnes metaphysicos Principatus. Oh! quanto polles subtilissimo ingenii acumine. Quid Tui PP. de Benedictis, Cattaneus, Arriaga &c. quinimo quid ipse subtilissimus Scotus? cunctis hisce, cæterisque omnibus palmam eripis subtilitatis. Quis horum unquam introspicere potuisset in meis modo laudatis verbis *duo* illa *incommoda in sac. Reliquias*, quæ tibi soli datum est videre? Futuris temporibus, quemadmodum tuus Suarez *Eximius*, a tuis hujusce Operis Lectoribus conclamaberis *Protosubtilissimus Doctor*. Condona, P. Plazza; & precor: *Muta jam istam mentem: oblivisscere hujus erroris, & propemodum furoris.* (*c*) *Sed mirum, si in facie hominis tantum intervallum est inter frontem, & linguam, ut in hac caussa frons non comprimat linguam!* Qua fronte typis vulgare audes, quod verbis meis supra memo-

(*a*) Lib. 1. oper. imperfect. nom. 42. (*b*) Cap. 23. pag. 335. (*c*) Lib. 1. cont. Julian. cap. 7. num. 29.

moratis Fideles *sensim avocem a pio more gestandi in pectore sacras Reliquias, tanquam a levicula, & inani Devotione*; & quod *pretium minuam, & honorem sacr. Reliquiarum*? Et qua adamantina fronte, postquam ista scripsisti, nullum profers momentum, quo evincas, in meis verbis hæc duo incommoda contineri? Hoc opus, hic labor erat; quod præteris: & per plures paginas consarcinas argumenta, quibus comprobas, sac. Reliquias maximo semper in pretio & honore fuisse apud Ecclesiam (De altero incommodo Cap. XV. sermo erit.) *Multum inaniter multa commemoras*: (*a*) & quod versare, ac reversare debueras, taces.

974. Mentior certe, cariss. Plazza: Ratiocinium produxisti, quo me, ostenderes, honorem sac. Reliquiarum minuere. Arrigite aures Sapientes omnes, & Insipientes: Audiamus Plazzæ ratiocinium, nescio, num in *Barbara*, aut *Celarent*. En illud: „ Pritanius honorem minuit sac. Re„ liquiarum, *de illarum falsitate injecta suspicione*. Nam & ex hoc capite Sectarii Cultum Reliquiarum conantur evertere. " In scholasticam formam redigatur. „ Sectarii Cultum Reliquiarum conantur evertere; eo „ quod *maxima pars earum suppositititia sit*. (*b*) At Pritanius similiter *de il„ larum falsitate injicit suspicionem*. Igitur Pritanius evertere nititur Cul„ tum earum. " Papæ! & quod Ratiocinium.

975. Ut, quanti valet, perpendas, adtende I. fidem meam (*c*). Insegnamento della Chiesa Cattolica (*d*) si è, che le Reliquie de' Santi meritano riverenza ed onore, per essere state ricettacolo dello Spirito S. e perchè la Fede c' insegna, che que' medesimi Corpi saranno nell' universal Risurrezione alzati anche essi a participar della gloria di Dio ec. (*e*) Eccitano queste la Divozion del Popolo; ed altrettanto fanno i Sepolcri de' Santi, e le lor sacre Reliquie. E quantunque alle persone di miglior sentimento non occorrano somiglianti sensibili ajuti, per sollevar i lor pensieri a Dio, pur sovente anche la lor Pietà prende moto, o moto maggiore da questi Oggetti esteriori; come il visitar que' Tempj, dove si conservano le indubitate sacrate Ossa de' Santi. Jam sentis sanam doctrinam Pritanii, quæ pene ad verbum expressa est ex Tridentino. Accipe item, quæ alibi scripsi: (*f*) „ Numquidnam evincere tu unquam po„ teris, vera ac certa esse Caput S. Joannis Baptistæ, non uno in loco „ adservatum, tot clavos ad Crucem Domini adhibitos &c? Si in his cer„ titudinem exigeret Ecclesia, ut cultum probaret, pauca, imo paucissi„ ma nunc haberemus religioso cultu donata, sive donanda .... In his, „ quæ utilia quidem sunt, sed minime necessaria ad alendam Populi Pie„ tatem, neque a Revelatione Dei descendunt, suam tantummodo con„ sulit prudentiam Apostolica Sedes, & Ecclesia; reliquum arbitrio no„ stro dimittit; dum contemtus absit, & scandalum. Neque ipsa in his „ errat, cum sufficientibus semper prudentiæ motivis in re per se incerta „ ducatur. Adde, neque Populi Pietatem in ejusmodi cultibus falli; nam „ etsi forte in Sancto aliquo colendo, in sac. Corporibus, seu Reliquiis „ credendis, hallucinaretur (quod non facile putandum); attamen neque

 ani-

(*a*) Lib. 4. cont. Jul. c. 12. num. 58. (*b*) Verba sunt Calvini apud Plazzam num. 3. (*c*) Cap. 25. pag. 330. (*d*) Trident. sess. 25. de Invocat. &c. (*e*) Pag. 331. (*f*) Epist. 3. sub larva Ferdinandi Valdesii.

„ animus, neque affectus colentium, unquam fallitur; cum ex sententia „ Ecclesiæ honor, & cultus Servorum Dei in Deum ipsum terminetur; „ Et certa sint merita Jesu Christi Domini nostri, per quæ vel ipsi Sancti „ beneficia nobis impetrant ab omnium Datore Deo. " Quæ hactenus hoc numero posui, sat superque erant, ut mea (*a*) si quæ obscura essent, ad sanum intellectum juste revocares. Explicatissima illa sunt, sana, sapientia sunt; & Plazzæ animus, in pravum detorquere non erubescit!

976. Consideremus modo tuum illud Ratiocinium (*b*) & primo majorem Propositionem, quæ est: *Sectarii Cultum Reliquiarum conantur evertere; eo quod maxima pars earum suppositítia sit*. I. In hoc certe Argumento non fidit Calvinus, ut earum Cultum everteret. Nimirum, etsi probe, certoque nosset, aliquas veras esse Reliquias Sanctorum, neque adorandas eas prædicaret; cane enim pejus, & angue idipsum odit; ne Idololatriæ crimine fœdaretur; ut de Sacris Imaginibus Novatores loquuntur. II. Si tali fideret Argumento, paralogizaret certe: etenim ex particulari *Antecedente* Conclusionem colligeret universalem, a quo sane naturalis *Ratio* abhorret. Hoc quippe esset ejus Ratiocinium: „ Plures sunt Reliquiæ „ suppositítiæ sac. cultu indignæ. Igitur nulla Reliquia colenda. " Falsa Conclusio; sed hæc legitima: „ Igitur Falsæ ablegandæ, veræ colen„ dæ. " Ad summum ex hoc ratiocinio posset mediate inferri; ne faciles simus quibusvis Reliquiis colendis, quæ affatim per manus Fidelium habentur. Et id quidem verissimum: & idcirco prudenter Ecclesia jubet, plura servanda esse, ut suppositítiæ secernantur a veris.

977. Consideremus alteram Propositionem. *At Pritanius de illarum falsitate injicit suspicionem*. Cariss. Plazza, *Ego autem non dico, ut me dicere asfirmas*. (*c*) Indicant tua, quod de omnium Reliquiarum falsitate injiciam suspicionem; quod neque somniavi (*d*). En mea: *Reliquie vere, o false*. Prius *veras* affirmavi, subinde *falsas*. At, si quia *falsas* posui, scribis de me, quod *de falsitate* suspicionem injecerim: quia *veras* etiam affirmavi, scribendum fuisset, quod *veritatem earum profitear*. II. Reum me traducis violatæ Pietatis in sac. Reliquias, quod earum evertam, aut saltem imminuam venerationem, ac pretium; eo quod scripserim: Portare addosso Reliquie vere, o false; giacchè ne' Secoli barbari non sono mancati Impostori; nè so, se a dì nostri ne sia affatto spenta la razza. Ex hisce enim ais, me de falsitate earum injicere suspicionem; proindeque cum Novatoribus sentire &c. Igitur omnes, quibus mea hæc doctrina communis est, omnes, inquam, adversus sacras Reliquias mecum insurgent cum Calvino. Oh! quot poteris mihi accensere: Tuum Joannem Ferrandum in suo Cothurnato Opere, cujus sat erit Titulum exscribere: *Disquisitio Reliquiaria, sive de suspicienda*, & SUSPECTA *earumdem numero Reliquiarum, quæ in diversis Ecclesiis servantur, multitudine*. Evolve ipsum præsertim Articulo 2. (*e*) offendes Titulum: „ SS. Reliquiæ seu veræ, „ seu falsæ divenditæ. Posteriorem hunc adduco Reliquiariæ Strophæ mo„ dum *ab improbissimis Nebulonibus* excogitatum; & (quod pejus est) „ *non infrequenter usurpatum*: " Petavium, qui (*f*) totus est in monendo,

(*a*) Num. 971. posita. (*b*) Sup. n. 1081. (*c*) Lib. 4. cont. Jul. c. 9. n. 53. (*d*) Uti liquet ex n. 975. (*e*) Lib. 1. c. 9. (*f*) Lib. 14. de Incarn. c. 14. n. 2. &.

do, ne incauti simus in dijudicando a suppositiis veras Reliquias : Augustinum, qui Martyrum quasdam Reliquias in suspicionem vocat (*a*); loquens enim de Monachis quibusdam, ait : *Alii membra Martyrum si tamen Martyrum venditant*. Universim interroga cordatos omnes, dummodo non sit credula gens Mulierum, aut Popelli, omnes fatentur sac. Reliquiarum deceptores; neque de facili quibusvis Reliquiis a particularibus expositis, suam adjungunt fidem, & si sac. Antistitis testimonio suffultæ sint. Norunt quippe, eo devenisse impudentiam Deceptorum; ut & ipsa simulent testimonia Episcoporum. Jam omnes isti suspicionem ingerunt de falsitate Reliquiarum. Omnes igitur cum Pritanio pretium minuunt, & honorem earum. Apagesis.

978. Quinimo duo gener. Concilia maximam ingerunt suspicionem de falsitate Reliquiarum. Lateranense IV. Can. 62. ait : „ Inventas autem „ Reliquias de novo nemo publice venerari præsumat, nisi prius auctori- „ tate Rom. Pontificis fuerint approbatæ. Prælati vero de cætero non per- „ mittant, illos, qui ad eorum Ecclesias caussa venerationis accedunt, *va-* „ *nis figmentis, aut falsis decipi documentis*, sicut & in plerisque locis oc- „ casione quæstus *fieri consuevit*. " Vide, quantam injiciant de falsitate suspicionem, ut approbationem exigant Rom. Pontificis. Et Tridentinum Sessione sæpius laudata, *novas Reliquias non esse recipiendas*, jubet, *nisi recognoscente, & approbante Episcopo*.

979. Sed quid, cariss. Plazza, si miseratione erga me commotus, quod ultra meritum graviter afflixeris Cap. XIII. subinde Cap. XIV. (*b*) per omnia subscribas mihi; ut necessario aut ambo minuere conemur sacr. Reliquiis honorem; aut ambo innoxii simus. Num. 11. ais: „ Sed dices „ ex Pritanio, non defuisse sæculis barbaris, & nostris etiam fortasse „ temporibus non deesse Impostores falsas, & adulterinas Reliquias pro „ veris, & legitimis venditantes. " Ob isthæc a me asserta minuere, scribis, me pretium earum, qui cum Calvino de falsitate ingero suspicionem. Verum isthæc mea nedum non improbas; sed approbas; sed confirmas. Prosequeris n. 12. : „ Quid inde? Ipsorum quoque veterum „ Patrum ævo non defuerunt hujusmodi Impostores: quorum meminit „ D. Augustinus in Libro *de Opere Monachorum*; & quos aliquando dete- „ xerunt D. Gregorius Turon. & D. Gregorius Magnus. Nunquid pro- „ pterea SS. Patres, & nominatim hi tres, eximii sac. Reliquiarum Cul- „ tores, a cultu singularum Reliquiarum abstinuerunt; vel ab eo com- „ mendando destiterunt? Nempe ipsimet, aliique Pastores Ecclesiæ non „ levem semper adhibuerunt operam, ut fraudes omnes, dolosque ma- „ los arcerent. " Ambo igitur in eadem navi sumus : ambo veras, falsasque Reliquias fatemur cum SS. Patribus : ambo Deceptores, nedum sæculis barbaris, ut ego; sed sanctioribus, ut tu : ambo cultum earum commendamus; & cum prudenter novimus veras, ambo veneramur, ut liquet. (*c*) *Calumniose, contentiose, quid quæris amplius?* Vi veritatis tua revocare coactus es.

980. Ut sentias, quo calumnis tuis in hoc Cap. excesseris, adtende. Ait

(*a*) Lib. de Oper. Monach. c. 28. n. 36. (*b*) Num. 12. (*c*) Ex n. 975.

Ait Redemptor noſter (*a*). *Adtendite a falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces*. Ne in errorem veniamus, cavendos monet hypocritas, qui ſub larva Pietatis alios nituntur decipere. Omnia quidem plana. Verum quod negotium faceſſit, tuum eſt adverſus me Ratiocinium. Etenim, ſi quia veras memoro, falſaſque Reliquias, necnon Deceptores, qui eas ſupponant, ſuſpicionem ingero de falſitate earumdem; ſubinde pretium minuo, & honorem: Chriſtus pariter vituperans, & fugiendos monens hypocritas, ſuſpicionem ingeret de falſitate Pietatis; diminuet ſubinde ejuſdem honorem, & pretium. Quod ut dilucidius percipias: Duo advertenda ſunt genera Deceptorum: Alii *Reliquiarum*, qui nimis credulos decepturi, fictas pro veris exponunt. Alii ſunt *Virtutis*, ac *Pietatis*; qui, ut incautis imponant, extorqueantque fumeos honores, Pietatis larvam præſeferunt ſub vera impietate. Si igitur, quia falſas Reliquias noto, necnon Deceptores earum, pretium minuo, & honorem; Chriſtus ſimiliter, qui falſam notat hypocritarum virtutem, ejuſdem, aut vere eam ſectantium, pretium, & honorem diminuet. Iſthæc ex tuo adverſus me neceſſario concludunt. O bone, in te ipſum redi, qui longius a te excedis. Vituperat Chriſtus hypocritas, & ſanctiſſime, Pietatis veræ deceptores; monetque cavendos; ne decepti ſimulata virtute, contermina veræ, ſpuriam in aliis veneremur, & exſcribamus in nobis. Id autem dum præſtat, plurimi ſe facere virtutem veram oſtendit, quam expetit ab omni labe puriſſimam. Ratione conſimili paucula ſcribo de falſis Reliquiis, earumve Deceptoribus; ut nimirum a nimia credulitate compeſcam Idiotas; ut vigeat illibata Religio; ut ſolum Sanctis debitus honor tribuatur. *Erubeſcat ergo Dialectica tua* (*b*). Etenim *non ratiocinaris, ſed conviciaris, & calumniaris*. (*c*) Tuum Caput XIV. prætereo, quod adverſus me minime ſcripſeris.

CAPUT XV.

Morem geſtandi Sac. Reliquias de collo ſuſpenſas, pervetuſtum eſſe, religioſum, ac ſalutarem.

PRITANIUS.

981. CAriſſime, alium in tuo Capite inſcribe Titulum, qui maxime quadrat: *Morem calumniandi Pritanium pervetuſtum Plazzæ eſſe, & familiarem*. Suſpiciant omnes, & admirentur graviſſimam P. Plazzæ Dialecticam! En mea (*d*): Gli abituati ne' peccati, e ſino gli aſſaſſini da ſtrada anche ſanno portare addoſſo Reliquie vere, o falſe. Graviſſimus ipſe Dialecticus ex meis hiſce iſta concludit. Igitur „ Pritanius Fideles a pio „ more geſtandi in pectore ſac. Reliquias, tanquam a levicula, & inani „ De-

(*a*) Matt. c. 7. verſ. 15. (*b*) Lib. 3. op. imp. n. 32. (*c*) Ibidem n. 29. (*d*) Cap. 23. pag. 335.

„ Devotione sensim avocat. " Quinam hic tuus ratiocinandi modus? Quænam hæc tua Dialectica? *Sed si vis verum dicere, dic potius evanuisse argumentationem tuam.* (*a*) Hæc protulisse, confutasse, est, P. Plazzam.

982. Et tamen (dictu incredibile!) nemo validior Pritanii vindex ipsomet Plazza. Num. 3. probas, & laudas Nicolaum I. Rom. Pontificem, qui respondens Bulgaris interrogantibus (*b*) *Si liceat Crucem Domini cum Reliquiis Mundo, sive Immundo, hanc habenti, osculari, vel portare?* Reponit Sum. Pontifex: „ Ei, qui mundus est, omnino licet ... De Re„ liquiis vero Sanctorum eadem dicimus. " Num. 4. subdis: „ Secus „ censet Nicolaus *de Immundo* (videlicet *de Peccatore*) *cui vetat portare* „ *& osculari Crucem.* " Vide, quam, præ te, subtilius, veriusque ratiocinetur Pritanius. Crudiora tibi esse debent, quæ Nicolaus I. reposuit, quam quæ scripsi. Loquitur ille de quovis Peccatore, ego dumtaxat de perditissimis, de *Habituatis*, *de Grassatoribus* viæ: Ille nedum vetat *Immundo* deferre Sanctorum Reliquias, & Crucem, sed & hanc osculari; ego de osculo nihil: Imperat ille, ne deferantur; ne Crux osculetur; ego nec facio idem, nec possum. Uter crudius loquitur, Nicolaus I. an Pritanius? Nimis excæcatum te proderes, nisi perciperes, quod crudiora tibi ille exposuerit. Num igitur Nicolaus I. *morem gestandi sac. Reliquias inter futiles, & inanes Devotiones Fidelium rejicit*; quinimo imperio suo prohibendo evertit? Apagesis, repones, qui ipsum laudas. Itaque qua Dialectica ex meis mitioribus verbis subinfers, quod *morem rejiciam gestandi &c.* & quod *Fideles sensim avocem a deferendis sac. Reliquiis?* Si frons tibi est, aut utrumque condemna; aut, quod verius, absolve.

983. Progrederis n. 4. ad me vindicandum. Ais: „ Vetuit id Nicolaus „ I. non propter novum peccatum, sed propter indecentiam, seu potius „ incongruentiam: quia absonum est, exterius venerari Crucem, & mo„ res gerere a Cruce alienos. " Ratione consimili absonum est, Reliquias Sanctorum deferre, & mores gerere ab exemplo Sanctorum alienos. Igitur tibi *indecens* est, *incongruum*, & *absonum*, Peccatoribus Crucem portare &c. multo magis perditissimis erit indecens. Igitur aut mihi subscribis, & Calvino, aut, si sana scribis, saniora, præ te, scripsi. *Ita vero Catholicus tu es, & Ambrosius* (Pritanius) *Catholicus non est?*

984. Sed quid, si in illismet verbis, quæ tibi offendiculo sunt, approbem, laudem, venerer, morem gestandi sac. Reliquias? En iterum mea: Sanno anche gli abituati ne' peccati, e sino gli assassini da strada, portar addosso Reliquie. Quid sibi volunt ista? Nempe perditissimi homines imitari nituntur pios Fideles deferendo Reliquias. *Sanno anche essi.* Τὸ *anche* vox copulativa est, ac relativa, quæ necessario hic indicat Pios. Norunt quippe *gli Abituati*, *e gli Assassini*, quod laudabile sit, & utile piis Fidelibus, sac. secum ferre Reliquias, ex qua Pietate plurimæ hisce obvenerunt Animi, Corporisque utilitates; & idcirco eas nituntur deferre Reliquias gli Assassini, sibi, decepti, blandientes, quod earum ope & incommoda declinent persequentium, & fors non moriantur impœnitentes. Annon vides, quod *Virtualiter*, ut Schola loquitur, Fideles laudentur, defe-

(*a*) Lib. 3. op. imp. n. 193. (*b*) In resp. ad Consul. Bulgar. c. 7.

deferentes sac. Reliquias, quorum imitatione etiam perditi Peccatores gloriantur? Qui efferret: *Norunt etiam hypocritæ virtutem simulare*, certe celebraret virtutem; Etenim nil aliud diceret; nisi: „ Quia norunt hypo-„ critæ, quantam mereantur gloriam ab hominibus veri Sectatores Pie-„ tatis, simulant eamdem ipsi, ut laudes extorqueant, quas amant. “ Eumdem habent intellectum mea: Sanno anche gli abituati ne' peccati, e sino gli assassini da strada, portar addosso Reliquie.

985. Post hæc prosequor: Ecco qual sia il vero uso delle Reliquie. Hanno esse da risvegliare in noi la memoria de' Santi e delle eccelse loro virtù, per imitarle: della lor somma felicità in Cielo, per ispirare anche in noi un vero desiderio di quell' ineffabile guiderdone; e la memoria dell'ardente lor Carità, per animarci ad implorare in prò delle Anime nostre la lor intercessione presso Iddio. Se questo non producono, si riduce ben a poco la nostra Divozione. Vides, quam expresse commendem sac. Reliquias morem deferendi, dicens: Ecco qual sia il vero *uso* delle Reliquie? Eis quippe utimur, dum gestamus. Et in deferendis Reliquiis impeto morem *degli abituati ne' peccati*, *e degli assassini*, qui solum contenti, quod eas gestent, nihil penitus curant, quod mores gerant a Deo, & ab exemplo Sanctorum alienos.

986. Caput hoc XV. postremum est tui adversus me Operis; & finis quoque meæ Paræneticæ Epistolæ, tuis extirpandis calumniis datæ. *Puto, quod... non es dicturus, aliqua me redarguere voluisse, quæ in tuo Opere non tenentur: Quod etsi dixeris, idque probaveris; etiam gratulari debeo, non te dixisse, quæ dicere non deberes: atque utinam quæcumque verba tua rectissime reprehenduntur, nulla omnino dixisses*. (a) *Doceo, quod didici, non a me ipso, idest a præsumptione pessimo præceptore, sed ab illustribus Ecclesiæ Viris* (b).

PARÆNESIS
VERI AUCTORIS EPISTOLÆ.

987. HActenus exercuit nos lethale certamen: certasti tu creando truces calumnias; ut famam Pritanii æternum disperderes; ego, ut æternum vivat, in nihilum redigendo calumnias tuas. Utri cesserit palma, æqui Lectores dijudicent. Ipse, si interroger de tuo adversus me Opere, incunctanter securus reposuero: Infamans est: Romano fulmine dignum: eo igne absumendum, cui nimium ardoris contigit, nihil splendoris. A capite ad calcem mentem niteris infamare Pritanii, ac voluntatem. Plurimi enim, quos eum docuisse, ais, errores, adeo crassi sunt, adeo patentes, ut nequeat prorsus ab ignorantia excusari scientissimus Vir. Quid inde? quod sciens, ac volens, Fidem voluerit temerare, & Pie-

(a) Lib. 4. op. imp. n. 3. (b) Hieron. Epist. ad Eustochium.

Pietatem in suo Libello *della Regolata Divozione*: quinimo in solis septem postremis Capitibus: quinimo amplius: sub Pietatis specie de ea dirigenda impietatem veram intrudere, & propinare. Quid sceleratius? Hinc quidam tuus Concellita Neapoli, fertur, dixisse, quatuor in illo Libello hæreses contineri. Et alter Tuus in celeberrima Ecclesia, coram frequenti Populo, nec decies, nec centies, sed ad nauseam usque Sapientum omnium, & Cordatorum, e publico Suggesto in Pritanium declamare non destitit: & eo usque incaluit Oratio, ut æternis ignibus addictum non erubuerit prædicare. Hinc suppressæ iteratæ Editiones memorati Libelli; hinc succenturiati homines cursitare per Urbem eamdem, ut Libellus ex omnium manibus caderet: hinc immissi sacri furores in Quemdam ex inclyto Prædicatorum Ordine (num in alios, latet) ut manus tribueret adjutrices in exagitando Pritanio; quod permotus ille exsequebatur. Sed peroptato res non venit; hoc enim delato ad supremum memorati Ordinis moderatorem; hujusce imperio, sublatis e Cella manuscriptis, aliove transmissis, coactus Auctor fuit, Neapoli discedere, & in Patrios lares remigrare, Religionis suæ habitu dimisso, juris ordine servato, ut creditur. Dic sodes, Pat. Rev. Si in septem postremis Capitibus Libelli omnes clare docerentur errores Vigilantii, Fausti Manichæi, Juliani Apostatæ, Judæorum, Hagiomachorum, Iconoclastarum, Lutheri, Calvini, Baji, Jansenii, Quesnelli (hi omnes adversus Pritanium a te memorantur) quid in Libellum acerbius moliri potuisses? Si de Luthero, si de Calvino, sermo habendus fuisset; quid obnormius propalam potuisset prædicari; quam pestilentissimos homines (quippe quos innutritos in erroribus, pervicaci voluntate disseminatis; & ad finem usque rebelles Ecclesiæ Matris) in Abyssum cruciandos jam detrusos fuisse? Cuncta isthæc de Pritanio dicta sunt, quando ultricibus flammis, conclamatus est, æternum torqueri. Apage Judices intolerandos: quibus haudquaquam data sit clavis Abyssi, sed quam sibi ipsi rapuerunt. Qua cælitus immissa Revelatione id cognitum est? Alte retineatur Monitum Augustini (a) *Nolo itaque, Deus meus, tam præceps esse: ut hoc illum Virum de te meruisse non credam*. Unum minime tentatum est (quantum scio) quod Pritanii Libellus, Roma imperante, Carnificis manu cremandus traderetur. Fors non fuere vires; fuit voluntas. Quid actum est tot infandis rumoribus & calamo, & lingua excitatis? Ut ex mulieribus quædam, aliique, vobis impetu cæco obsequentes, nec quidem Libelli Titulum audire sustineant. Et merito: de eo enim circumferuntur, & quos affingis, errores, & alii (ut assolet) quos non opponis, quosve penitus Fidelis Populus aversetur; quod videlicet *abominetur Pritanius Litanias Virginis Lauretanæ*, & alia hujusmodi: quorum tamen aliqui dociliores, animadversione excitati, Libellum legentes; cum oppositum viderent disseminatis erroribus continere, aut obmutuerunt; aut se deceptos fatentes confusi dixerunt: *Credevamo, che ci fossero questi errori*. Mahometus, Turcarum Primipilus, indigestam bene sentiens molem sui Alcorani (aut quod verisimilius reor, a suo Sergio admonitus) Sectatores suos deterruit (b) ne unquam de Religione disputarent. Prudentissimus quidem in impietate sua, omnem eis præclusit viam,

(a) Lib. 12. Confess. c. 31. n. 42. (b) Azoara 32.

viam, qua possent insulsas, abnormesque falsitates sentire. Qui in votis habuisti Opere tuo Pritanium infamare consarcinatis calumniis; deterre, quantum noveris, quantum valueris; ut Libellum *della Regolata Divozione* nemo videat, nemo evolvat: qui enim per sese legerit, offendet statim putentes nimium calumnias tuas. Nimirum evenit, ut irruente te in Pritanium calamo, Concellita tuo lingua, plurimi ingenui, Sapientesque Viri, præsertim quibus perspectum erat,) Libelli Auctorem esse *Ludovicum Antonium Muratori*, celeberrimi nominis Virum, disseminatis rumoribus adversus eum noluerunt adquiescere: quorum plures impossibile rati sunt, affictos errores eum scribere potuisse; alii Libellum percurrentes, senserunt statim impactas calumnias. Et eo usque increvit quorundam adversus vos indignatio; ut audientes Pritanii ideales errores prædicantem, præ ira, ac nausea stomachati, terga vertentes Concionatori, *nego suppositum*, inquiebant, *quod hæc scripserit:* & ea elata sic voce, ut a pluribus audiri valerent. Sed ut videas, nihil apud æqui tenaces, sapientesque Viros, profecisse te, & tui Operis Idea præmissa an. 1750. & tuo Opere edito an. 1751. tuique Concellitæ declamationibus, aliorumve qua machinationibus clancularis, qua aperta vi grassantium, eodem anno recusi sunt Neapoli *Gli Annali d' Italia di Ludovico Ant. Muratori*, sub cujus Imagine, Operi præfixa, legitur: *Ludovicus Ant. Muratorius tum Operum immortalium copia, pretioque, tum solida Pietate Posteritati commendatissimus*. Quinimo, excitata Italia irruptionibus vestris, qui paucis compertus erat recens Libellus, ita famosus evasit; ut turmatim postea ad Bibliopolas itum sit; & qui vili vendebatur pro molis parvitate, deinde Veneto scuto aureo veniret: & talis, tantaque facta est distractio exemplarium; ut intra brevissimum tempus Venetiis, & alibi plurimæ iteratæ sint Editiones, incassum molientibus vobis, ne fierent. (Displicet tamen accepisse, in Sicilia, & Neapoli Opus tuum nullum adinvenisse benevolum Emptorem, ut compensares saltem impensam pecuniam in Editione; sed in angulo cellæ cum blattis, ac tineis pugnare. Forte isthæc Parænetica occasio tibi erit emolumenti: eam quippe legentes, ut conferant, si vera scripserim, Opus tuum coement.) Quid hoc, Rev. Pat.? Res certe lacrymabilis vobis est. Tot rumores, tot labores, nedum ceciderunt in irritum: sed quibus cordi dumtaxat erat, ut Libellus Pritanii ex omnium manibus caderet, eorum opera in manibus omnium veniret! *Ita ista, quæ a veritate non veniunt, plerumque & nullo impellente, seipsa subvertunt.* (*a*)

988. Moneo igitur, & in Domino precor; ut si hac perlecta Epistola, indefensus tibi appareat Muratorius; solideque etiam vigere oppositiones tuas; ne præceps tibi adjudices palmam; sed corde ad Deum conversus precare: *Illumina, Deus meus, tenebras meas* (*b*): præjudiciis enim obrutus usque ad summum, in pleno meridie nihil vides. Subinde quære Amicum, qui neque volens adulatione decipiat; neque nolens ignorantia fallat. Legenda committe Opus tuum, Epistolam meam, Libellum Muratorii: dociles aures accommoda: pœnitebit certissime Operis tui; cujus quidem, senties te, onere prægravari; ut aperte palinodiam canas, qui publice infamasti Muratorium. Equidem reor, quod sciens, & volens, id ipsum

(*a*) August. lib. 7. de Civit. Dei c. 19. (*b*) Psal. 17.

ipsum non præstiteris adversus eum: candide fateor; impossibile mihi est; ut Senex, Religiosus, Sacerdos, calumniis impetere voluerit famam Proximi sui. Excedente Pietate permotus, præjudiciis actus, credidisti obsequium te præstare Deo, si infamares Pritanium. At etiam Apostolorum Persecutores obsequium se præstare Deo credebant. Te autem certe ab omni crimine innocentem reor: Calumniæ tuæ adversus Pritanium obscuratæ mentis sunt, non cordis flagitiosi. Infamasti tamen Pritanium: palinodiam cane, ne crimen incurras.

989. Si autem obfirmatus animo, impetere Epistolam hanc volueris, ne facias, admoneo; hoc enim pacto indignus eris quavis excusatione; omnesque credent, quod Pritanium sciens calumniari volueris. *An pertinacia corrigere non permittit, quod inconsulta Pietas dixit; & pudor emendationis lapsum confirmat erroris?* (a) Age tamen, ut libuerit: sed precor; ne in Epistolam irruas, ut in Libellum: *Exue te calumniis; viribus luctare, non fraudibus* (b). In antecessum omnes præoccupo oppositiones tuas, Lectores monendo, ut tua quidem evolvant; sed cohibeant assensionem, quousque & Paræneticam legerint, & Libellum Pritanii; videantque ipsi per sese, num viribus luctari volueris, an calumniis. Securus scribo de contentis in Epistola, quæ ad vindicandam Pritanii famam collineant: quæ vero alio tendunt, si exigas, cuncta esse falsa, transmitto. Nil mihi de me curæ est: unicus mihi scopus, pro Muratorio pugnare. Si igitur in ea irruas, quæ Muratorii vindicias adtinent; securus de palma sum. Hui! jactantiam incredibilem. Securus, inquam, de palma sum. Etenim si vera scripseris; me veritati subscribentem habebis, vita superstite. Porro veritati cedere, non est vinci, sed vincere. Si falsa; Deo propitio, vires in me sentio, quibus strenue adversus te pro veritate decertam.

990. Moneo demum, ut animum exuas obfirmatum infamandi Libellum *della Regolata Divozione*. Æternum stabunt Pietas, ac Sapientia *Ludovici Ant. Muratorii*: neque conatus tui, pluriumque tibi similium, in quoquam pietatem lædent Libelli, aut Muratorii nomen, nisi apud imperitos quosdam, cæcosve alios Sectatores vestrum. Alia succedet ætas, cui incompertæ erunt & Oppositiones tuæ, & Defensiones ejus: Uni placebit Libellus, displicebit alteri: ipsi videbunt. Erunt certe eis Moyses, & Prophetæ, quos queant consulere. Erunt, qui urgeant ad legendum: & si Plazzæ redivivi erunt, qui a legendo deterreant. Si adsequi potuisses, ut nigro Theta Roma signaret Libellum; maximum genio tuo procurasses emolumentum. Verum Roma tacet; neque excitata vestris clamoribus est: quinimo delatus quidem Libellus est ad Sac. Indicis Congregationem, sed nullo nigro Theta signatus liber evasit. Exploratissimum signum, quod nil pravi, nil scelerati in eo offenderunt Rom. Censores, quod Plazzæ lynceis oculis videre datum est. Neque idipsum aut nihili, aut parvi æstimandum est. Clamores quippe tui accusantes præcesserant ex Sicilia jam ab an. 1750. in tua *Idea*; an. 1751. in tuo hoc Opere: Neapoli ex ore tui prædicantis Concellitæ; Venetiis apud Scripturarios, ex Germania

 item:

(a) Lib. 9. Ep. imp. n. 18. (b) Lib. 5. cont. Iul. c. 7. n. 26.

tem: Romanos Censores minime latuisse criminationes vestras, perspectissimum est; quas tamen omnes ceu fatuos ignes contempsere sapientissimi laudati Censores.

991. Consulamus igitur nobis: quod reliquum vitæ erit, mortem cogitatione præveniamus: coronemus Caritatis operibus senectutem; ut venientes ante Christi tribunal, experiamur Patrem misericordem, non Judicem punientem. Cessa a novo molimine adversus Pritanium, noxio senectuti tuæ, famæ tuæ, aliisve prorsus inutili: & si scribere cupido sit, tibi & aliis utilia scribe. Cæterum, dilectissime in Christo Pater, si offendatur aliquid in hac Epistola, quod vere Caritati adversetur: constanter illud, minimum licet sit, & revoco, & odi, & abominor; quemque enim dedecet, etsi Sæcularem, Caritate offensa defendere Veritatem. Tuam dumtaxat mentem, præjudiciis obscuratam, quandoque increpavi. *Mentes etenim duræ, nisi aperta essent increpatione percussæ, nullo modo malum cognoscerent, quod egissent. Nam sæpe tui... tantum se peccasse sentiunt, quantum de peccatis, quæ fecerint, increpantur: ut minores culpas suas æstiment, quas minor invectio castigat: & quas vehementer objurgari viderint, majores esse deprehendant.* (a) Ergo, cariss. Pat. *secundas habeat partes modestiæ, qui primas non potuit habere sapientiæ: quia non valuit omnia non pœnitenda diligenter dixisse, pœniteat, quæ cognoverit, dicenda non fuisse.* (b) Verum etiam quod adtinet me, *si aliquid vel incautius, vel indoctius a me positum est; quod non solum ab aliis, qui videre id possunt, merito reprehendatur; verum etiam a me ipso; quia & ego saltem postea videre debeo, si proficio: nec mirandum est, nec dolendum, sed potius ignoscendum, atque gratulandum, non quia erratum est, sed quia improbatum.* (c) Merito igitur in antecessum, ut Fidelem decet, Epistolam hanc summo Catholicæ Ecclesiæ Romano Pontifici emendandam dimitto, cui & me & mea demisse subjicio. Demum nos, quos senectute graves, mors altero premit pede, sæpius illud Augustini recogitemus. (d) *Fecisti nos, Domine, ad te; & irrequietum est cor nostrum, donec requiescat in te.* Eo igitur adspiremus: & *ibi nostra fixa sint corda, ubi vera sunt gaudia.* (e) *Unum certe quærimus, quo simplicius nihil est. Ergo in simplicitate cordis quæramus illud* usque in Finem.

APPEN-

(a) S. Greg. M. Homil. 11. in Ezechiel. (b) August. Epist. 143. ad Marcellinum, alias 7. 12. 2. (c) August. ibidem. (d) Lib. 1. Confess. cap. 1. (e) August. lib. de vera Relig. cap. 35, num. 65.

APPENDIX.

IN fine Cap. V. Partis 2. pollicitus sum, plura me dicturum pro ea Opinione, videlicet *non omnia e Cælo ad nos per manus Mariæ descendere;* quamvis & plura, & plurima ejus interventu, supra cæteros Sanctos efficacissimo, ac universaliori, recipiamus. Quæ in laudato nunc loco protulimus, tuis scrupulis retundendis, & exsibilandis plusquam satis; ut sane pudeat te, tibi necesse sit, quod genuinum frangere me, scripseris, in hoc Virginis præconio; & ob id me compellaveris Reformatorem. Hanc itaque adnecto Appendicem, ut quædam tua, quæ intacta præterii, castigarem; ut Apologiam pro S. Bernardo scriberem, quem, ut tuum facias, *sacrilegum* facere non vereris; ut Amicis suadentibus morem gererem. Da dociles aures: *Nemo enim tam sapiens est, quin aliqua audiens sapientior fiat.* (a) Potuissem sane loco supra laudato hæc ponere; at ne digredi nimium viderer, satius duxi cogere in Appendicem post Paræneticam.

CAPUT PRIMUM.

Quænam sit digna vero Theologo seligenda via in factis affirmandis, quæ unice a divino pendent arbitrio.

992. PRudenter scribis (*b*) „ Pie admodum, & rationabiliter asserimus, „ omnes Dei, & Christi gratias, Deo ipso, & Christo in honorem suæ dilectissimæ Matris ITA LIBERE DISPONENTE, ad nos venire per manus Mariæ. " *Prudenter*, inquam, divinæ tribuis voluntati, quæ eo præconio Virginem voluerit decorare. Optime istud, Cariss. Plazza. Verum qua via innotescit nobis divina voluntas? Num tam po-

 tuerit

(*a*) Seneca. (*b*) 2. Parte c. 5. n. 2.

fuerit imbecilla Creaturarum mens, ut ex sese queat divinæ voluntatis penetralia rimari? Apage omnino impium, insulsumque commentum. *Qui scrutator est Majestatis opprimetur a gloria* (*a*). *Quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus!* (*b*) Profecto qui Deus in summo est culmine perfectionis, quemadmodum nequit a creato intellectu suapte natura videri, ita neque ejus voluntas vestigari. Si nequimus aliorum secreta cordium penetrare, qui cuncti æque homines sumus; quo pacto ea Dei poterimus, a quo immenso intervallo disterminamur? *Quis enim hominum scit, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? Ita & quæ Dei sunt, nemo cognovit, nisi spiritus Dei.* (*c*)

993. Verum quidem aliorum secreta quandoque conjecturis adsequimur, vel id considerantes, quod alias præstiterunt, vel ex adjunctis aliis circumstantiis. Isthæc autem via neque etiam creatæ menti conceditur, qua saltem juste eniti queat in voluntatem Dei pervestigandam. (*d*) *Non enim cogitationes meæ cogitationes vestræ, neque viæ vestræ viæ meæ, dicit Dominus. Quia sicut exaltantur cæli a terra, sic exaltatæ sunt viæ meæ a viis vestris, & cogitationes meæ a cogitationibus vestris.* Deficiunt quippe prorsus quævis conjecturæ, cum ex eis divinas voluntates tentamus metiri. Ex hoc uno exemplo id discamus. Quale, quamtumve pignus Judæi videbantur habere, ut novi Fœderis Ecclesia, in ipsis nata, cum ipsis immota perennaret usque ad mundi interitum? *Notus in Judæa Deus, in Israel magnum nomen ejus* (*e*): Christus apud eos natus ex semine David: A Christo eis promulgata lex Evangelii: Christum dicentem audierant: *Non sum missus nisi ad oves, quæ perierunt domus Israel.* (*f*) Ex his, aliisque interrogatus quivis Sapientissimus Fidelis in exordio hujusce Ecclesiæ, annon statim reponeret, se certa conjectura assecutum, quod vellet Deus, ut Fœderis novi Ecclesia principalius apud Judæos perseveraret? Ita quidem, sed falso: etenim facti sunt novissimi, qui erant primi: *Deseruntur, qui oderant; eliguntur, qui amaturi erant* (*g*): Gentiles eliguntur, reprobantur Judæi. *Ponat igitur humana loquacitas digitum ori suo, & terminis suis contenta sit.* (*h*)

994. Altum igitur, fixumque cunctis Theologis est, non aliam nobis viam aperiri ad internoscenda divinæ voluntatis arcana, quam ejusdem Dei Revelationem; nempe ipso solum aperiente sciamus, quid velit; ipso tacente, cæcutiamus omnino. Itemve est omnibus perspectissimum, divinam hanc Revelationem aut in Scriptura contineri, aut in divina Traditione dumtaxat. Isthæc autem Revelatio si dilucide in hisce habeatur, sana Fide credendum erit, quod revelatum est: Sin obscura sit Revelatio, ad Fidem certe non adtinebit; sed quod est revelatum, aut probabile erit, aut probabilius, juxta naturam Ratiocinii, quo sapiens, prudensque Theologus colliget ex Scriptura, ac Traditione, aut ex alterutra. *Quem vero intelligimus Scholasticum Theologum? Aut hoc verbum in quo Homine ponimus? Opinor in eo, qui de Deo rebusque divinis apte, prudenter, docte e Litteris, Institutisque sacris ratiocinetur.* (*i*)

995.

(*a*) Proverb. c. 5. n. 3. (*b*) Rom. 11. 13. (*c*) 1. Cor. 2. 12. (*d*) Isai. c. 55. 89. (*e*) Ps. 75. (*f*) Matth. c. 15. 24. (*g*) Amb. lib. 9. in Lucam. (*h*) Gersonius apud Petav. lib. 14. de Incarn. c. 8. n. 10. (*i*) Canus lib. 8. c. 1. de loc. Theol.

995. Plures ab hac via aberrantes; ex proprio cerebro Dei voluntate dimetientes, id Deum voluisse commenti sunt, quod ipsis aptum videbatur. Insulsissimum ad minus commentum. *Quis enim cognovit sensum Domini? Aut quis consiliarius ejus fuit?* (*a*) Hinc factum, ut tot legantur opinionum portenta, quæ cordati omnes, sapientesve aversentur. Hujusmodi error Sæculo XVI. Petro Lucensi est propinatus a nescio qua muliere sibi per somnium revelatum affirmante, quod SS. Virgo Christum conceperit in pectore ex sanguinis tribus guttis a corde venientibus; sicut & nostro ævo alter cujusdam protulit Revelationem, quod Maria ad annuntiationem Gabrielis „ Si trasformò tutta in un amore sì intenso del „ Creatore, che dalla forza mirabile di esso venne come imprensato il „ di Lei castissimo cuore, e distillò tre gocce del più puro del suo san„ gue, quali discendendo al luogo naturale per la concezion del Corpo „ di Cristo, fu questo per la divina virtù in quello istante formato ec. " Apage impia commenta, quæ Christum nobis Redemptorem eripiunt, dum in eo veram destruunt humanitatem. Hoc enim pacto vere Filius hominis dicendus non esset, qui originem, ut par esset, non haberet ex homine.

996. Vide igitur, quo præceps eatur, dum ex humano ingenio voluntatem Dei volumus dimetiri. Sed nunquam tam fœde prolapsum est, nisi quando pietas quorumdam incalescens, nimiumque exæstuans, Deiparam Virginem voluerit pro modulo suo celebrare. Hinc merito Raynaudus (*a*) „ Hanc erga Sanctos *intemperantiam* amoris, & honoris, *vigere maxi*„ *me* erga Deiparam in iis, qui illam *non secundum scientiam* diligunt, & „ colunt. " Est quidem SS. Virgo Mater oceanus intransnatabilis laudationum, gloriæ, virtutis, & si quid ultra: Verum a ratione penitus alienum est, ut quidquid encomii mentem nostram subierit, securi proferamus, id Deum Mariæ præstitisse; quasi quod mens nostra regula sit, quam debuerit Deus tenere in exornanda Virgine Matre. Quinimo indicitur nobis illud Spiritus Sancti Oraculum [*c*] *Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt Patris tui*. Cur, inquam, tot cerebrosi Virginis laudatores terminos transgrediuntur, quos sapientissima posuit Fidei Magistra, Romana Ecclesia, Sanctique Patres, cultores ferventissimi Virginis Matris? Post Christum Patronam venerantur, cæteris Sanctis nimis longe præstantiorem: ab exordio sui Ecclesia usque in finem impensius eam colere, ex corde diligere, ad eam confugere, non destitit, non desistet. Et tamen quam caute commendant; eas de Virgine prærogativas prædicant, quibus & secura sit Fides, & vera Pietas amplitudinem habeat eam celebrandi; quin unquam protulerint encomia quædam, quæ horrorem potius ingerant, nauseamque cordatis, piisque Viris. Nimis ad rem Eadmerus (*d*) „ Ecclesia indecens esse reputans de B. Matre Dei *quid dubitabile* in „ laudem ejus recitari; cum ea, quæ incunctanter de illa vera existunt, „ tanta laudis materia sint referta; ut quicumque in laudando eam mo„ rari desiderat; necesse sit, ut facultas ejus magnitudini, & veritati „ suc-

(*a*) Roman. cap. 11. vers. 34. (*b*) Dyptic. Marian. caut. 2. (*c*) Proverb. cap. 22. vers. 28. (*d*) De Excellent. Virg. cap. 7. inter Opera S. Anselmi.

„ succumbat. Sicut enim sola præ cunctis meriti singularis enituit; ita „ quidquid eam adtinet speciali quadam *veritatis firmitate* dignum est eniti „ tere. " Succinit tuus Raynaudus [*a*) „ Invitus effero, quod sequitur, „ Aliqui ut Deiparam Patrum vocibus celebrent, quasi non satis apud eos „ suppeteret verorum, & quidem insignium B. Virginis titulorum, affin„ gunt ementitos, sive quod apud Patres nullum sit eorum vestigium; sive „ quod distorta Patrum Sententia, tituli alio plane pertinentes, adscriban„ tur Deiparæ tanquam ex Patrum mente. Poteram suppostitiis hisce B. „ Virginis ornamentis multas omnino paginas complere &c. " Sed nemo verius, nemo nervosius quam Gerson (*b*) cæteros admonens quibusdam *Veritatibus*, quas Petavius merito nominat *Canones*. Audiatur: „ Vicesima „ quarta Veritas, Christus posuit terminos nostræ conquisitionis, ut non „ liceat de divinis alia, vel aliter asserere, quam quæ ex divinis Scriptu„ ris habentur, vel evidenter concluduntur (*quam rigide loquitur*) vel ab „ Ecclesia, quæ Spiritu Sancto regitur, credenda traduntur. Christus con„ tulit Matri suæ ab initio, & consequenter illas, & tantas gratias, quas „ & quantas cognovit esse convenientes secundum ordinem suæ sapien„ tiæ: & in hac Veritatis soliditate debet esse contentus quilibet Chri„ stianus, quantumcumque sibi devotus. " In *Veritate* XVI. falsam esse concludit hanc ratiocinationem, qua plures, ait, uti consueverunt: *Christus potuit, & potest multa facere: & hoc decet eum. Ergo fecit, aut faciet*. Id non esse consequens docet: verum *esse fallaciam petitionis principii; quia videlicet præsupponit in minori propositione, quod est æque ignotum, vel ignotius, quam principale*. Etenim nemo præter Deum scit, *quid deceat ipsum extra se producere; quia solus scit, quid vult agere*. Idem hisce confirmat: *Christus potuit communicare Matri suæ in utero, quod gloriosa, & consummata felicitate nasceretur: & hoc decuit ipsum facere; quia decuit eum Matrem honorare. Ergo sic fecit. Constat, quia Conclusio hæreticalis est. Et tamen præmissæ communiter assumuntur a nonnullis in assertionibus suis confirmandis*: Prosequitur Petavius: „ Denique in *Veritate* XXIII. Si quis re„ quirat, cur hanc, vel illam gratiam Matri suæ largitus sit Dominus, „ non alias omnes: nihil ei respondendum esse putat, nisi hoc unum: „ *Quis es, o homo, ut investiges sensum Domini? Quis es, ut consiliarius* „ *ejus fias? Quis es, ut præsumas dicere: Cur ita facis? Ponat ergo humana* „ *loquacitas digitum ori suo, & terminis suis contenta sit*. Vere aurea sunt „ hæc Gersonii præcepta, quibus immoderatam in prædicandis B. Virgi„ nis laudibus licentiam temperat, & intra modum sobriæ, ac robustæ „ pietatis coercet &c. "

997. Jam nosti, reor, quo eundum sit. Nempe privilegium illud, quod nimis probabiliter, ut ais, Virgini Matri adjudicas, nihil scilicet venire e cælo, nisi interventione ejusdem; hoc, inquam, ex solo Dei pendet arbitrio, qui illud ei conferre voluerit (*c*). Istud igitur, ut sapienti Theologo, monstrandum erat argumento valde probabili, ducto ex divina Revelatione in Sac. Bibliis contenta, vel in Traditione, quod videlicet Deus illud Mariæ concesserit. Id minime perfecisti, neque æternum facies. Re-

(*a*) Observat. 3. ad Nomenclatorem. (*b*) Apud Petav. lib. 14. de Incarn. c. 8. num. 9.
(*c*) Ut fateris c. 5. n. 4. part. 2.

Reapſe autem non confugis ad Scripturam, ex qua unum profers ex conjectura argumentum; quod quanti valeat, jam vidiſti. Nec ſimiliter ad divinam appellas Traditionem: neque enim producere ſat erat (quod facis) poſterioris ævi quoſdam Sanctos; ſed adſcendendum erat quammaxime ad SS. Patres priorum ſæculorum, Juſtinum, Irenæum, Baſilium, Chryſoſtomum, Ambroſium, Hieronymum, Auguſtinum &c. Veriſſimum quippe ſemper erit, quod ſcripſit Vincentius Lirinenſis (*a*): „ Intelligebant enim Viri Sancti, atque prudentes, nihil aliud rationem pietatis „ admittere; niſi ut omnia, qua fide a Patribus ſuſcepta forent, eadem „ filiis conſignarentur. Idque eſſe proprium Chriſtianæ Modeſtiæ, ac gravitatis, non ſua poſteris tradere, ſed a majoribus accepta ſervare. " Profecto enim jure poſſemus interrogare recentes Doctores, ex qua Traditione anteriori, ex quo S. Patre priorum ſæculorum, nimis probabiliter illud hauſerint Virgini Mariæ privilegium conceſſum.

998. Sed ut edocearis profundius, nullum tibi eſſe ex vera Traditione ſuffragium, inquiro: Hujuſce tuæ Opinionis, hujuſce Privilegii Mariani, altane fuit ignorantia primis Eccleſiæ ſæculis, aut ſaltem probabilis quædam notitia? Si primum eligas: ſapientiſſimum, providumque invertis ordinem OEconomiæ divinæ; quæ, ut in ſuperfluis non excedit, ita neque ſubtrahit neceſſaria. Sanctorum mediationem revelavit dilucide, etſi *bona* dumtaxat ſit, *utiliſque*: & quæ Virginis *neceſſaria* omnino eſt (quod doces) ut boni aliquid recipiamus, ut ſalvemur, quovis modo taceret? Ut nobis Deus faciliorem ſternat ad ſalutem viam, utilia donat, revelatque; idem qua ratione celabit neceſſaria? Qui ſuæ Matri Virgini, ut eam commendaret, cunctique celebrarent fideles, ſingulare privilegium illud conceſſit, quo omnia ad nos ex ejus interventione venirent; cur tali notitia prima ea ſæcula feliciora, & ſanctiora privavit? quid prodeſſet Fidelibus, a Deo habere nedum potentiſſimam, ſed Interventricem neceſſariam, ſi id ignorare cogerentur? Quot eorum ex invincibili ignorantia ad Patrem Deum euntes per merita Filii ſui ſolius, peterent, nec acciperent; pulſarent, nec aperiretur; quia ignorantes omitterent alteram precari neceſſariam mediatricem, Mariam? Quot fors eorum ad gehennam damnati, quod neſcientes, æternam ſalutem non poſtulaſſent per Virginem? Ipſa enim, & te aſſerente (*b*) aliquotiens certe neceſſitatibus noſtris inexorata ſuccurrit; *per ſe* tamen, *&* *regulariter* pro eis dumtaxat precatur, qui eam invocant, qui ad eam confugiunt. Ipſa igitur non exorata a quibuſdam ex ignorantia, proindeque non interveniente, *regulariter*, & *per ſe* precibus ſuis fruſtrarentur, etſi in nomine Chriſti peterent, & pulſarent. Pluries divina Revelatione edocemur de uno, ac neceſſario mediatore Chriſto, quo ad Patrem veniamus, quo perveniamus; per eum pulſemus, per eum aperiatur. Hic certe locus erat infinitæ Pietati, aliquid ſaltem ſubindicare de altera item neceſſaria mediatrice Maria poſt Chriſtum. Mentior: debuiſſet aperte id revelare; ut quemadmodum Chriſti neceſſariam mediationem nos docuit, ut ſciremus viam, qua poſſemus adipiſci ſalutem; ita debuiſſet alteram Mariæ mediationem neceſſariam aperte revela-

(*a*) Apud Canum lib. 7. cap. Concl. 6. (*b*) Sup. laud. loc. n. ult.

velare. Etenim sine ista neque expedita nobis esset via ad cælum, neque ad quasvis gratias temporales. Id tamen tacuit Deus! Nunc quidem capio, cur tuus ille Concellita e publico suggestu proclamaverit me æternis cruciatibus addictum; quod crederet fors, neutiquam a me invocatam Virginem pro cælesti Regno comparando, qui necessariam non credo ejus mediationem. Decipitur: neque audeat imposterum jura usurpare Judicii divini. Nec reputavi, nec reputo necessariam Virginis mediationem, ut ais: utilissimam vero, & præ ea omnium Sanctorum, prædico, & prædicavi. Idcirco scripsi (*a*) Il perchè non vi ha tra Fedeli, chi bramoso dell'eterna sua salute non professi particolar Divozione a Maria, non la veneri qual sua buona Madre, e non la riguardi come sua possente Avvocata presso Iddio: Exclusa igitur est prima pars dilemmatis, initio hujusce numeri positi; quod videlicet nulla potuerit esse ignorantia prioribus Ecclesiæ sæculis, necessariæ, ut ais, interventionis Marianæ. Superest, ut partem alteram perpendamus.

999. Si affirmes autem, perspectam fuisse prioribus sæculis opinionem tuam, saltem ceu probabilem, de hac singulari Virginis prærogativa; quæso, quonam explicueris modo altum de tali Virginis præconio silentium in omnibus illius ævi Auctoribus, in Justino, Irenæo, Basilio, Nazianzeno, Chrysostomo, Ambrosio, Augustino &c? Cur notitiam inviderunt nobis adeo necessariam, qui minus, aut nullo pacto necessaria, sed utilia dumtaxat scriptis consignarunt? Non desunt ex his (*b*) qui Sanctos in Cælis regnantes precabantur, ut aliorum Sanctorum advocarent apud Deum interventionem, faciliusque nobis hoc modo impetrarent. Bona tamen eorum pace quid hoc imprudentius? Etenim si probabiliter saltem unam credidissent necessariam Virginis interventionem post Christum priorum Sæculorum Doctores; adeout *ipsa tacente nullus orabit, nullus juvabit* (*c*) debuissent Sanctos precari, ut Virginis mediationem continuo advocarent. Idipsum vero minime præstiterunt. Tuam itaque ignorarunt opinionem de hoc speciali Mariæ præconio. Item tam pii in Deiparam, tam ferventes eam pro viribus commendare conati sunt: quid post caussæ fuit, ut privilegium illum singularissimum tacerent omnino, quo excellentius ipsa laudaretur? Certe, ut omnes ferventiori pietate in eam ferrentur, optabant; cur itaque in Posteros omiserunt transmittere opinionem tuam *piam admodum, ac probabilem*, qua ferventius accenderentur eam venerari, & fidentius eam invocare ceu necessariam inter Christum, & nos mediatricem? De Virginis intercessione, ac invocatione sat nervose locuti sunt: en prorsus congruam occasionem, & impulsivam, ut necessitatem innuerent saltem Marianæ interventionis, sine qua nobis *nihil est pietatis, nihil bonitatis* (*d*) Ne plura. Cum nullibi in eorum libris hujusce prærogativæ nec leve vestigium appareat, qua sorte, nisi divinando, assereretur, ea priorum sæculorum Patribus perspecta fuisse?

C A-

(*a*) Cap. 22. pag. 213. (*b*) Nyssen. orat. in Theodor. Mart. Origen. homil. 1. in Ezechi (*c*) ut ais n. 16. (*d*) ut ais n. 16.

CAPUT II.

Quædam examinatur divina Inspiratio, seu Revelatio a P. Plazza in medium producta.

1000. PRæsensisti, cariss. Plazza, ut Societatis Theologus, difficultatem; quod nempe, quæ a Dei pendent arbitrio, nonnisi revelatione sua innotescant. Præsensisti, inquam; & ne caussa caderes, tacere non es permissus. Verum *non est, unde te munias adversus impetum veritatis, quo cum tuis machinis in clarissima luce prosterneris.* (a) Comminisceris, nescio quam, occultis modis a Deo datam Inspirationem, qua revelaret Deus, voluisse Virginem decorare eo singulari præconio. Scribis enim (b) „ Cum „ ergo tot habeamus Sanctorum, ac Doctorum virorum, tam illustria te- „ stimonia (*comprobantia Deiparæ necessariam Mediationem*) credere dignum „ est, hanc esse unam ex illis Veritatibus, quas Deus occultis modis Ec- „ clesiæ Doctoribus inspirare consuevit. "

1001. Subscribo, P. R. subscribo: at simul ut videas, quam ruinosum tibi sit suffragium hujusmodi, quove te oporteat excedere, bina adtende talis Inspirationis exempla. Accipe primum ex Valentino Herice (c) scribente: „ Primores Scientiæ mediæ patroni e nostra Societate sunt. Inter „ eos *Princeps Molina*.... In qua ego re divinam veneror submisse provi- „ dentiam, & singulare ipsius beneficium in nostræ Religionis *Magistros* „ collatum agnosco. Nam quo tempore duo Lutheri pestifera dogmata, „ Satanico flatu succensa, magnum seditionum incendium excitarunt; & „ Ecclesiam Dei multos annos fatigarunt: alterum, quo falsa Evangelii „ specie homines ab Ecclesiæ reverentia, atque obedientia subtrahere co- „ nati sunt, & Romani Pontificis potestatem elevare: alterum, quo no- „ stri arbitrii indifferentiam in operando funditus evertere, remque esse de „ solo titulo; & jam non liberum sed servum arbitrium appellandum es- „ se. Hoc ergo tempore, cum venenum suum magna dissimulatione pro- „ pinabat Lutherus, serpebatque malum in plures (tantum in animo pie- „ tatis vinculis exsoluto impotens potest audacia!) contra utrumque dog- „ ma minimam nostram Societatem, divino munere insignitam, erexit „ Conditor omnium, & instruxit Dominus Exercituum; eamque SS. Igna- „ tius Fundator noster egregius tam arcte dedidit Romano Pontifici, ut „ quarto solemni Obedientiæ voto contra Lutheri inobedientiam obstrin- „ xit, atque sacravit. Et doctissimos ejusdem familiæ Scriptores, ut ca- „ nes ad custodiam, adversus hos Lupos advigilantes, *cælesti lumine perfu- „ derit, hacque illustraverit scientia*, qua libertas Arbitrii contra Lutherum, „ & Calvinum, aliosque Sectarios *defendi possit*... Itaque ut singulari obe- „ dientia venenum inobedientiæ, quod homines imbibebat, sanavit Igna-

 „ tius,

(a) Lib. 6. op. imp. num. 30. (b) Num. 24. (c) 1. Part. Tract. 1. disp. 7. cap. 1. num. 7. 8.

„ tius , ita hac *Scientia conditionali* Satanicum dogma contra libertatem „ funditus evertitur . “

1002. Cogor hic exclamare : Feliciſſimum Sæculum XVI! Hoc quippe ſolum præ cunctis anterioribus ſæculis meruit inſpiratam poſſidere SCIENTIAM ILLAM MEDIAM , *qua libertas arbitrii contra Lutherum , & Calvinum , alioſque Sectarios* DEFENDI POSSIT . Pugnavit olim Eccleſia adverſus Pelagianos, ac Semipelagianos; adverſus Lutherum, & Calvinum pugnavit in Tridentino , pugnaverat & Auguſtinus V. Sæculo . Verum hi omnes aut aera verberarunt ; aut ſaltem *funditus evertere non potuerunt Satanicum dogma contra libertatem* ; nondum enim Eccleſiæ illuxerat ſplendentiſſimus nitor *Scientiæ mediæ* . Et hæc typis vulgare non pudet ? Annon meretur tuus Valentinus Herice audire : (*a*) *Quis non rideat? Quod neſcio, utrum vobis perſuadere poteritis ; & tamen aliis perſuadendum putaſtis* .

1003. Jam tenes I. exemplum *Inſpirationis* peractæ occultis modis . Num volueris , ut *Inſpiratio Eccleſiæ Doctoribus facta* de ſingulari Virginis prærogativa, quod ſcilicet neceſſaria omnino ſit poſt Chriſtum interventio ejuſdem , ſimilis ſit Molinianæ Inſpirationi de Scientia media ? Libentiſſime do : at, ne adſtipuleris , admoneo .

1004. Quid reponeres, cariſs. Plazza , ſi quis , a te capturus conſilium , tibi ceu animorum Rectori aperiret , quadam ſe eſſe inſpiratione perfuſum ; ſed noſſe percuperet , num Spiritus veritatis mentem illuſtraverit ſuam . Interim tamen ſimul adverteres eum ſibi nimium blandientem de habita inſpiratione , ac deliberata ſuperbia tumentem . Profecto actutum reponeres , Spiritum veritatis non eſſe ipſi locutum ; qui , cum ſit Charitas vera , dum mentem illuminat , voluntatem humilitate præſertim exornat .

1005. Audias, nunc quæſo , tuum Molinam Artificem Scientiæ mediæ ſeſe præferentem , ſeu potius cui facta eſt de ea divinitus inſpiratio ex tuo Herice . Molina , inquam , in ſua Concordia præmiſſa jam Scientiæ hujus, explicataque natura , necnon Principiis , quibus innititur ipſa , ſubdit : „ Quæ ſi data , explicataque ſemper fuiſſent , forte neque Pelagiana hæreſis fuiſſet exorta , neque ex Auguſtini opinione , concertationibuſque cum Pelagianis tot fideles fuiſſent turbati , ad Pelagianoſque defeciſſent ; facileque reliquiæ illæ Pelagianorum in Gallia , quarum in epiſtolis Proſperi , & Hilarii fit mentio , fuiſſent extinctæ . . . . Concertationes denique inter Catholicos fuiſſent compoſitæ . “ Vides , quam inofficioſus Auguſtino, quam ſuperbiuſcule, quam impudenter Auguſtino inſultet? quinimo ibidem clanculum præfert ſe cunctis ante ſe doctoribus, a quibus , ait , non eſſe *abunde redditam integram rationem conciliandi libertatem arbitrii* ; obortas lites non eſſe , ut par eſt , compoſitas ; neque facilem aditum apertum hæreticis , quo ad Eccleſiam redirent . Num proferre audebis , cariſs. Plazza , Molinianam inſpirationem a Spiritu veritatis , & Caritatis peractam? Noli igitur huic ſimilem dicere , a te commentam inſpirationem Eccleſiæ Doctoribus de ſingulari illo Virginis Matris præconio .

1006.

(*a*) Lib. 1. op. imp. n. 67.

1006. Alterum proferatur exemplum Inspirationis occultis modis peractæ. Errabat ante Episcopatum Augustinus, *putans fidem, qua in Deum credimus, non esse donum Dei, sed a nobis esse in nobis; & per illam nos impetrare Dei dona* (*a*). Errorem Revelatione dimisit, qua præstitit Deus, ut illud Pauli intelligeret (*b*) *quid habes, quod non accepisti? &c.* Augustinum audiamus (*c*): „ Ecce quare dixi superius, hoc Apostolico præcipue testi„ monio etiam me ipsum fuisse convictum, cum hac de re aliter sape„ rem; quam mihi Deus in hac quæstione solvenda, cum ad Episcopum „ Simplicianum, ut dixi, scriberem, REVELAVIT. " (*d*) Istiusmodi Revelationem ab Apostolo (*e*) Augustinus accepit (*f*). Scripserat quidem Paulus: *Et si quid aliter sapitis, hoc quoque vobis Deus revelabit.*

1007. Si a te adinventam *Inspirationem*, Augustinianæ similem monstrare potueris, certe rem perfecisti, & eris magnus Apollo. At hoc tibi infortunium, ut nequeas omnino. Ut percipias, adtende. Revelatio, de qua ex Apostolo Augustinus, specialis quædam Dei providentia est, qua humanæ menti id aperit, quod ipsam latebat. Et cum in re versamur ad fidem pertinente, vel saltem reducibili (quale est, quod est Augustino revelatum: quale est etiam illud: Num Virgini præstiterit Deus, ut necessaria post Christum sit hominum Mediatrix &c.) revelando, Deus nil aliud facit, quam aperiendo menti, quod jam in scripturis revelarat, & in Traditione. Satis aptum habemus exemplum in Augustino. Legerat ipse Apostolum: *quid habes, quod non accepisti?* At minime intellexerat, in hoc edoceri, etiam Fidem inter Dei dona computandam. Revelatione sua id egit Deus, ut, quod jam per Apostolum revelaverat, perciperet Augustinus.

1008. Et quidem res aliter se habere nequit in materia, in qua sumus, nempe ad fidem quovis modo adtinente. Admonuit nos Spiritus veritatis per eumdem Apostolum (*g*) *Prophetias nolite spernere*. En privatas Revelationes: quas quidem subito approbandas aversatur, subdens: *Omnia probate: quod bonum est, tenete.* Eorum igitur, quæ hoc pacto revelantur, quæque præsertim a divino pendent arbitrio, judicium ad amussim faciendum, docetur, solius veritatis, quæ nesciat omnino aut fallere, aut falli. Nimirum ad Sac. Scripturæ stateram sedulo ea libranda sunt, divinæque Traditionis, in quibus unice reperitur secura revelatio, & verax. Quo magis autem ad harum veritatem accesserint, aut recesserint ab ea; eo magis, minusve vera deprehendentur, aut omnino falsa. Et quidem merito; etenim non omnis Spiritus loquens, infallibiliter nobis est Spiritus veritatis, sed quandoque mendacii, & erroris. Quot fuerunt, eruntque, incauti, visionarii, phantastici, deceptores, qui aut illusi illudere, aut vere decipere sategerunt, nec cessabunt? *Ut jam non simus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum ad circumventionem erroris*, (*h*) Fideles suos præmonuit Spiritus veritatis per Apostolum Paulum. At dilucidius monitum, validiusque in Joanne habemus: *Carissimi, nolite omni Spiritui credere; sed probate Spiritus*

(*a*) De Prædest. SS. c. 3. n. 7. (*b*) 1. Corinth. 4. 7. (*c*) Ibidem c. 4. n. 8. (*d*) Vide etiam ibidem lib. 1. c. 1. (*e*) Philip. c. 3. 35. (*f*) Loc. nunc laud. n. 2. (*g*) 1. Thessal. c. 5. 20. (*h*) Ephes. 4. 14.

tus si ex Deo sint. Cur autem omni Spiritui non statim credendum, sed probandum, si ex Deo sit? Prosequitur: *quoniam multi pseudoprophetæ exierunt in mundum*. En Spiritum & mendacii, & erroris. Edocet item, qua via discernere valeamus Spiritum inter erroris, ac Veritatis: &, ut id possimus, unice, ad certo revelata a Deo, monet recurrendum: Sequitur: *In hoc cognoscitur Spiritus Dei: omnis Spiritus, qui confitetur, Jesum Christum in carne venisse, ex Deo est: & omnis Spiritus, qui solvit Jesum, ex Deo non est*.

1009. Ex his, quædam colligas, moneo. I. Privatis hisce Revelationibus nunquam Deus novam suam aliquam aperit voluntatem, quam aliquo saltem modo non revelaverit prius in Scriptura, aut Traditione. Etenim si nos, jubet, earum Spiritus ad Sanctuarii mensuram exigere, earumve veritatem metiri ex certo revelatis; debuit prius aliquo modo subobscure videlicet, & illative &c. saltem omnia revelare, quæ postea dilucide privatis inspirationibus aperit. Hoc certe modo poterunt Theologi harumce inspirationum veritatem dijudicare ad Regulam expressæ, veræque Revelationis, apto ratiocinio colligentes, aut eas huic adversari, & falsas esse: aut ex ista colligi; & pro natura adhibitæ argumentationis, aut veras absolute credere, aut probabiliter veras. II. Præcise ex privatis Revelationibus nullum vero Theologo dignum argumentum desumi valet: Etenim si harum spiritus ante probandus est ad Sanctuarii mensuram, num ex Deo sit, an non; quo pacto se solis fidem facient, quæ respectu nostri fidem non habent? III. Latissimum patet discrimen inter has privatas Revelationes, & *privatum Spiritum* Hæreticorum. Ut plura omittamus: Per hunc Spiritum ipsi veritatem dimentiuntur Scripturæ; ut plane ille sit verus Scripturarum intellectus, quem privatus eorum Spiritus affinxerit: e contrario veritas privatæ inspirationis, admissæ a nobis, e Scriptura, aut divina Traditione est necessario libranda. Insulsi illi, & impii, privato spiritu illusi, veritatem non amant ex Scriptura haurire, sed ei affingere: pii in primam veritatem Catholici ex certo revelatis privatæ revelationis metiuntur veritatem, & asserunt.

1010. Igitur, Rev. P. qui scribis, Virginis necessariam mediationem *credere, dignum est, unam ex illis Veritatibus, quas Deus occultis modis Ecclesiæ Doctoribus inspirare consuevit*; ut momentosum tibi negotium perficeres; ut dignum præferres te Societatis Theologum; ut mihi genuinum infigere posses, ac conclamare Reformatorem; argumento satis probabili monstrare debuisses, quod ex Deo sit a te asserta inspiratio, nempe quod jam a Deo revelata sit *subobscure, virtualiter &c.* in Scriptura, aut Traditione. Idipsum perficere omisisti: neque unquam potueris. Fatearis itaque, oportet, nullum tibi esse dignum vero Theologo ratiocinium, quo cognoscas in præsenti materia Dei voluntatem; quo colligas, voluisse Deum, ut quidquid boni ab eo nobis est, nonnisi Virgine interveniente habeamus. Producis quidem pro tua Opinione SS. Sophronium, Chrysologum, Bernardum, Anselmum &c. (quos infra videbis tibi adversari.) Sed quæso te, num omnibus hisce factam credis inspirationem de eo Mariæ privilegio, an primo dumtaxat? Id neque scripsisti, neque scribes. Et mirum quidem, quam tu novisti, latere potuerit occulta isthæc

isthæc inspiratio tuum Raynaudum, emunctæ naris hominem, & in Deiparam excellentis pietatis! Jam eum nosti supra (a) tibi adversarium in hac opinione, & mihi amicum.

1011. Cæterum non erat, ut confugeres ad hanc inspirationem: hoc enim scribendi modo nonnisi fucus fieri potest Visionariis, Phantasticis, vilique Popello; qui omnes jurabunt, Mariæ donatum privilegium illud, audientes, inspiratos a Deo Ecclesiæ Doctores ad affirmandum illud. Verum cordati omnes, verique Theologi in opposita opinione securi quiescent; quin ullo urgeantur timore ex speciosa voce, a te subintroducta, *Divina inspiratio*. Tuam certe in Matrem Dei pietatem laudabunt; sed miserabuntur bonitatem tuam: qui tam bonus non solum hujusmodi Revelationibus absolute credas, sed excogites, aliisve vendere satagas. Vendis, inquam, sed caro; qui enim respuunt eas; proindeque tuæ opinioni nec queant, nec velint subscribere; coguntur statim in inhospitam *Reformationis* terram a te relegari. *Cernitisne, vanum esse, quod dicitis?* (a)

CAPUT III.

Producitur quædam P. Crasset Doctrina; ut videatur aperte, quo præceps excedat pietas nostra, cum ex suo sensu dimetiri velit, quid gloriæ contulerit Deus Deiparæ Virgini.

1012. INeffabilis gloriæ supereffluens est scaturigo in Maria; & tanta, ut sub Deo nulla pura Creatura sit, quæ ipsam superare queat, aut æquare; quinimo sit longissime inferior. *Gaudia Matris habet cum Virginitatis honore:* verissima Mater Dei est, & Virgo; proinde nec similem visa est, nec habere sequentem. Quidquid gloriæ est in Maria, quidquid decoris, quidquid excellentiæ singularis, originem ducit ab hac Maternitate ineffabili. „ Felix es, sacra Virgo Maria, & omni laude dignissima; „ *Quia ex te ortus est Sol justitiæ Christus Deus noster*. “ (c) Hinc merito scripsi: (d) Nel numero de' Santi non solo entra anche la Beatiss. Vergine Madre del Signor nostro Gesù Cristo; ma con ragione essa è appellata *Regina de' Santi*; giacchè oltre all' aver superati tutti i Santi coll' eminenza delle sue Virtù, concorre in essa una sì sublime prerogativa, che al confronto suo sparisce lo splendore di ogni altro Concittadino del Cielo. L'esser ella stata eletta per Madre dell' Unigenito Figlio di Dio è un pregio di sì alta contemplazione, che le menti nostre non possono far di meno di non concepirne quella maggior venerazione, di cui ha capace una mera Creatura beneficata in sommo grado da Dio.

1013. Scripsi, & verissime: *In sommo grado beneficata da Dio*; at nostra haud-

(a) 2. Part. c. 5. (b) Lib. 1. op. imp n. 96. (c) In Officio Nativit. B. M. V. Responsorio 8. (d) Cap. 22. pag. 312.

haudquaquam intereſt, ex cerebro noſtro veſtigare excellentias Mariæ, quas Deus ipſi donare voluerit. Eccleſiæ voces audiamus: cum iſta, ut par eſt, ſed pro modulo noſtro, Deiparam poterimus commendare. Quod ſi noſtro genio, & ingenio indulgere voluerimus, Deique voluntatem juxta captum noſtrum dimetiri; in quot abrupta præcipites ibimus? Audi tuum Craſſet (a) fræna laxantem ingenio ſuo, & non obſtupere nequibis. *Non vi è titolo di onore immaginabile, che non ſia dovuto a Maria Vergine; purchè non ſia un culto divino*. En rationem invincibilem. *Ella merita un onore in qualche maniera infinito; poichè la ſua dignità è in qualche maniera infinita; e l'onore ſi miſura ſopra la qualità della perſona, che ſi onora*.

1014. Triumphos agite Viſionarii omnes, Phantaſtici, Enthuſiaſtæ, & ſi quid pejus: imaginemini, quidquid libuerit, excellentiæ de Virgine Matre: *purchè non ſia un culto divino*, ſecuri prædicate de ea, Craſſet fide jubet pro vobis. Fidenter dicite de Deipara, quod a primo ſuæ Conceptionis momento conſummata felicitate ex clara Dei viſione fuerit donata, ac quotidie corpore etiam ad plures horas in cælum evecta. Dicite, quod ſacerdotali Caractere ornata, quotidie, & pluries in die, conſecraverit. Dicite, quod, deſcendente in inferos Anima Chriſti, pariter ipſa deſcenderit; ut eriperet ſimul cum Filio antiquos Patres; & hoc pacto liberatio eorum per manus etiam fieret Mariæ, neceſſariæ poſt Chriſtum Mediatricis.

1015. Annon vides, annon ſentis, quo valeat pietas exæſtuans excedere, cum repagula frangit divinæ Revelationis, quæ ſola poteſt efferre, quod facere Deus voluerit? Cum igitur pro vindicanda Virgini Matri neceſſaria mediatione nulla tibi ſit divina Revelatio, nec quidem inſpiratio privata, quæ legitima ſit; vide, qua veritate tuam nominaveris opinionem *admodum Probabilem*. Quod id potuerit Deus velle, & fateor, & admitto: quod reapſe præſtiterit, hoc erat monſtrandum (ſaltem admodum probabiliter) ipſomet Deo revelante. Quod æternum non facies. Solus quippe Deus, qui Virginem decoravit, ſolus novit latum, & profundum gloriæ ipſius dimetiri. Solus, inquam, Deus hoc fecit, *hoc facit, non quomodo tu vis. Quis enim cognovit mentem Domini; aut quis conſiliarius ejus fuit?* (b)

CA-

(a) Tomo 2. Divozione verſo Maria V. Tract. 3. art. 2. verſus finem. (b) Lib. 2. op. imp. num. 90.

CAPUT IV.

Complanantur quorumdam auctoritates, quas Plazza opponit.

1016. IN 2. Parte cap. 5. Paræneticæ generales dedimus responsiones, quibus fecimus satis oppositionibus tuis ab Auctoritate. Ne conqueraris de me, singillatim hic referuntur, & refelluntur.

Opponis I. „ Sophronius D. Hieronymi familiaris hanc Mariæ laudem „ attribuit. (a) *Hæc est Virgo, sola post Deum, quæ nos confirmet in omni* „ *veritate, suisque commendet meritis, & precibus auxilietur*.

1017. Num, cariss. Plazza, hic primus erit felicissimus ille Ecclesiæ Doctor, cui inspiravit occultis modis Deus singulare præconium de necessaria Virginis interventione post Christum? Sed quæso te, ne tam liberaliter nomines Sophronium Ecclesiæ Doctorem. Laudata Epistola, sive Sermo, nec quidem Sophronii est, ad minus est res incerta. Sed & si esset, nihil prorsus evinceres. Annon vidisti, quod non docendo, sed optando dicat: *Sola nos confirmet*; *sola auxilietur?* Quod desideret quis, a sola Virgine adjuvari, excellens est in Virginem Pietas, a qua sola post Deum sperare velit auxilium: non est autem, ipsum edocere, quod necessaria sit Deipara post Christum mediatrix. Dixi, laud. Epistolam Auctorem Sophronium non habere cum Baronio in notis ad Martyrologium, die XIV. Augusti, quod est & aliorum, etiamve Patrum Congregationis S. Mauri, nisi memoria decipiar.

1018. Opponis II. (b) Chrysologum (c) „ Qui loquens de mirabili „ Lazari resuscitatione, pulcre observat, quod *ubi Martha confessa est* „ *Christo &c. Mittitur ad Mariam; quia sine Maria nec fugari mors pote-* „ *rat, nec vita poterat reparari. Veniat Maria, veniat materni nominis bajula;* „ *ut videat homo, Christum Virginalis uteri habitasse secretum, quatenus pro-* „ *deant ab inferis mortui, mortui exeant de sepulcris*. Superius jam audivi- „ mus ab eodem Chrysologo, tantam fuisse plenitudinem gratiæ in Ma- „ ria, *quæ largo imbre totam funderet, & infunderet creaturam*. "

1019. Et videre nequis in eodem Chrysologo verissimum intellectum? Considera ea: „ Ut videat homo, Christum Virginalis uteri habitasse se- „ cretum (adtende, cui adtribuat mortem fugare) *quatenus prodeant ab* „ *inferis mortui, mortui exeant de sepulcris*. Soli Christo adjudicat, *mortem fugare, vitam reportare*, & Matri per Filium. Profecto autem id sine Maria evenire non poterat; quia, volente Deo, ex ipsa oriturus erat *Sol justitiæ, & lux vera, quæ illuminat omnem hominem*. Unde quandiu Virgo non audiret: *Spiritus Sanctus superveniet in te*, certissime fugari mors non pote-

(a) Epistol. 10. ad Paulam, & Eustochium, seu serm. de Assumption. Beatæ Virginis, Tom. 9. Operum Sancti Hieronym. (c) Numero 13. (d) Sermone 64. de Lazaro resuscitato.

poterat per unum mediatorem Jesum, cum hic reapse non esset. Idipsum scribit Bernardus (*a*) de Virgine disserens sub nomine Aquæductus: „ Advertis jam, quam velim dicere Aquæductum; qui plenitudinem (*Christum videlicet*) fontis ipsius de corde Patris excipiens nobis edidit illum .... *Propterea tanto tempore fluenta gratiæ defuerunt* (ex ipso Christo „ manantia) *quod nec dum intercederet is tam desiderabilis Aquæductus*, " per quem Christus veniens, dona gratiæ suæ nobis ipse daret. A te oppositus in altera auctoritate Chrysologus, jam non videre nequis, quod de sola loquatur gratia personali Virgini Matri concessa: quæ certe plenissima fuit; ut totam Virginem ipsam funderet, & infunderet usque ad summum. At quid ad rem? *Vincat te potius veritas* (*b*) ut taceas omnino.

1020. Num. 14. & seq. testimonia producis SS. Germani P. Constant. Damiani, & Anselmi. Jam autem Suarium tuum audisti (*c*) hos explicantem, intelligendos videlicet esse, quod omnia per Mariæ manus obveniant nobis ratione Christi, quem genuit, juxta illud, quod canit in hymno Ecclesia de Deipara: *Quod Eva tristis abstulit, tu reddis ALMO GERMINE*; & (*d*) *Benedicta Filia tu a Domino*; *quia per te FRUCTUM VITÆ communicavimus*. Subinde caussa omnino cadis, qui momentum validius opinionis tuæ, ex horum auctoritate consarcinatum, in nihilum redactum vides a tuo *eximio Doctore*. Subinde etiam innocens hic Pritanius a Reformatione, clypeo protectus tui *eximii Doctoris*. *Cernis nempe, quod dico, quis dixerit? Cernis quidquid contra me dicis, contra quem dicas?* (*e*) Audiamus tamen.

1021. Opponis III. S. Germanum P. CP. (*f*) „ Nemo Dei cognitione „ repletus, nisi per te, o sanctissima: nemo salvus, nisi per te, o Deipara: nemo periculorum expers, nisi per te, Virgo parens: nemo redemptus, nisi per te, Dei Mater: nemo donum per misericordiam „ consecutus, nisi per te, o digna, quæ Deum caperes. "

1022. Certe in hac auctoritate triumphas. Sed gaudium vertetur in luctum. Annon vereris, non horres, ut tuum facias Germanum, facere sacrilegum? Evacuat enim Christi crucem, & unicam facit mundi Redemptricem Mariam. *Nemo salvus, nisi per te*, ait: *nemo redemptus, nisi per te*. Quid hæc? nisi solam Virginem Mundi redemptricem prædicare? Quo quid absurdius in ore Germani? Neque vales reponere, subintelligendum esse illud: *Post Christum*; ut sensus sit: *Nemo redemptus, nisi per te post Christum*. Non, inquam, potes: obvius quippe sensus verborum Germani: *Nemo redemptus, nisi per te*, unam indicat personam redimentem; Tω enim *Nisi* solam includit Virginem redimentem, cæteras omnes excludit. At cum dicis: *Nemo redemptus, nisi per te post Christum*, duas includis Personas redimentes, Christum, & Virginem. Longius itaque a mente aberras Germani. Verum si dixeris cum tuis Suario, Petavio, Raynaudo (*g*) obvium horum verborum intellectum esse: *Nemo redemptus, nisi*

(*a*) Serm. in Nativ. B. V. de Aquæductu. (*b*) Lib. 3. cont. Julianum cap. 21. n. 44. imp. (*c*) 2. Part. cap. 5. (*d*) In Offic. Assumption. Antiph. ad Laudes. (*e*) Lib. 1. op. imp. num. 66. (*f*) Serm. 2. de dormitio. Deiparæ. Tom. 13. Biblio. M. PP. (*g*) Laud. 2. Part. c. 5. sup.

nisi a te ratione Filii tui, verum protuleris; ita enim una indicatur persona redimens, nempe Christus, qui *unus est mediator Dei*, *& hominum*. Et licet exprimatur Redemptio de Virgine, verum exprimitur de ea; quia Mater est unici Redemptoris nostri; Nam ex Petavio, *quidquid utilitatis adfert fructus, id arbori acceptum refertur*. Eundem habent intellectum Germani verba, ac ea: *Ipsa conteret caput tuum*, nempe Eva, vel Virgo per Christum. (*a*)

1023. Ne arbitreris tamen, meam hanc esse expositionem: est ipsiusmet Germani ibidem supra verba, a te opposita. „ Peccatores, ait, per „ te Deum exquisierunt, & salvi facti sunt; dixeruntque & ipsi: *Nisi* „ *quia Dominus carnem de Virgine sumens*, *adjuvisset nos*, paulominus habitas„ sent in demortuorum, omnia devorante inferno, occidentes animæ no„ stræ. " Advertis, quam expresse, quam dilucide, ea omnia nobis provenire per Virginem fateatur, sed ratione Filii sui Jesu: *Nisi quia Dominus carnem de Virgine sumens adjuvisset nos &c?* Quam bene igitur in concordiam revocentur hæc duo *Nisi:* Ad Virginem dicitur: *Nisi per te;* ad Christum autem: *Nisi adjuvisset nos*. Nempe a Filio vere, proprie, ac per sese, redempti sumus; a Matre autem ratione Filii; *nam quidquid utilitatis adfert fructus, id arbori acceptum refertur*. Quod si ex fervore pietatis ibidem Germanus protulerit, quæ a sana Theologia abhorrere videntur, ut: „ Nec enim fieri potest, ut non exaudiaris; quoniam tibi ad omnia, & „ per omnia, & in omnibus, Deus tamquam veræ, & immaculatæ Ma„ tri suæ obedit. " Hæc, inquam, ad sanum intellectum revocaretur ex Suario (*a*) quod videlicet Marianæ interventionis exprimere voluerit Germanus efficacitatem.

1024. Opponis IV. (*b*) Damianum: (*c*) *Deus facit sermonem cum Angelis de restauratione eorum, de redemptione hominum* (hoc nimis dubium, cariss. Plazza, ni velis falsum; cum Patres universim asserant, soli Gabrieli, Mariæ nuntianti, Incarnationis Mysterium fuisse reseratum) *Et statim de Thesauro divinitatis Mariæ nomen evolvitur; & per ipsam, & de ipsa, & in ipsa, & cum ipsa totum hoc faciendum decernitur: ut sicut sine illo nihil factum, ita sine illa nihil refectum sit*. Et alibi (*d*) Virginem alloquens, ait: *In manibus tuis sunt thesauri miserationum Domini: & sola electa es, cui gratia tanta concedatur. Absit, ut cesset manus tua; cum occasionem quæras salvandi miseros, & misericordiam effundendi.*

1025. Hic ille Petrus Damiani est, de quo tuus Petavius (*e*) „ *Audacter ista* Petrus; sed illis consentanea, quæ Germanus Constantinopol. „ paullo a nobis adductus antea scribit: *Deum obedire Virgini* tanquam *Ma*„ *tri*. " Considera, quantum Petavio, in laudanda Virgine excedentes sint Germanus, & Damianus. Quinimo Bellarminus (*f*) inter mendacia adnumeravit Calvini dicentis: *Nos Catholicos rogare Virginem, ut Filium jubeat facere, quod petimus*. Cui reponit. *At quis nostrum hoc dicit? Cur non probat ullo exemplo?* Bellarminum certe fugerant uterque modo laudatus Sanctus. Nam Gersonius, qui in eamdem cum istis sarcinam confunditur

 a Pe-

(*a*) Vid. ibid. (*b*) Loc. sup. laud. (*c*) Num. 15. (*d*) Serm. de Annuntiat. num. 11. (*e*) Serm. de Nativit. B. Virg. (*f*) Lib. 14. de Incarn. c. 9. n. 14. (*g*) Tom. 2. lib. 1. cap. 16. de Sanct. Beatit.

a Petavio, haud quidem eadem scribit, sed particulam adhibet minuentem: „ Habet *veluti* auctoritatem, & naturale dominium ad totius mun„ di Dominum. " (*a*) Quod & facit modo laud. Bellarminus. „ Præte„ rea si Josue 10. dicitur: *Obediente Deo voci hominis*; cur non posset *ali„ quo modo* dici, Filium Dei obedire Matri, aliquid petenti? " Quinam locutus est modestius, Pritanius scribens: *Divote esagerazioni*, an Petavius, qui *audaces* nominavit, & Bellarminus, qui primo id posuit inter mendacia Calvini? Et tamen istis parcitur, Pritanio infigitur genuinum?

1026. De reliquo Damianum pro tua opinione non stetisse, certissimum reor. In Epist. 29. lib. 6. ait de Virgine: „ Optima spes est apud eam „ habere confugium, quæ scilicet inter omnes cælestis Curiæ Senatores „ *impetrandi apud Deum primum obtinet locum*. " Hæc quidem verissima sunt; maximam enim exprimunt efficacitatem mediationis in Virgine. Verum, si tuæ præivisset opinioni, scribendum ei fuisset de Deipara: *Necessaria spes est, & omnem vel unicum obtinet locum impetrandi*; etenim tu ipse ex Anselmo ais: *Ipsa non orante, nullus orabit, nullus juvabit*: cum sit post Christum necessaria mediatrix.

1027. Consideremus tamen, quæ dicit: *Et cum ipsa totum hoc faciendum decernitur; ut sicut sine illo nihil factum, ita sine illa nihil refectum sit*. Et quidem hac Matre Virgine Archangeli vocibus consentiente, Christum possidemus unicum Mundi Redemptorem. *Per ipsam* venit: *in ipsa* carnem assumpsit: *de ipsa* natus est; & *cum ipsa* mundus refectus est, quemadmodum dicit Scriptura: *Ipsa conteret caput tuum*, cum ipsa videlicet ratione filii. Eadem hic Damianus, quæ Anselmus ait: (*b*) „ Noluisse „ Deum homines sine Maria reficere; quia Maria peperit illum, per „ quem omnia sunt salvata. " Altera Damiani Auctoritas omnino tibi prætereunda erat. Enim vero nostræ redemptionis thesauri unice in Christo sunt: *In quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum secundum DIVITIAS gratiæ ejus* (*c*). Dicuntur quidem in manibus Virginis omnes divinæ misericordiæ thesauri; ut ejus efficacissima impetrandi facultas exprimatur. Etenim ipsemet Damianus sup. laud. ait: *Inter omnes Cælestis Curiæ Senatores impetrandi apud Deum primum obtinet locum*.

1028. Num. 6. profers S. Anselmum, Mariam alloquentem. (*d*) „ Te „ tacente, nullus orabit, nullus juvabit: te orante, omnes orabunt, „ omnes juvabunt. " Et: „ Ubi est nisi in Deo, & in te spes mea? „ Ergo sine te nihil pietatis est, nihilque bonitatis; quia Mater virtutis, „ & virtutum es omnium. " Tertiam addamus auctoritatem. (*e*) „ Tu „ aula universalis propitiationis, caussa generalis reconciliationis, vas, & „ templum vitæ, & salutis universorum. "

1029. Qui Anselmum opponis, haud certe considerasti, quod eum patiaris adversarium. Virginem statuis mediatricem nostram ad Filium; neque alia tibi suppetit via: ille ulterius Filium prædicat mediatorem ad Matrem. Num hæc admiseris ad litteram, aut sint admittenda, tu vide. Ad-

(*a*) Apud Petavium ibidem cap. 8. num. 5. (*b*) Vid. hic infra in Anselmo. (*c*) Apostolus ad Ephes. cap. 1. 7. (*d*) Oration. 45. 56. (*e*) Orat. 51.

Adtende ipsum (*a*) „ Quid ergo facies Peccator? quis enim te reconci-
„ liabit Filio, inimica Matre? quis tibi placabit Matrem, irato Filio?
„ Sed etsi ambo pariter offensi estis, nonne & ambo clementes estis? Fu-
„ giat ergo Reus justi Dei ad piam Matrem misericordis Dei (*en Virgi-*
„ *ginem mediatricem ad Filium*) Refugiat Reus offensæ Matris ad pium
„ filium benignæ Matris... Bone Fili, placa Matrem tuam servo tuo. "
En Filium mediatorem ad Matrem. Qui ergo Anselmum opponis ex suis orationibus, lege supra (*b*) expositam doctrinam.

1030. Age tamen: a te oppositum Anselmum consideremus. *Te orante*, ait, *omnes orabunt*, *omnes juvabunt &c.* Igitur, invocata dumtaxat Virgine, & orante pro te, hoc ipso omnes novem Angelorum chori, omnes cælestis Patriæ Cives, nequidem a te invocati, & orabunt pro te, & juvabunt! Felicissimam tibi sortem! Quis erit Fidelium, hæc sciens, qui velit Sanctos adire, & precari? Jam nemo prorsus. Breviorem viam seligentes, & efficaciorem, ad Deiparam recta pergent; subinde inutilem reputabunt, & merito, directam Invocationem Sanctorum; quam tamen Tridentinum utilem pronuntiavit. Haud quidem utilis Fidelibus erit, ut immediatos habeant Sanctos apud Deum mediatores. Id tibi repugnans est; etenim primus horum accessus est ad Virginem, hac mediante ad Christum, (*c*) Christo, & Virgine mediatoribus ad Deum Patrem. Neque etiam utilis est Invocatio Sanctorum, ut precibus suis propitiam nobis reddant Matrem Misericordiæ. Nimirum quivis, quamtumvis Peccator sit, non eget apud eam interventore. Verissimam Doctrinam, quam similiter tuam facis (*d*) ex Guilelmo Parisiensi, ut ex Bernardo: (*e*) „ Si-
„ leat, *hic ait*, misericordiam tuam, Virgo Beata, qui te invocatam, si-
„ bi unquam in necessitatibus suis meminerit defuisse. " Norunt item Fideles, te Doctore, quod sola Virgine orante, omnes Sancti & orabunt, & juvabunt. Omnes igitur, contempta saltem ceu inutili Invocatione Sanctorum, ad Virginem solam accurrent, sola contenti Invocatione ipsius. In hasce angustias redigaris, oportet, ex prava intelligentia Sanctorum, quos opponis. Neutiquam idipsum tibi est ex ignorantia (longius præ te æquitatis jura amplector.) Præjudicia sunt adversus me, quæ tenebrarum densam caliginem menti tuæ offuderunt. Id unum cordi est; ut me impugnes, expugnes, absumas: non adtendens, num Auctores, quos objicis, utiles tibi sint, an adversi; ad litteram intelligendi, an explicandi. Fors neglexisti fontes adire, contentus quibusdam eorum laciniis, quas corraseris ex libris aliorum.

1031. Age iterum, mi Pater: Adtende senem Pritanium; & vide, quam verius præ te evolvat, expliceteque *Anselmum*. Non alia ei mens fuit, quam potentiorem prædicare præ omnibus Sanctis mediationem Deiparæ. Immediate supra opposita verba ex Orat. 45. ait: „ Ideo talem
„ adjutorem requiro, qualem post Filium tuum *potiorem*, *&* *meliorem* in-
„ venire non potest mundus. Habet orbis Apostolos, Patriarchas &c. *bo-*
„ *nos*, *&* *optimos adjutores*... Tu vero Domina omnibus his adjutoribus

 „ *me-*

(*a*) Orat. 50. (*b*) Vide 2. Part. cap. 5. (*c*) Tua doctrina est 2a Part. cap. 5. n. 12. & cap. 4. num. 47. ex Bernardo, ut credis. (*d*) Ibidem cap. 6. num. 19. (*e*) Serm. 4. de Assumpt.

„ *melior*, & *excelsior* es. " Haud quidem eam nominat, ut tu, *necessariam* mediatricem, sed *potiorem*, *melioremve* cæteris Sanctis.

1032. Tertio loco oppositus Anselmus, ipsemet explicat se, quid sibi voluerit, videlicet quod præstita intelligantur ea omnia a Virgine haud quidem *immediate*, & per *sese*, sed *ratione* Filii sui Jesu. Adtende ipsum alloquentem Mariam, & sunt opposita verba: „ Tu aula universalis pro„ pitiationis, caussa generalis reconciliationis, vas, & templum vitæ, & „ salutis universorum. " Paulo infra explicat se, quo modo velit intelligi „ Tu genuisti mundo restauratorem, quo perditus indigebat: tu pe„ peristi mundo reconciliatorem, quem reus non habebat. " Vides, quod Filio tribuat generalem mundi reconciliationem. Prosequitur expressiora. „ *Per fœcunditatem tuam*, Domina, mundus peccator est justificatus, dam„ natus salvatus, exul reductus: *Partus tuus*, Domina, mundum capti„ vum redemit, ægrum sanavit, mortuum resuscitavit. Cælum, sidera, „ terra, flumina ... in amissum decus se gratulantur, Domina, per te „ quodammodo resuscitata. " At quo modo ly *Per te* intelligi velit, adtende, & tace: *Hæc tanta bona per benedictum fructum benedicti ventris benedictæ Mariæ provenerunt*. Vides, enumerata bona cui adscribat? Nempe Virgini ratione Christi.

1033. In idem recidunt, quæ infra habet: „ Qui potuit omnia de ni„ hilo facere, noluit ea violata sine Maria reficere. Deus igitur est Pa„ ter rerum creatarum, Maria Mater rerum recreatarum: Deus est Pater „ constitutionis omnium, & Maria est Mater restitutionis omnium. " Subinde explicat, quid sibi voluerit. „ Deus enim genuit illum, per „ quem omnia sunt facta: & Maria peperit illum, PER QUEM OMNIA „ SUNT SALVATA: Deus genuit illum, sine quo penitus nihil „ est; & Maria peperit illum, *sine quo nihil bene est*. " Cum itaque Virgini tribuit, quod *sine ea nihil refectum sit*, *nihilque sit bonitatis*; id credat, oportet, ut idipsum conveniat Deiparæ ratione Filii; de quo verissime dicit: *Sine quo nihil salvatum est*, *nihil bene est*.

1034. Opposueras item Anselmum (*a*) Mariam deprecantem. „ O fœ„ mina mirabiliter singularis, & singulariter mirabilis, per quam elemen„ ta renovantur, inferna remediantur, Dæmones conculcantur, homines „ salvantur, Angeli redintegrantur. O fœmina plena, & super plena gra„ tia, de cujus plenitudinis redundantia respersa sic reviresciit omnis „ creatura. "

1035. Jam audisti (*b*) quo modo per Virginem renovata sint elementa ex Anselmo; quo ad reliqua ipsum accipe supra modo opposita verba immediate loquentem. „ Sed cur solum loquor, Domina, beneficiis tuis „ plenum esse mundum? Inferna penetrant, cælos superant. Per plenitu„ dinem enim gratiæ tuæ & quæ in inferno (*limbo Patrum*) erant, se „ lætantur liberata, & quæ supra mundum sunt, se gaudent restaurata. " Quo modo id factum sit, videlicet ratione sui Filii, aperit. „ *Per eumdem quippe gloriosum Filium gloriosæ Virginitatis tuæ omnes justi, qui obierunt ante ejus vitalem mortem, exultant diruptione captivitatis suæ: Et Angeli gratulan-*

(*a*) 2. Part. c. 4. n. 41. (*b*) Sup. n. 1032.

tulantur restitutione semirutæ Civitatis suæ. En vere tribuit Christo, quod Matri tribuerat, nempe liberationem Patrum ex Limbo, & cælestis Patriæ restaurationem. Unde, cum hæc Mariæ adscribat, de ea intelligi vult ratione sui Filii Jesu. Hoc pacto mens investigatur Auctorum. Igitur, *quantum erraveris*, *puto satis me demonstrasse*. (*a*)

CAPUT V.

S. Bernardi mens aperitur.

1036. IN hoc uno præsertim triumphas, cariss. Plazza. Verum, si ut par est, Bernardum legisses, tacuisses certe. Vide, quanti intersit fontes adire. Resolutissime loquor: quidquid ex eo opponis; quidquid æternum opposueris, prorsus se offerunt intelligenda ex ipsomet de Deipara ratione Filii, aut de ejus interventione utiliori nobis, & efficaciori præ ea cæterorum Sanctorum. Macte animo: profer Bernardum; quinimo & alia proferam ipse adversus me.

1037. Opponis I. (*b*) *Nihil nos Deus habere voluit*, *quod per manus Mariæ non transiret*. Quid dilucidius, quid expressius pro tua opinione?

1038. Profecto, cariss. Plazza, quid verius potuit a Bernardo exprimi, quod Fide tenemus? Nimirum sola Virgo Mater est Hominis Dei, Redemptoris omnium: per ipsam solam Christum habemus, qui solus est nobis *via*, *veritas*, *vita*, *salus*, *resurrectio*, & omne bonum. Verissimum igitur, quod *nihil nos Deus habere voluit*, *quod per manus Mariæ non transiret*. Audi ipsum (*c*) „Tres mixturas fecit omnipotens illa Majestas in assum„ptione nostræ carnis... Conjuncta quippe sunt ad invicem Deus, & homo: „Mater & Virgo: Fides & cor humanum. (*d*) In prima vide *quid*, in se„cunda *per quid*, in tertia *propter quid* Deus dederit tibi. Dedit tibi Christum: „per Mariam: propter sanitatem." En ex Bernardo per Mariam habemus Christum, & ab isto sanitatem. Cum igitur ait, omnia nobis per manus Mariæ transire, videlicet sanitatem &c. *Per Mariam* intelligit *ratione Filii*, qui solus *sanat omnes infirmitates* nostras. Item audi eumdem: „In prima mixtura remedium est; quia ex Deo, & Homine Cataplasma „(*Christus videlicet*) confectum est, quod sanaret omnes infirmitates „tuas. Confusæ sunt autem, & commixtæ hæ duæ species in utero Vir„ginis.... Sancto Spiritu.... illas suaviter commiscente. Sed quia indi„gnus eras, cui donaretur (*Christus*) datum est Mariæ, ut per illam „acciperes, quidquid haberes; quæ per hoc, quod Mater est, genuit „tibi Deum." Audis? Indignus eras, cui donaretur Christus. Noli desperare: datum est, per Mariam recipere, quidquid habes, nempe Christum, in quo omnia habentur. Ex his liquet, quid intellexerit, cum ait: *Nihil nos Deus habere voluit*, *quod per Mariæ manus non transiret*: & etiam

(*a*) Lib. 3. cont. Julian. cap. 24. num. 55. (*b*) Serm. 3. de Vigilia Nativit. Domini num. 10. (*c*) Num. 7. (*d*) Num. 10.

etiam illud (*a*) *quia sic est voluntas ejus*, *qui totum nos habere voluit per Mariam*. In sequentibus hæc dilucidius percipies.

1039. Opponis II. (*b*) Bernardum : „ Altius intuemini, *ait*, quanto „ devotionis affectu a nobis eam voluerit honorari, qui totius boni ple- „ nitudinem posuit in Maria : ut proinde si quid spei in nobis est, si „ quid gratiæ, si quid salutis, ab ea noverimus redundare ... Tolle cor- „ pus hoc solare, quod illuminat mundum, ubi dies? Tolle Mariam, „ hanc maris stellam, maris utique magni, & spatiosi, quid nisi caligo „ involvens, & umbra mortis, & densissimæ tenebræ relinquuntur? To- „ tis ergo medullis cordium, totis præcordiorum affectibus, & votis om- „ nibus, Mariam hanc veneremur; quia sic est voluntas ejus, qui totum „ nos habere voluit per Mariam: hæc, inquam, voluntas ejus est, sed „ pro nobis. In omnibus siquidem, & per omnia providens miseris, tre- „ pidationem nostram solatur, fidem excitat, spem roborat, diffidentiam „ abigit, eregit pusillanimitatem. “

1040. Si Aquæductus nomine Virginem appellat Bernardus, malum tibi omen, carifs. P. signum quippe est evidentissimum, quod vehementes, quas objicis, locutiones ejus, de Aquæductu proferat quidem, sed nonnisi ratione aquæ fluentis; de Maria, inquam, sed dumtaxat ratione Filii sui, per eam venientis ad nos; ut pluries dictum est. Et quidem Aquæductus haud aqua est per ipsum fluens, sed, quo fluit, locus; ut subinde, si ipsi adscribatur madefacere, non per sese id conveniat ei, sed dumtaxat ratione aquæ fluentis ex ipso. Virgo mater Aquæductus Bernardo est. At cujus aquæ? Haud, inquam, nomine aquæ omnes gratias sensit, quas per manus Mariæ reciperemus; sed eam aquam sensit, de qua ibidem (*c*): „ Nimirum supra Angelos hauriat (*Virgo*) necesse est, „ quam *refundat* hominibus *aquam vivam*. “ Hausit supra Angelos Christum, quem nobis pariendo refudit. Et: (*d*) „ Quis vero *fons vitæ*, nisi „ *Christus Dominus*? . . . Derivatus est fons usque ad nos... Descendit per „ Aquæductum *vena illa cælestis*, non tamen fontis exhibens copiam, sed „ stillicidia gratiæ arentibus cordibus nostris infundens, aliis quidem plus „ aliis minus. “ Item Aquæductus, Maria est, qui „ plenitudinem fon- „ tis ipsius de corde Patris excipiens, nobis *edidit illum*. “ Vides, quam constanter retineat proprietatem Aquæductus in Virgine; & sub nomine aquæ Christum semper intelligat?

1041. Consideremus modo expressiones, quas habet in hoc sermone Bernardus; quæque, quia a sedibus suis avulsæ, tibi suffragari clarissime apparent; neque omnes opponis; sed alias plures, tibi liberalis, produco. I. „ Nimirum proinde tanto tempore humano generi fluenta gratiæ de- „ fuerunt; quod nondum intercederet is, de quo loquimur, tam desiderabilis Aquæductus. “ (*e*) Optime Bernardus hæc loquitur. Cum in Dei prædestinatione esset, ut nonnisi per Mariam ceu Aquæductum ad nos manaret *Fons vitæ*, & *vena cælestis* Christus Jesus : quamdiu hic Aquæductus non fuit, *humano generi fluenta gratiæ defuerunt*, videlicet ipse Redemptor.

II.

(*a*) Serm. de Aquæduct. num. 7. (*b*) Ibidem. (*c*) Numero 9. (*d*) Num. 3. (*e*) Numero 5.

II. „ Deus redempturus humanum genus, pretium universum contulit „ in Mariam. “ (*a*) Et quidem verissime; quia soli Virgini conlatus Homodeus, qui solus nostræ salutis *pretium est universum*, de quo (*b*) Apostolus: *Empti estis pretio magno*. Et ipse Bernardus (*c*) *Benedictum fructum ventris Mariæ mundi pretium* nominat.

III. „ Qui Deus totius boni plenitudinem posuit in Maria. “ (*c*) Et jam dixerat: (*d*) „ Plenus equidem Aquæductus; ut accipiant cæteri de „ plenitudine, sed non plenitudinem ipsam. “ Et id etiam verissimum. Soli quippe Virgini concessum est, ut ipsam caperet Plenitudinem Christum. Vin scire, quid sit Bernardo *Plenitudo* isthæc? Ea, de qua Joannes Baptista: (*e*) *Et de Plenitudine ejus nos omnes accepimus*. Et Bernardus post verba nunc objecta statim ait: „ Advertistis jam, quem velim dicere „ Aquæductum, qui *Plenitudinem* fontis ipsius, *de corde Patris* excipiens, „ nobis *edidit illam*. “ Plenitudinem fontis ex corde Patris haustam, & a Deipara editam, jam nosti, Redemptorem esse. Expressiora exigis? Attende. „ Sane ipsa sese *Plenitudo exinanivit*; ut fieret nobis *justitia*, *&* „ *sanctificatio*, *&* *remissio*, “ secundum ea Apostoli (*f*) de Christo: *Qui factus est nobis sapientia a Deo*, *&* *justitia*, *&* *sanctificatio*, *&* *redemptio*. Existimabas per ea: *Totius boni plenitudinem posuit in Maria*, aperte significari, quod omnia per Mariæ manus consequamur, videlicet per plenitudinem necessariæ interventionis suæ. Non ita. Plenitudinis nomine Jesum intellexit Redemptorem, ut vidisti: quam plenitudinem Virgo *accepit cum cæteris*, *sed differentius a cæteris*, (*g*) Accepit totam; cum Deum hominem concepit; cæteri autem hujusce Plenitudinis *gratiæ stillicidia recipiunt*. (*h*)

IV. Jam tenes, quid sibi Bernardus voluerit per ea, quæ subtexit: „ Totius boni plenitudinem posuit in Maria; ut proinde si quid spei in „ nobis est, si quid gratiæ, si quid salutis, ab ea noverimus redunda„ re. “ Porro autem, si plenitudinis nomine signatur Jesus, ex Virgine certe redundat, sed ratione Filii, *si quid spei in nobis est*, *si quid gratiæ*, *si quid salutis*. Et non ipse redundat Aquæductus, sed aqua per ipsum. *Descendit per Aquæductum vena illa cælestis*. Inquit Bernardus. (*i*) Ut intelligas, quidquid spei, gratiæ, salutis in nobis est, ex Virgine in nos redundare, ex qua Christum habemus unicam absolute spem nostram. Neque enim ea *absolute* prolata: *Si quid spei in nobis est &c.* puræ creaturæ congruunt, sed Homini Deo dumtaxat, qui *unus est mediator Dei*, *&* *hominum homo Christus Jesus*. Vides certe, quid fuerit *Redundare &c.* Bernardo.

V. Ex his ea complanantur facillime: „ Tolle Mariam hanc maris stel„ lam, quid nisi caligo involvens, & umbra mortis, ac densissimæ tene„ bræ relinquuntur? “ Et quidem si Mariam tollas Genitricem Redemptoris, neque ipsa erit *lux vera* Christus, *quæ illuminat omnem hominem*; neque ille erit, *in quo est salus*, *vita*, & *resurrectio nostra*. At certe hoc pacto quid, nisi caligo involvens, & umbra mortis?

VI.

(*a*) Num. 6. (*b*) 1. Cor. 6. 20. (*c*) Serm. 3. in Vig. Nativ. Dom. n. 10. (*d*) Num. 3. (*e*) Joan. 1. 16. (*f*) 1. Corinth. 1. 30. (*g*) Bernard. hom. 3. super *Missus est* num. 5. (*h*) Vid. sup. n. 2040. (*i*) Num. 3.

VI. Prosequitur Bernardus, quemve opponis: „ In omnibus siquidem, „ & per omnia providens miseris, trepidationem nostram solatur, fidem „ excitat, spem roborat &c. " Hæc, inquam, si ex persona Virginis credis asserta, bona pace deciperis. Profert ea Bernardus de Deo, non de Virgine. De Deo dixerat: *Sic est voluntas ejus, qui totum nos habere voluit per Mariam. Hæc, inquam, voluntas ejus est, sed pro nobis.* Monstrat subinde, quo modo id voluerit Deus pro nobis, & ait: *In omnibus siquidem Deus, & per omnia providens miseris, trepidationem nostram solatur &c.* Prosequitur etiam post hæc de Deo: *Ad Deum verebaris accedere... Jesum tibi dedit mediatorem &c.* Quamquam etsi ea de Virgine protulisset Bernardus (quod absolute falsum reputo) jam audisti nil aliud illi esse, nisi utiliorem, præ cæteris Sanctis, Mariæ interventionem prædicare: sicuti plura in eo sunt, quæ hac ratione se offerunt explicanda.

1042. Verum nullibi magis peccasti, quam cum tribuisti Bernardo sensum impium æque, & acatholicum. Id quidem inopiæ doctrinæ tuæ minime deferendum puto; sed præjudiciis, scrupulisque actus absumendi Pritanium, quascumque in aliis legisti lacinias Bernardi, nulla consideratione adhibita, in tuum hoc Opus transtulisti. Non ita imposterum, R. P. non ita: In rebus saltem magni momenti, SS. Patrum testimonia efferendo, deseruntur rivuli plerumque turbidi, fontes ipsi adeuntur: leguntur, releguntur, & iterum: antecedentia librantur, & subsequentia; subinde speratur legitimus intellectus eorum. Si hoc te modo gessisses, opinionem hanc tuam alto tumulasses silentio; validius enim momentum, quo credis suffulciri, ab auctoritate est Sanctorum, quos certe advocare præterisses. Hactenus habes, qua veritate eos laudasti: adtende insuper. Cap. 6. sequenti n. 7. scribis: „ Mariam quoque Patres sanctissimi *totam rationem spei nostræ, maximam, & unicam fiduciam* compellare non dubitarunt. " Absit, mi P. absit. Sed *rogo te; dic jam quæso, quo modo intelligendum sit* (*a*) quod Bernardo affingis? Si ipsi Deipara fuit *maxima fiducia*, Christus quid fuit? Aut æqualis saltem, aut minor; etenim supra *maximum* nil amplius est. Si Bernardo fuit Maria *tota ratio spei suæ*; Nihil itaque ipsi fuit spei suæ in Christum; qui enim totum posuit in Matrem, nihil habuit, quod in Filium reponeret. Et isthæc Bernardo affingere non vereris, Patri sanctissimo æque ac sapientissimo, quæ & horret Idiota fidelis? Sed audi Bernardum, inquies, ea aperte scribentem: (*b*) „ Filioli, hæc Peccatorum scala: *hæc mea maxima fiducia est, hæc tota ratio* „ *spei meæ.* " Quid expressius? Sed tibi, cariss. P. non item Bernardo. Tibi per ea: *Hæc scala &c.* sola Virgo signatur, haud quidem Bernardo, qui in ea scala Christum principalius & nominat, & intelligit; proindeque fideliter prorsus, & vere protulit: *Hæc scala Peccatorum, hæc mea &c.* Christus videlicet & Maria. Sensit hoc tuus Crasset, qui serena fronte Bernardum legit: omnis sentiet, qui eodem modo Bernardum in ipso legerit: „ Questo gran Santo era sì penetrato dal suo amore (Virginis „ Matris) e dalla sua Divozione, che non teme chiamarla *unitamente* „ *col suo Figliuolo* sua *unica* speranza, *scala* de' Peccatori, sua *grandissima* con-

(*a*) Lib. 2. op. imp. n. 37. (*b*) In eodem Serm. de Aquæductu num. 7.

„ confidenza, e *tutto il fondo* di sua speranza. " In margine scribit a te opposita verba: *Filioli, hæc Peccatorum scala &c.*

1043. Sed fontem adeamus. Audi Bernardum, quo pacto, ut in spem erigat, alloquatur Peccatorem. „ Ad Patrem verebaris accedere... Jesum „ tibi dedit mediatorem. Quid non apud talem Patrem Filius talis obti- „ neat? Exauditur utique pro reverentia sua: Pater enim diligit Filium. „ An vero trepidas & ad ipsum (Filium)? ... Advocatum habere vis „ & ad ipsum? Ad Mariam recurre... Nec dubius dixerim: exaudietur „ & ipsa pro reverentia sua. (*adtende scalam*) Exaudiet utique Matrem „ Filius, & exaudiet Filium Pater. Filioli, hæc scala Peccatorum. " Nempe ad Filium per Matrem, ad Patrem per Filium cordis gradibus ascendere. Hæc mea maxima fiducia, & tota ratio spei meæ, Filius videlicet Homodeus, & mater Deipara. Et ut omnino videas, Bernardum indivisim habere sermonem de Jesu, & Maria, sequitur: *Quid enim? Potestne Filius aut repellere Matrem, aut sustinere repulsam* (*a*) a Patre? *Non audire Matrem, aut non audiri Filius potest* a Patre? *Neutrum plane.* (*b*) *In magnas coarctaris angustias. Vincat te potius veritas.*

1044. Opponere item potes Bernardum de Virgine proferentem (*c*) „ Ecce si vir cecidit per fœminam (Evam) jam non erigitur nisi per „ fœminam (Mariam) " Et in fine numeri hanc nominat: *Parentum reparatricem, Posterorum Vivificatricem.* Displicet tuo Canisio (*d*) istiusmodi expressio: *Posterorum vivificatrix.* Eam tamen optime appellat Bernardus: at oportet ipsum in ipso legere. Adversus Evam profert Adami querelam: *Mulier, quam dedisti mihi, dedit mihi de ligno, & comedi.* (*e*) Prosequitur: „ Propterea curre Eva ad Mariam, ipsa Matris opprobrium au- „ ferat... Redditur nempe fœmina pro fœmina..... (Maria pro Eva) „ quæ pro ligno mortis gustum tibi porrigat vitæ, & pro venenoso cibo „ illo amaritudinis *dulcedinem pariat fructus æterni.* Muta ergo iniquæ ex- „ cusationis verbum in vocem gratiarum actionis, & dic: Domine, mu- „ lier, quam dedisti mihi, *dedit* mihi *de ligno vitæ*, & comedi: & dulce „ factum est super mel ori meo; quia IN IPSO VIVIFICASTI ME. " Inspice, introspice, quid sibi Bernardus voluerit, Mariam dicens *Posterorum vivificatricem, ac reparatricem parentum*; & quod *homo nonnisi per fœminam erigatur.* Quia nimirum Virgo SS. *Dulcedinem peperit fructus æterni*, Christum: quia dedit *de ligno vitæ*: quia *in ipso vivificasti me.* Non ait: *In ipsa*, sed *in ipso*; ut caperemus omnes, Mariam quidem vivificatricem, sed *per Filium*, qui est benedictus fructus ventris ejus, qui unus est salus, vita, & resurrectio nostra.

1045. Dicitur item Deipara *Inventrix gratiæ.* Nil mirum: dixerat prius Gabriel apud Evangelistam: (*f*) *Invenisti gratiam.* Audiamus Bernar. (*g*) „ Invenisti, quod quærebas: invenisti, quod nemo ante te potuit inve- „ nire: invenisti gratiam apud Deum. Quam gratiam? Dei & hominum „ pacem, mortis destructionem, vitæ reparationem. " Quæ, ut numero

(*a*) *Repulsa* hic nomen est substantivum. (*b*) Lib. 3. contr. Julianum cap. 21. numero 14. (*c*) Homil. 2 de laudibus Virgin. super Missus est num. 3. (*d*) Quem profers cap. 1. num. 10. hujus 2. partis. (*e*) Genes. 3. 12. (*f*) Luc. 1. vers. 30. (*g*) Homil. 3. super Missus est num. 10.

superiori vidimus, per Mariam ratione Filii habita sunt. Sequitur. „ Hæc „ est gratia, quam invenisti apud Deum. Et hoc signum: *Ecce concipies*, „ *& paries Filium*, *& vocabis nomen ejus Jesum*. Intellige prudens Virgo „ ex nomine *Filii promissi*, quantam, & quam specialem gratiam inve- „ neris apud Deum: *Et vocabis*, ait, *nomen ejus Jesum*... *Ipse enim sal-* „ *vum faciet populum suum a peccatis eorum*. " Ex Bernardo igitur gratia, quam Virgo invenit, ex nomine Filii sui Jesu cognoscitur, nempe Jesus *Salvator* est. Salutem itaque invenit hominum, ex quo in ipsa Salvator incarnatus est mundi. Quæ salus, cum a solo Jesu habeatur, Virgo, si optas, Salvatrix dici valet, sed nonnisi ratione Filii, unici Redemptoris nostri.

1046. Expressiora pro tua opinione selegi ex Bernardo: & ex ipsomet complanata sunt. Jam experiris adversarium, quem credebas amicum. Quin etiam quotquot ex eo proferri possunt testimonia, (innumera enim sunt) ex jam consideratis plane, vereque explicanda se offerunt. Et moneo, S. Patrem eodem loco, ubi exaggerare videtur, pene rem per sanum sui intellectum aperire; ut nihil aliud expediat, quam ipsum in ipsomet legere. Apologiam pro eo lubentissime scripsi. Plures enim sunt, qui quædam ex ipso testimonia legentes, a suis locis avulsa, exaggerantem ad minus reputarunt: & merito: id enim præ se ferunt nude expositæ ipsius locutiones. Verum sanæ sunt, si cum antecedentibus, ac consequentibus in Bernardo legeris. Tui eruditissimi Raynaudi sustine monitionem. (*a*) „ Aliqui ut Deiparam Patrum vocibus celebrent, qua- „ si non satis apud eos suppeteret verorum, & quidem insignium B. Vir- „ ginis titulorum, affingunt ementitos, sive quod apud Patres nullum sit „ eorum vestigium; sive quod *distorta* Patrum sententia tituli alio plane „ pertinentes adscribantur Deiparæ ex Patrum mente. Est qui SS. Ire- „ næo, Damasc. Hildeph. hoc Virginis elogiolum referat: *Lapis abscis-* „ *sus absque manibus*. Is, si SS. hos *Patres consuluisset*, *nec de rivis*, *sed de* „ *fonte hausisset*, citra ullam ambiguitatem perspexisset, eum titulum apud „ prædictos Patres, non in B. Virginem, sed in Christum ex ea absque „ virili opera progenitum cadere. "

CAPUT V.

De mente agitur Sancti Bernardini Senensis.

1047. ET ipse plurima dicit, ut Bernardus, de Virgine Matre, *sed ratione Christi*. I. (*b*) „ Secundo, stella illuminat... Sic etiam „ B. Virgo... Quarto, stella vivificat ... propter hoc etiam Maria stella „ est. Siquidem mors regnavit ab Adam secundum Apostolum Rom. 5. Ve-

(*a*) Observat. 3. ad Nomenclatorem. (*b*) Sermon. de glorios. nomine Mariæ cap. I. art. 1.

„ Veniente autem hac ſtella, omnia mortua vitæ ſunt reſtituta. “ Num immediate per Virginem, an ratione Chriſti? Adtende. „ Quippe ipſa „ eſt lignum vitæ *proferens benedictum Fructum*, Geneſ. 2. *de quo* (*non de* „ *qua*) guſtans, mortem non guſtabit in æternum; quin immo in æter- „ num vivet, ut dicitur Joan. 6. Ipſa eſt, quæ *protulit panem vitæ Jeſum* „ *Chriſtum*. “

II. Ibidem in fine: „ Hæc mundi Domina, ac Regina Eccleſiam mili- „ tantem tanquam inferiorem orbem Eccleſiæ triumphanti tanquam ſupe- „ riori orbi *reconciliavit: pacem* iis, qui prope, & *pacem* iis, qui longe, „ id eſt Eccleſiæ triumphanti, & militanti *annuntiavit*. Profecto ipſa eſt „ *arcus fœderis ſempiterni*, poſitus in nubibus cæli, ut non interficiatur „ omnis caro, Geneſ.9. “ (*at quo modo hæc peracta dicit a Virgine?*) „ Nam „ ipſa nobis *illum genuit*, *qui fecit utraque unum*, faciens pacem, ut re- „ conciliet ambos in uno corpore, Epheſ. 2. “

III. „ Reſpectus Mariæ ſemper eſt ſuper mundum per *æterni ſplendoris*, „ ſcilicet *Filii ſui illuſtrationem*, & per conſequens per caloris Spiritus „ Sancti communicationem. Quippe ipſa eſt via, *per quam ſpargitur lux*, „ *& dividitur æſtus ſuper terram*; Job 38. *Lux* enim *æterna* eſt ſuper tenebro- „ ſum mundum *per ipſam* ſparſa, id eſt manifeſtata. “ Quid lux æterna, niſi Chriſtus? quæ ſparſa eſt per Mariam ſuper tenebroſum mundum, Chri- ſtum pariendo. Quando ergo profert Bernardinus, quod ſtella ſit Virgo, quæ illuminat mundum, intelligi vult, quod illuminet ratione *lucis æter- næ*, Chriſti.

IV. „ Ipſa domat dæmonum manus, & poteſtates. Proinde Geneſ. 3. „ *Myſtice* dæmoni dictum eſt: *Ipſa conteret caput tuum*. Sicut enim ſerpens „ vicit humanum genus mediante peccato Evæ inclinantis Adam ad ve- „ titum cibum, conſummatio vero fuit in eſu Adæ: ſic per meritum „ Virginis inclinantis ad ſe Deum, ut aſſumeret carnem noſtram, *in-* „ *choata* eſt conculcatio Satanæ, & reparatio noſtra, & *per Deum incar-* „ *natum* conſummata eſt. “ (*a*) Quid Tò *Myſtice*? Quod non ipſa per ſeſe, ſed *per Filium* caput contereret tartarei ſerpentis.

1048. Ex his quam bene complanabis, quæ ſequuntur, & conſimilia. (*b*) „ Primo dominatur ſervis, id eſt, ad Dominum de novo converſis: „ & in hoc eſt quaſi Aurora conſurgens, effugans atque expellens ab eis „ omnes tenebras præteritæ culpæ, & afferens lucem gratificantis gra- „ tiæ. “ Jam enim modo in III. audiſti, quænam ſit lux, qua Virgo illuminat, nempe *Lux æterna*, Chriſtus, per ipſam ſparſa ſuper tenebro- ſum mundum. Quod ſi hic intelligere velis præpotentem Mariæ interven- tionem, bene eſt; ſed qua parte neceſſariam expiſceris, non eſt. Item & ea: „ Omnes enim naturas, & mundi perfectiones ultima ſua perfe- „ ctione Virgo ſacra complevit. Deus quidem licet in mundi creatione „ nihil produxerit imperfectum; ſed omnia perfecta, ſicut eorum exige- „ bat natura: tamen ultimæ perfectionis conſummatio uſque *ad Partum* „ Virginis dilata eſt, & ſoli Virgini reſervata..... (*videlicet ratione ſui Partus*) „ Et breviter omnes creaturæ appetebant unum quoddam opti-

 „ mum

(*a*) Serm. 3. de glorioſ. nomine Mariæ a. 2. c. 2. (*b*) Ibid. a. 3. c. 4.

„ mum purum creatum. His sic existentibus imperfectis, provisum est
„ mundo de una fœmina super omnibus benedicta. " Adtende, quo modo perfectionis consummatio tribuatur Deiparæ. „ *Quæ unico suo Partu*
„ omnibus generibus rerum summam, & ultimam perfectionem *adduxit*.
„ Adverte diligens anima, quod hæc benedicta Puella tantam perfectio-
„ nem attulit universo, quod ulterioris perfectionis non est capax: nec
„ Deus potest ordinaria potestate ipsum perficere ulteriori perfectione.
„ Imo si ipse Pater, vel Spiritus Sanctus de fœmina nasceretur, nihil ac-
„ cresceret orbi; quia quidquid divinitatis, & quidquid æternitatis est,
„ totum in orbe diffusum est & productum per Virginem (*nota*) in illo
„ æterno supposito, quod generavit Beatiss. Virgo. " Quam constanter plurima de Virgine prædicat, sed ratione semper Filii sui benedicti. Sed adverte simul, quanti intersit verba referre ex ipsismet Auctoribus, & ut par est, minime autem ex Exscriptoribus; quorum plures vel memoria fallente, vel imperitia, ac præjudiciis, aut quovis alio, dum nuda quædam proferunt, Auctoribus ipsis tribuunt quandoque impia, vel saltem falsa: quid si quis Bernardinum proferret jejune scribentem: „ Virgo
„ tantam perfectionem attulit universo, quod ulterioris perfectionis non
„ est capax: nec Deus potest ordinaria potestate ipsum perficere ulteriori
„ perfectione? " Possetne tolerari? Et tamen isthæc in Bernardino sanctissima sunt, verissima sunt ex antecedentibus, & consequentibus. Etenim nequit Deus absolute aliquid intensive perfectius universo præstare, ex suppositione, quod in hoc includatur Verbum incarnatum; repugnat nimirum aliquid Deo perfectius: & idcirco Theologi fatentur, quod ex creatis perfectionibus, simul & increata, unum Deo melius non exurgat. Merito igitur Bernardinus subdit: „ Si Pater, vel Spiritus Sanctus de
„ fœmina nasceretur, nihil accresceret orbi; " quia per incarnati Verbi perfectionem infinitam jam totam haberet orbis, quam posset ab incarnato Patre recipere, vel Spiritu Sancto. Et reapse Bernardinus sequitur:
„ Quia quidquid divinitatis, quidquid æternitatis est, totum in orbe dif-
„ fusum est, & productum per Virginem in illo æterno supposito. "

1049. Age, mi P. Profer Bernardinum, sed integrum, non mutilum. En ipsum: „ A tempore, quo Virgo Mater concepit in utero Verbum
„ Dei, quamdam (ut ita dicam) jurisdictionem, seu auctoritatem ob-
„ tinuit in omni Spiritus Sancti processione temporali: ita quod nul-
„ la creatura aliquam a Deo obtinuit gratiam, vel virtutem, nisi secun-
„ dum ipsius piæ Matris dispensationem. " Cujus rei in fine hanc addit ulteriorem rationem: „ Et quia talis est Mater Filii Dei, qui producit
„ Spiritum Sanctum: ideo omnia dona, virtutes, & gratiæ ipsius Spiri-
„ tus Sancti, quibus vult, quando vult, quomodo vult, & quantum
„ vult, per manus ipsius administrantur. "

1050. Rev. P. mutilum profers; neque id te, reor, peregisse, ut lectoribus tuis imponeres; sed quia transcripsisti ex aliis, vel cursim legendo non advertisti. Adjunge prioribus verbis hæc: „ Unde iste est or-
„ do divinarum gratiarum defluxus, ut prius a Deo defluant in Christi
„ animam benedictam, deinde in animam Virginis Matris, inde in Se-
„ raphim, & sic successive in alios sanctos ordines Angelorum, (*atque*

„ *Sanctorum*, quod addit (*a*) [demum in Ecclesiam militantem. " Si isthæc considerasses, tacuisses certe Bernardinum: jam quippe advertis, nihil omnino tibi suffragari. Adtende. I. *De dispensatione* loquitur gratiarum, & *administratione*, neutiquam vero de *impetratione*, de qua solum quæstio est. Vis scire, quo modo se habere queat hujusmodi dispensatio? Petat quis a Principe beneficium, quod liberalis iste se solo velit tribuere: nequidem vero ex sese rescriptum dat favorabile, sed Filio committit, ut precanti subdito largiatur. Certe Filius nullo pacto intercessit: ipsi tamen committitur dispensatio beneficii. Vide, quid intersit inter dispensationem, ac mediationem? II. Si pro te laudas Bernardinum, quod scripserit]: *Nulla gratia ad nos descendit, nisi per manus B. Virginis dispensetur &c.* fatearis oportet, quod nulla gratia descendat ad nos, nisi precantibus Seraphimis, cæteris Angelorum ordinibus, etiamve Sanctis. Etenim per hos omnes, ait ille, a Deo per Christum veniunt. Hæc certe æternum non admiseris; hoc siquidem pacto singulare Virginis præconium de necessaria interventione commune facies nedum Angelis; sed & Sanctis. III. Quid ait Bernardinus? *Quandam, ut sic dicam, jurisdictionem.* Quid voluit sibi, cum particulam diminuentem expressit: *Ut sic dicam?* Nempe voluit intelligi per hyperbolem locutum: vere tamen exprimere voluisse efficacissimam Virginis mediationem. Sic cum dicitur: (*b*) *Ita ut in errorem inducantur* (*si fieri potest*) *etiam electi*: particula illa exprimitur: *Si fieri potest*, ad signandam Antichristianæ persecutionis atrocitatem, non autem quod possint ullo unquam tempore pertrahi Electi in errorem finalem. Cæterum quid quæris in Concionatore, nisi, ut dicitur, conceptus prædicabiles, quibus ille satis abundat? Jam autem nosti, quod in concionibus expressa non semper apta sunt, quibus Theologica asserta queant suffulciri. (*b*)

1051. Ni mea me conjectura decipiat, Bernardinum, reor, a te oppositum, ad Scholæ doctrinam respexisse de *Illuminatione Angelorum*; ut quemadmodum *illuminatio*, *quæ dependet a principio, quod est Deus, solum per superiores Angelos ad inferiores deducitur*: (*d*) ita ille hunc ordinem ad dona transtulerit, quæ nobis ex Christi meritis veniunt.

1052. Obiter hic advertisse juvat, efferri pro tua opinione: (*e*) *In Christo fuit plenitudo gratiæ sicut in capite influente: in Maria sicut in collo transfundente*. At Bernardinus (*f*) explicat de *dispensatione* gratiarum, haudquaquam de *impetratione*.

1053. Alios non moror, quos opponis: omni prorsus difficultate carent. Non S. Thomam proferentem de Virgine illud: (*g*) *In me omnis spes vitæ, & virtutis*. Ubi enim nosti ex accomodatitio sensu Scripturæ pro Virgine celebranda, aut quovis Sancto, efficax argumentum desumi posse Theologicæ quæstioni comprobandæ? Lege Raynaudum. (*h*) Auctor Speculi B. Mariæ Virginis, & Gersonius ajunt quidem, omnia no-

[illegible]

bis

(*a*) Serm. 4. de gloriof. nom. B. M. V. art. 3. cap. 2. (*b*) Matth. cap. 24. verf. 24. (*c*) Releg. sup. in cap. V. Part. 2. tertium Monitum. (*d*) S. Thom. 1. part. quæst. 107. art. 2. (*e*) Ex Serm. de Assumpt. inter Opera Hieron. adscripto ab uno Erasmo ex Cave S. Sophronio. (*f*) In duobus locis sup. hic laud. (*g*) Eccli. cap. 24. 25. (*h*) Observ. ad Nomenclatorem.

bis per Mariæ manus venire, ſed juxta ſenſum Bernardi, in quem ſe retrahunt: *Teſtante Bernardo*. Accepiſti jam, quænam fuerit Bernardo mens. Raymundus Jordanus profert conſimilia; ſed addit minuentem particulam: *Quodammodo auſim dicere*, qua velit intelligi, ea non abſolute proferre de Virgine, ſed per hyperbolem.

1054. Vides, quo tua evaſit opinio, *admodum probabilis?* Nec a Ratione, neque ab Auctoritate momenta habet, quibus gravis eſſe queat. Num ipſi contraire erit, impiam reformationem moliri in laudanda Virgine? Num *genuinum frangere* erit in eo Virginis præconio? Impoſterum cautiorem te præbeas, moneo, in impingendo dicam præſertim Sapientiſſimis Viris. Serio perpende mea, quam dilucida, quam plana; &, ut reor, ad amuſſim expoſita veræ Theologiæ. Merito igitur *non eſt*, *unde te munias adverſus impetum veritatis, quo cum tuis Machinis in clariſſima luce proſterneris*. (a)

APPENDIX II.

Parva quædam velitatio adverſus alterum Pritanii Cenſorem.

1055. IN manus venit Libellus LE GLORIE DI MARIA (b) in quo Auctor decertat litem adverſus Pritanium, vindicans Deiparæ Virgini neceſſariam pro nobis mediationem apud Deum. Quæ ſcribit, diſcutienda minime ſunt, de quibus ſat ſuperque in Parænetica, ac in ſuperiori Appendice adverſus Plazzam. Quædam unice vellicabo, & levi manu; & idipſum faciam, ut qualemcumque viam aperiam mihi ad tantillum caſtigandam ejus Theologiam Moralem ob multam, nimiamque benignitatem, quæ certe, ipſomet Judice, nauſeantiſſima eſt, ut videbitur.

1056. Ait igitur (c) „ Ma il punto, che quì intendiamo di provare, „ è, che l' interceſſione di Maria ſia ben anche neceſſaria per la noſtra „ ſalute: neceſſaria diciamo non già *aſſolutamente*, ma *moralmente*, come „ ſi deve. “ *Moraliter neceſſarium* eſt id, ſine quo res haberi quidem poteſt, ſed difficile (de quo nihil Pritanius.) Igitur, eo Auctore, abſque Mariæ interventu aliqua poſſumus obtinere. II. „ Queſta propoſizione, „ cioè che *quanto di bene noi riceviamo dal Signore, tutto ci viene per mez-* „ *zo di Maria*, non molto piace ad un certo Autor moderno (*Pritanio*) „ il quale per altro, ſebben parla con molta pietà e dottrina della vera „ e falſa divozione ec. “ Moneo, Rev. Dom. elogium iſtud quantocius cures delendum: Si legerit P. Plazza, te ſaltem *reductive* inter Fautores adnu-

(a) Lib. 6. oper. imperfect. num 30. (b) Opera del R. P. D. Alfonſo di Ligorio, Rettor maggiore della Congregazione del Santiſſimo Redentore. (c) Tom. 1. cap. 5. §. 1.

adnumerabit eorum, qui hæreticis favent. Etenim commendas ex eo Libello Pritanium, qui, ipso judice, fautor prædicatur hæreticorum. III. „ Dice il mentovato Autore, che una tal proposizione ... è una *Iperbole*, „ ed una *esagerazione*, caduta di bocca dal fervore di alcuni Santi. " Memoria labitur. Audiat Pritanium (*a*) Noi udiamo talvolta dire, ch' *essa comandi in Cielo*. Sobriamente si ha da intendere questa ed altre simili espressioni, che *cadute di bocca al fervor divoto di alcuni Santi* ... (videlicet SS. Germani, ac Petri Damiani) La Chiesa dobbiamo ascoltare, e non già le *Iperboli* di qualche privato Autore, ancorchè Santo. Non itaque de eo Virginis præconio, quod cuncta nobis per manus obveniant ipsius, hæc scribit Pritanius; sed quod ipsa in cælo imperet Filio suo. IV. „ E questo poi è quel sentimento, in cui ci confermano tanti Teo„ logi (*pene nullus*) e Santi Padri (*nemo prorsus*) i quali, non è giusto „ il dire, come dice l' Autor suddetto, che per esaltar Maria abbiano „ dette *Iperboli*; e siano loro cadute di bocca *esagerazioni eccedenti*. Fallitur item memoria; nullibi enim Pritanius in suo Libello protulit, SS. Patres *hyperboles* dixisse, aut *exaggerationes excedentes* in extollenda Virgine. Pritanius audiatur: (*b*) Però *esagerazioni divote* sarebbono quelle di chi pretendesse passare per Maria tutte le divine beneficenze. Non hic nominat Pritanius aut Sanctos, aut SS. Patres. Scripserat hic quidem supra: E non già le iperboli di qualche Santo. Sed, Domine R. latissimum in Ecclesia discrimen est inter Sanctos, & SS. Patres quo ad doctrinam: maxima hi in ea pollent auctoritate, non item illi, qui nequidem Patrum nomine decorantur. V. „ L' esagerare, e 'l proferire iperboli, è ec„ cedere da i limiti del vero; il che non conviene dire de' Santi, che han „ parlato collo Spirito di Dio, che è Spirito di verità. " Absit, Dom. R. absit, quod hyperbolice loqui ex se sit mentiri. Quot SS. Patres hoc pacto, encomiastes dum agunt, mentirentur: quotiens & Spiritus veritatis (absit blasphemia) protulisset in Scripturis mendacia? Accipe unum ex Joannis Evang. (*c*) in quo hæc de Christo loquitur: *Sunt autem etiam alia multa, quæ fecit Jesus: quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros*. Super hæc Augustinus (*d*) „ *Salva rerum fide*, plerumque verba excedere videntur fidem, „ quod non fit, quando aliquid, quod erat obscurum, vel dubium, caus„ sa vel ratione reddita exponitur; sed quando id, quod apertum est, „ vel augetur, vel extenuatur, *non tamen a tramite significandæ veritatis* „ *erratur*; quoniam sic verba rem, quæ indicatur, excedunt, ut *voluntas* „ *loquentis, nec fallentis appareat*, qui novit, quousque credatur, a quo „ ultra quam credendum est, vel minuitur credendo aliquid, vel auge„ tur. Hunc loquendi modum... magistri *hyperbolem* vocant; qui modus, „ sicut hoc loco, ita in nonnullis aliis invenitur: " VI. Quod ais, Domine Re. „ Il che non conviene dire de' Santi, che han parlato collo „ Spirito di Dio, il quale è Spirito di verità. " Velle videris intelligi, quod nullum in SS. Patribus reperiatur mendacium, aut falsa doctrina. Et quidem de deliberato verissimum reor. At quod nullum ex indeliberatione

(*a*) Cap. 22. pag. 316. (*b*) Ibidem pag. 318. (*c*) Cap. 21. 25. (*d*) Tract. ultimo.

tione, aut ex ignorantia humanæ menti, ex originali implantata, protulerint, Hagiographorum (Sac. Scriptorum) dumtaxat privilegium est, quorum Spiritus Sanctus & manum regebat, & mentem; ut ne in minimo quoque a veritatis tramite aberrarent. Cæterum SS. Patres, excepto eo, de quo Melchior Canus (*a*) ceu homines scripserunt: in quibus tamen Sanctitatis meritum, ut verius obscura enodarent, auxiliabatur; sed non idcirco ab omni falsitatis labe evadebant alieni. Annon S. Cyprianus dogma de rebaptizandis hæreticis acerbius adversus Rom. Pontificem fovit? Annon S. Augustinus fuit ante Episcopatum Semipelagianus? Et ipsemet S. Thomas, alioqui modestissimus, de Chrysostomo scripsit: (*b*) *In his verbis Chrysostomus excessit*. Actum jam omnino esset de illustri scola Scotistarum; nimirum ei nefas esset, S. Thomæ opinionibus contraire; qui, utpote Sanctus, omnia vera scripsisset.

VII. Prosequeris: „ E quì mi si permetta fare una breve digressione „ con dire un mio sentimento, ed è, che quando una sentenza è in „ qualche modo onorevole alla S. Vergine, ed ha qualche fondamento, „ e non ripugna nè alla Fede, nè agli decreti della Chiesa, nè alla verità; il non tenerla, e'l contradirla a cagione, che la sentenza con„ traria anche può esser vera, dinota poca divozione alla Madre di Dio. „ Nel numero di questi poco divoti non voglio esser io, nè vorrei ve„ dere il mio Lettore; ma più presto nel numero di coloro, che tutto „ ciò, che senza errore si può credere delle grandezze di Maria, tutto „ piamente e fermamente lo credono.

1057. Si veritate nitantur, quæ ais Domine R. quot Sanctorum, quotve vere in Virginem Pios, ad numerum amandaveris *de' poco Divoti della Madre di Dio!* S. Thomas (*c*): Maria *non habuit usum liberi arbitrii, adhuc in ventre Matris existens*. Nullus certe error, id proferre de Virgine, quod videtur Ambrosius Baptistæ tribuisse. Admittit quidem Suarius (*d*) Deiparæ hujusmodi usum in primo Conceptionis momento: sed num perseveraverit, *utrumque probabile*. Inquirit pariter Suarius, (*e*) num anima SS. Virginis *cum perfectione Adæ, aut Evæ conferre possit?* Reponit: *In hoc certum aliquid definiri non potest*. Raynaudus (*f*) expresse præconium illud Virgini Matri abjudicat, quod omnia per manus ejus obveniant. Num omnes hi, pluresve alii, etiam erunt *nel numero de' poco Divoti di Maria?*

Cæterum restrictiones, quas adhibes, nec tibi prosunt, & obsunt quammaxime. „ E non ripugna, *ais*, nè alla Fede, nè agli decreti della „ Chiesa. " Fidei scitum est, cui nostra superstruitur Redemptio: *Omnes in Adam peccasse*. Ab hac tamen generalissima lege Mariam eximere, nec Fidei repugnat, & piissime tenent Fideles. Itaque aut illud præconium omnino dele, aut sup. laud. Crasset subscribe. „ Non vi è titolo „ di onore immaginabile, che non sia dovuto a Maria, purchè non sia „ un culto divino. "

1058. Laudo pietatem tuam, qua scribis, erga Virginem Matrem. At maxi-

(*a*) Lib. 7. cap. 3. (*b*) 3. p. q. 27. art. 4. ad 3. (*c*) 3. part. q. 27. art. 3. (*d*) Tom. 2. in 4. part. disputat. 4. quæst. 27. art. 6. sect. 7. (*e*) Ibidem art. 1. sect. 2. (*f*) Sup. num. 520.

maximam ingerit admirationem tua censura rigidissima: „ Quando una „ sentenza è in qualche modo onorevole (*ut supra*) alla S. Vergine.... „ il non tenerla, e'l contradirla.... *dinota poca divozione alla Madre di* „ *Dio. Nel numero di questi poco Divoti non voglio esser io, nè veder il mio* „ *Lettore!* " Quid rei est hoc, inquiebam; ut tam vehemens in Pritanium sit, & in alios, in ea re, in qua impune licet errare, videlicet, num admittendum sit Virgini Matri supra memoratum præconium; qui in Theologia morum, in qua de summa rerum agitur, de vitandis sceleribus, adeo dulcis, benignusve sit, ut omnem superet benignitatem? Adnotationes tuas in Busembaum (*a*) tantillum evolvi; sed tanta earum dulcedine usque ad nauseam affectus, celerius dimisi. Dolebam certe, ac doleo, tantam operam in Busembaum posuisse te, tuæ Congregationis Alumnos, ut ais, eruditurum; quasi quod in Ecclesia deessent saniores morum Theologiæ, quibus formarentur aptius Juvenes illi; ut Evangelici Operarii in sacris Missionibus mores componerent Fidelium ad stateram Sanctuarii. Verum quod magis doleo, cum veræ Pietatis cultor habearis; exinde cælo delapsæ opiniones tuæ existimabuntur; & ab omni procul formidine securius amplectentur ob solam pii Doctoris auctoritatem. Audivi quidem, reapse Neapoli esse, qui Adnotationibus tuis utroque pollice subscribat, & exequatur. Quæ certissime spongia egent, non magna, sed maxima. Quod vera proferam, tua humilitas fide jubet. Anno 1753. iteratis typis daturus memoratas Adnotationes, præmittis: *Elenchum Quæstionum, quas R. P. D. Alphonsus de Ligorio, auctor Theologiæ moralis, cui Titulus*: Adnotationes in Busembaum, *in secunda Editione, rebus ad seduliorem trutinam revocatis, reformavit*. Deo gratias. In Elencho 58. Quæstiones sunt, quas revocas: at quot plures debueras! Et quasdam istarum quas revocasti, satius omnino fecisses, si non reformasses. Te igitur iterum sincero, demissoque corde veneror, & quamplurimum: sed ne serpat, & latior divagetur laxa doctrina in animorum perniciem, ex tua auctoritate nocentior, tantulæ digressioni indulgens, unam, alteramve Adnotationem excutiam; ut ex his, qui humilitate polles, cæteras non te pigeat ad incudem revocare, & ad saniores Magistros, ad Sac. Scripturam, ad sac. Canones, ad SS. Patres, qui, te judice (*b*) *Han parlato collo Spirito di Dio, che è Spirito di verità*: ad graves Theologos, (graves, inquam, doctrina, ac pietate, non mole voluminum) præ cæteris ad S. Thomam &c.

1059. En primam Adnotationem. „ Si quis *doctus* nollet recedere a „ sua opinione, quæ saltem haberet aliquam *existimatam* probabilitatem, „ *qualiscumque* illa sit. Tunc enim, si Pœnitens tenet illam ut probabi- „ lem, Confessarius, quamvis putet *improbabilissimam*, tenetur eum *absol-* „ *vere*, semper ac illa opinio non sit omnino improbabilis ex evidentia „ rationum, aut ex prohibitione Ecclesiæ. "

1060. Ne digrediamur prolixius: Tua isthæc Propositio, Dom. Rev. eadem prorsus est cum proscripta ab Innocentio XI. (*c*) „ Generatim, „ dum probabilitate sive intrinseca, sive extrinseca, quantumvis tenui,

 „ mo-

(*a*) Editas Neapoli an. 1748. (*b*) Lib. 1. Tract. 1. cap. 2. de consc. dubia dub. 2. col. 2.
(*c*) Quæ est tertia.

„ modo a probabilitatis finibus non exeatur, confisi aliquid agimus, sem-
„ per prudenter agimus. " Isti tuam comparemus, ut penitus apertam videas convenientiam; proindeque utramque Romano cælo fulguritam. I. Exigit isthæc Propositio probabilitatem sive intrinsecam, sive extrinsecam, & quantumvis tenuem: Exigit tua probabilitatem, *qualiscumque* sit. Sit igitur intrinseca, aut extrinseca; sit tenuis, quinimo & tenuissima. Exigit prima, ne a Probabilitatis finibus exeatur: Exigit tua, ne opinio sit omnino improbabilis ex evidentia rationum, aut ex prohibitione Ecclesiæ; secus exiret a finibus probabilitatis. Igitur utraque Propositio eadem; subinde ambæ proscriptæ.

1061. En alteram tuam opinionem (*a*) *An Maritus possit occidere eum, qui vult cum sua uxore adulterari? In primo libro* (prioris Editionis) *colum.* 239. Verbo: *Dicendum* 2. *id absolute negatum est. Sed in hoc* (novæ Editionis) *hoc non reprobatur; Si vir ante factum occidat, ne adulterium eveniat. Vide lib.* 3. *n.* 391. *Verb. quando.* In nupera autem Editione hæc scribis: *Dicendum* 2. *fas esse pariter occidere invasorem pudicitiæ.... Si vero fœmina sit tibi consanguinitate valde propinqua, dicunt Lessius, Sporer &c. Quod possis, etiam fœmina ad copulam consentiente, ejus invasorem occidere; si aliter tuam infamiam vitare nequeas. Hæc autem intelligenda ante factum; nam in ipso facto, vel post, non licet certe occidere. Ut patet ex* 19. *Proposit. damnata ab Alex. VII.* Oh! Dom. Rev. quam Deo acceptius priorem opinionem confirmasses. Annon vides, hanc de Adulteri occisione opinionem eamdem penitus esse cum XVIII. ab eodem Sum. Pontifice confixa? En eam: „ *Licet interficere* falsum accusatorem, falsos testes, *ac etiam Judi-*
„ *cem*, a quo iniqua certo imminet sententia, *si alia via non potest inno-*
„ *cens damnum vitare.* " (*b*) Non est ovum ovo similius, quam huic sit tua opinio. Adtende comparationem. Injustam sententiam Judicis necessario sequitur damnum: quod si nequeat aliter vitari ab Innocente, licet Judicem interimere; & quidem ante prolatam sententiam: ob id enim occiditur, ut *imminens* injusta sententia impediatur. Consimili prorsus ratione sequitur adulterium infamia (en damnum certo imminens.) Ais, quod liceat occidere adulterum, ne adulterium eveniat, videlicet antequam eveniat; si aliter infamiam tuam vitare nequeas. Igitur ambæ proscriptæ. Ex minimo hoc specimine (ad quod data opera digressus sum) serio perpende, quo excesseris in tua morum Theologia, quæ his deformandis certissime apta est, non rite dirigendis. Evolve saniores Auctores, tuisve Alumnis instilla purioris Theologiæ principia. Si Roma tacet, tuas *Adnotationes* ignorans, tu auctoritate, qua polles, qui Præsul es, absoluto æternoque præcepto prohibe eis, ut imposterum tuam hanc Theologiam abjiciant procul a corde, a manibus, etiam a Cella.

1062. Unum perfugium est, in quod retrahere valeas te: nempe si dixeris, supra memoratas Theses (omnesque alias) ab Alexandro VII. confixas, haudquaquam damnatas esse, tuas proinde esse ab omni censura immunes. Etenim Sum. Pontifex, eas proscribendo, non dixit: *Visum est*

(*a*) Elencho, in quo revocis asserta quædam. Vid. sup. n. 1055. (*b*) Vid. etiam Thesim 30. ab Innoc. XI. damnatam.

est Spiritui Sancto, & nobis Theses has reprobare, quæ verba necessaria penitus sunt, ut solemnis damnatio suum sortiatur effectum. Idipsum, scio, æternum non facies. Verum id ex industria positum est; ut occasionem caperem commentum nescio cujus exsufflandi, incredibile quidem, alioqui etiam impugnatione indignissimum. Sed faciam propter Pusillos.

Levis velitatio cum Auctore Supplementi ad R. P. Claudii La Croix S. J. Theologiam moralem. (*a*)

1063. Suppetias laturus Probabilismo suo larvatus Auctor, quem nimis videt nutantem, præfidentia incredibili, hæc typis vulgare non erubescit. „ Age jam, sanctissimum de Probabilistis Ecclesiæ judicium consi„ deremus. Romanos Pontifices, quibus pascendas oves suas tradidit „ Christus, quis credat, eo seu vecordiæ, seu imprudentiæ, seu nequi„ tiæ devenisse, ut tantum virus a Christianarum ovium pascuis avelle„ re negligant, aut etiam nolint; nisi optime intelligerent, nihil om„ nino a Probabilistarum doctrina timendum? Profecto, quidquid gar„ riant aliqui Antiprobabilistæ, PROBABILISMUM IIS SALTEM FI„ NIBUS CONCLUSUM, QUOS IPSI STATUERUNT JESUITARUM „ PRIMORES, nunquam improbarunt Pontifices. QUANDONAM DI„ XERE HI: *VISUM EST SPIRITUI SANCTO, ET NOBIS*, in con„ cursu duarum Opinionum vere Probabilium probabiliorem sententiam „ sequendam esse, uti Merenda, & Fagnanus docuere; atque adeo eam „ semper amplectendam, quæ adversus libertatem legi favet, ac tutior „ est, ut Paschalis, Vendrochius, Natalis Alexander censuit? NISI ITA „ DISERTIS VERBIS STATUANT PONTIFICES, INANIBUS DE„ CLAMATIONIBUS AERA VERBERABUNT ANTIPROBABILISTÆ. „ Quid porro ab hac sancienda Lege prohibet Pontifices? Parebunt, pa„ rebunt Probabilistæ; neque Tutioristarum exemplo abripi sese patien„ tur, ut in Pontificum Bullas Libellos edant maledicentiæ, & audaciæ „ plenos. " *Mira sunt, quæ dicis: nova sunt, quæ dicis: falsa sunt, quæ dicis. Mira stupemus; nova cavemus; falsa convincimus* (*b*), sed digrediendo brevissime.

1064. Prælibanda quædam sunt, & I. quid sibi volunt Tua: *Nisi disertis verbis: visum est Spiritui Sancto, & nobis, statuant Pontifices, inanibus declamationibus aera verberabunt Antiprobabilistæ?* Nempe quod nulla prorsus damnatio tetigerit Probabilismum; si in eo damnando ea non adhibita sint: *Visum est Spiritui S. & nobis*; ut merito, per te, aera verberarent Antiprobabilistæ ipsum prædicando damnatum; cum reapse minime damnatus esset. Itaque similiter aera verberabunt Rom. Pontifices, si in damnando Probabilismo, ea non adhibuerint: *Visum est &c.*

1065. II. Estne privilegium soli Probabilismo concessum, ut proscribi nequeat, nisi efferant *disertis verbis*, Rom. Pontifices: *Visum est &c.* aut

 ipsis

(*a*) Ann. 1750. Tract. 5. de Casuistis, deque eorum usu in Morali Theol. c. 3. pag. 55.
(*b*) Lib. 3. cont. Jul. c. 3. n. 9.

ipsis est necessaria formula adhibenda in damnatione cujusvis erroris? Si eligas primum: jam vides, sibilis te excipiendum esse, & cachinnis; cum nullum unquam efferre valueris hujusce Privilegii monimentum legitimum. Igitur in proscriptione cujusvis erroris est Rom. Pontificibus servanda formula: *Visum est &c.*

1066. III. Et Rom. Pontifices ex cathedra definientes, & legitima generalia Concilia infallibili potestate donantur in proscribendis erroribus, sive adversus Fidem, sive sint contra mores. Quæso nunc, cariss. Par. quod nequeant proscribi errores, saltem Probabilismus, nisi efferantur ea: *Visum est &c.* estne limitatio solis Rom. Pontificibus facta, an etiam Conciliis ipsis? Si primum eligas, a te expectamus momentum hujusce limitationis solis Pontificibus factæ. Si omnes pares dixeris in hujusmodi limitatione; itaque, si etiam legitimum generale Concilium configeret Probabilismum, quin proferret: *visum est &c.* etiam tunc aera verberarent Antiprobabilistæ? Num hoc vorare potueris, tu vide.

1067. Dic modo sodes: quod Rom. Pontifices in damnando Probabilismo *disertis verbis* teneantur asserere: *Visum est &c.* ex quo colligis, unde scis? Tacent Scriptura, Traditio, Concilia, SS. Patres. Quinimo decem & octo sæcula pene fluxerunt, quibus plurima generalia Concilia celebrata sunt; plures fuerunt Summi Pontifices, a quibus innumeri proscripti sunt errores, quin nullibi legantur ea *diserta verba*: *visum est Spiritui S. & nobis*, nisi in solo primo Concilio Hierosolymitano. Igitur isthæc formula, Rom. Pontificibus adhibenda, solius cerebri tui commentum est. Et oh! excogitarine potest incredibilior audacia; ut unus homo, isque Catholicus, subinde Rom. Pontificis subditus, isque Sacerdos in sanctissima Societate Jesu; ut unus, inquam, homo Rom. Pontificibus scribere legem audeat; quam nisi servaverint, aera verberabunt, nihil prorsus efficient? Aera igitur verberarunt (reliquis omissis) Urbanus VIII. Innoc. X. Alexand. VII. Innoc. XII. Clemens XI. proscribentes famosas Theses Jansenii; ea nimirum minime adhibuerunt: *Visum est &c.* Age nunc, colloquamur secreto. Jansenianas Theses credis ab omni censura immunes, an hæreticas, ut par est? Si primum in corde teneas; fac, ut libet: at noli efferre aut scripto, aut voce: certe conclamaberis hæreticus. Verum saltem insusurra quibusdam tuis Concellitis, ut imposterum cessent Jansenistas nominare etiam innoxios Auctores, Dic eis secreto: Aera verberamus, cariss. Fratres; haud quippe laudati Summi Pontifices adversus Jansenium protulerunt: *Visum est &c.* Si autem hujusmodi Theses acatholicas credis. Quid rei est hoc, ut nequeat Probabilismus, queat Jansenismus damnari, illis non prolatis: *Visum est &c?* Quid item rei est hoc? Cum alienis domibus incendium admovere niteris; cum alios, inquam, aggrederis expugnandos, Romana fulmina non desinis evibrare, etsi *disertis illis verbis* non sint formata: cum vero in domo tua times incendium, cum Probabilismum damnari formidas, nullum dicis Romanum fulmen, nisi illis compactum sit: *visum est Spiritui S. & nobis?* An scripta a te Lex Rom. Pontificibus, servanda ex tuo arbitrio erit; videlicet, ubi placet tibi; omittenda, ubi displicet? Novum certe legem ferendi modum! quis unquam crederet, ab

ab uno Jesuita ultra fas vindicatum Jansenium! Irruet in te ex tua hac Lege redivivus Jansenius: Aera verberatis, quotquot estis rigidissimi Antijansenistæ: mea asserta acatholica minime sunt; non enim dixerunt Sum. Pontifices, ea damnantes: *Visum est &c.* Eadem possent reponere Bajus, Quesnellus, Lutherus adversus Leonem X. quinimo & cuncti Hæretici, quorum errores in generalibus Conciliis confixi sunt. Possent, inquam reponere, sua asserta haudquaquam damnata esse *disertis verbis*: *visum est &c.* quod tamen debuissent præstare; etenim hæc prolata sunt in Hierosolymitano Concilio; quod, utpote primum, & ab Apostolis factum, norma videtur esse, & regula subsequentium. *Certe non diceres; si tibi daretur nosse, quid diceres.* (a)

1068. Hanc doctrinam scripsisse, quid aliud est, nisi classico advocare Fideles ad rebellionem a Rom. Pontifice? Indicitur quippe eis, tunc parendum ipsi, cum, errores proscribens, *disertis verbis* dixerit: *Visum est &c.* Verum, cum a Christo usque adhuc nemo prorsus ea protulerit, neque ullus unquam prolaturus sit (ut ex antecedentibus conjicere licet) docentur hoc pacto Fideles, nunquam in casu Rom. Pontificibus parendum esse. Hinc revoces, quæso, speciosissima illa tua: *Parebunt, parebunt Probabilistæ*. Revoca, inquam; id minime ex tua doctrina colligitur, sed oppositum. Igitur *exclama, exclama, quantum potes: adde exclamationibus tuis*, (b) *Non parebunt, non parebunt Probabilistæ*. Parebunt quidem, te Auctore, cum proferet Rom. Pontifex: *Visum est &c.* At hæc numquam dixerunt, neque in more habent. Igitur Probabilistæ, ex te, in animi firmissima dispositione sunt, ut obsequantur nunquam tot scitis præcedentium Sum. Pontificum, quibus innumeri confixi sunt errores: neque unquam parebunt, si laudati Pontifices nunquam adhibenda judicaverint: *Visum est &c. Inde enim connexa sunt ista sequentia.* [c]

1069. Multo minus parebunt, semperque rebelles erunt damnationibus a Sac. Congregatione venientibus, quibus plurimæ proscriptæ sunt, & proscribentur Theses, morum Theologiam adtinentes. Nimirum nequit Sac. Congregatio damnando dicere: *Visum est Spiritui S. & nobis*: hoc quippe solis Sum. Pontificibus reservatur, ac generalibus Conciliis. Supersedete igitur, Purpurati Principes; quinimo penitus cessate a tot laboribus; ut consulentes Fidelibus innoxias secernatis a doctrinis lethalibus. Vobis non parebunt Probabilistæ, non parebunt, ex novo Canone memorati Auctoris. Si neque Sum. Pontificibus parendum decernitur, nisi *disertis verbis* dixerint: *Visum est &c.* quanto magis neque obsequentur vobis, qui ista proferre nequitis? Scripserat quidam Gallus, decreta vestra in Gallias usque non pervenire: en Supplementi Auctor Italus, amantissimus novi moris, Italis indicit, Gallorum mores adoptandos. Vos certe debebitis tanto Auctori parere. Etenim si facultatem præsefert Sum. Pontificibus legem scribendi, quanto amplius vobis? *Res mirabiles dicit* (d) *& quidem magnus mirabiliarius*. (e)

1070.

(a) Lib. 4. oper. imperfect. numero 103. (b) Lib. 4. oper. imperfect. numero 106.
(c) Lib. 6. contr. Julianum cap. 4. numero 10. (d) Lib. 4. oper. imperfect. numero 65.
(e) Lib. 5. num. 9.

1070. Audiamus iterum te: „ Profecto quidquid garriant loquaces „ aliqui Antiprobabilistæ (*Imo tu desine vana garrire* (*a*)) PROBABI- „ LISMUM , IIS SALTEM FINIBUS CONCLUSUM , QUOS IPSI „ STATUERUNT JESUITARUM PRIMORES , NUMQUAM IM- „ PROBARUNT PONTIFICES . " Adde , adde : & *Improbabunt numquam* . Felicissimam sortem Probabilismi ! Sed non omnis ; illius dumtaxat , quem vallarunt , circumvallarunt , *concluserunt* Jesuitarum primores ; talibusve circumstrinxerunt munimentis validissimis , ut Vaticana fulmina adversus eum fumea sint . Huc igitur adeste Litterarii Regni cives omnes: si arriserit unquam Probabilismo nomen dare ; nullibi dabitur verum invenire : adite Societatis primores : hic dumtaxat tutissimum est Probabilismi imperium ; & adeo , ut imposterum Incolæ ipsius *Probabilistæ* minime nominandi sint, sed *Tutioristæ* , ob tantam videlicet securitatem, qua a Primoribus illis conclusum asseritur Regnum Probabilismi . *Quære*, *quibus possis has fabulas vendere* . (*b*)

1071. Quid hoc , Rever. Pat. ? Plures ex tuis ad cælum usque voces efferendo conqueruntur , quod Jesuitis appingatur Probabilismus , quem tamen & plurimi ex Tuis , & inter Primores certissime , cane pejus & angue oderunt : & tu nedum affingis , sed Primores facis Restauratores saltem , ac Reformatores ; qui videlicet male consarcinatum ab aliis Probabilismum taliter intra veritatis cancellos soli concluserunt , *ut numquam ipsum improbarint Pontifices* ? Sed age , ut placet ; qui omnia potes ; quod solis Primoribus tuis data sit clavis sani Probabilismi , unde probas ? Tam singularis Privilegii profer authentica monimenta . *Videsne*, *quam multum loquaris*, *nesciens*, *quid loquaris* ? (*c*) *Tace*, *obsecro*, *vanæ sunt definitiones tuæ* . (*d*) Profecto autem cordati Homines adversus me commovebuntur ; & merito , quod temporis jacturam fecerim carpendo breviter hæc tua . Sat penitus erat , tua exscripsisse ; ut ab omnibus aut risu exciperreris , aut commiseratione . Serio adtende illud Augustini : *verba prius ad limam , postea ad linguam* ; multoque amplius cum ad Typographiam usque progrederis.

APPEN-

(*a*) Lib. 3. oper. imperf. num. 162. (*b*) Lib. 3. oper. imperf. num. 53. (*c*) Ibidem num. 55.

APPENDIX ALTERA.

Scrupuli excutiuntur *Alethophili Sacerdotis* adversus Cap. VIII. *della Regolata Divozione*, ubi de Theologica Virtute Spei tractat Pritanius.

1. JAm sub prælo est *Parænetica*; cum insperato veniunt in manus folia quædam nescio cujus *Alethophili* (*a*), in quibus crudelius, quam Plazza, debacchatur ipse adversus Cap. VIII. *della Regolata Divozione*. Crudelius, inquam, cum in sua Præfatiuncula Pritanium veneretur „ come Autore meritamente accreditato per la moltitudine delle sue Opere di vario genere, e per la bontà della vita, “ itemque fateatur, pluries ab se Pritanium defensum. Ea folia percurrendo exhorresco, hominem videns præferentem se *Alethophilum*, idest *Dilectorem Veritatis*, tam longius potuisse a semita Veritatis excurrere! Nulla mora, calamum adhibeo, si forte queat a scrupulis suis ad sanitatem revocari: calamum, inquam, sed properantem; ne protrahatur diutius editio Paræneticæ.

2. Verum enim vero, quantum certo licet conjicere, id solum in caussa potissimum est bilem Alethophilo incendendi adversus Pritanium, quod eum credat Molinianam Gratiam adoptare. Ita sit (de quo nolo funem ducere contentionis.) Num proscriptam ab Ecclesia opinionem sectatur Pritanius? Si tantum audeat Alethophilus, damnet prius totam Societatis Jesu Scholam, aliorumve; dein Pritanium exagitet: & si maluerit, in Pelagii, aut Semipelagianorum revocet classem. Tantum ipsi audere reor impossibile. Quousque igitur in Catholicorum Scholis impune propugnabitur Gratia indifferens, seu versatilis, nullo jure traducendus erit Pritanius, quemadmodum impetit Alethophilus eum. Verum ille in sua *Regolata Divozione* neque Molinianum præ se fert, neque anti-Molinianum. Effert dumtaxat, quæ Fide credenda sunt, nempe cælestis Adjutorii necessitatem ad quodvis Opus salutare, liberi Arbitrii cooperationem necessariam, juxta illud Apostoli: *Non ego, sed Gratia Dei mecum &c.* Cæterum cujus naturæ hæc Gratia sit, neque indicat, neque ad rem erat. Num expediebat in erudiendis Idiotis in sana Devotione, obscurissimas immiscere de Natura Gratiæ quæstiones? Apage hominem falso *Alethophilum*, qui tantum exigit a Pritanio. Verum, Alethophile, in me incessere, ne adlabores, quasi quod Molinianus sim: semper oppositum sensi, semperque sentiam. At non is sum, qui omnes mecum sentire teneantur, credam: quod si id præstare noluerint, neque ita comparatus sum, ut de eis male merear, aut (quod non levis impudentiæ est) eos velim

(*a*) Osservazioni sopra l'VIII. Capo della *Regolata Divozione* da aggiugnersi alla nuova Edizione di Firenze ec. Extant in calce Libelli: *Trattato della Confidenza Cristiana*. Venetiis 1751.

velim acri censura mordere; maxime cum in materia de Gratia hoc pacto incessere adversarias opiniones, gravius Apostolica Sedes vetuerit. Ne plura. Alethophili verba apponam: subinde censoriis notis (condonet) insulsissimos scrupulos expungam, destruam, eradicabo.

§. I.

Alethophilus. (*a*)

3. Scribit Pritanius (*b*) sperare nos a Deo *l'ajuto della sua Grazia*. „Fin qui si va bene: ma resterà di vedere qual sorta di Grazia intenda „il nostro Autore, che già in altre sue Opere in questo genere compa- „risce favorevole ai nuovi Sistemi.“

Animadversio I.

4. Quid tibi & Pritanio, *qual sorta di Grazia egli intenda?* Sit anti-Molinianus, an Molinianus, quo ad præsens perinde est. Reus quidem Pritanius, si fateretur Gratiam, quam sana Fides exsecratur. Quod de eo ad Kalendas græcas monstrabit Aletophilus. Equidem volueras, ut post sua Pritanius: *L'ajuto della sua Grazia*, statim subderet: *Efficace ab intrinseco*. Hic scribendi modus scrupulis reservatur dumtaxat.

§. II.

Alethophilus. (*c*)

4. „Anche il motivo, che assegna (Pritanio) alla Speranza (*d*) è per „l'appunto quello, che si è stabilito..... *Dobbiamo*, dice egli, *aspettare* „*quell' immenso premio; perciocchè non solo è a noi permesso di sperarlo*, *ma* „*Iddio stesso ci comanda, che lo speriamo*. (Il che ripete alla pag. 95. ed „aggiugne alla 96. *Perchè egli con parole assai chiare ci ha detto, che chi spe-* „*ra in Dio, non sarà confuso in eterno*) Tutto lodevolmente. In ciò an- „diamo d'accordo. Quello, che siegue guasta ogni cosa. *Purchè*, diceli „immediatamente dopo (*e*) *non manchiamo all' esecuzione, ch' Egli c' impo-* „*ne de' suoi comandamenti*. E per far vedere, che questo pensiero non gli „è scappato inavvedutamente, lo replica per Sistema alla pag. 85. *Io sono* „*certo*, dice egli, *che quel buon Dio, se io continuerò ad amarlo, ubbidirlo*, „*e servirlo, mi aspetta seco, ed ha preparata la mia sede in quella casa*. Il „tutto adunque consiste nella condizione, che Iddio da noi attende, se „noi crediamo a questo Autore. Ma le Scritture c' insegnano, che noi „anzi l'abbiamo da attendere da Dio, il quale ha promesso ai Figliuoli „del nuovo Testamento, *daturum se nobis, ut sine timore... serviamus illi* „*in sanctitate, & justitia omnibus diebus nostris*.

Ani-

(*a*) Pag. 317. (*b*) Cap. VIII. pag. 79. (*c*) Pag. 317. (*d*) Pag. 80. (*e*) Ibidem.

Animadversio II.

6. Hui! & quem ſcrupulum: quo certe major nullus in toto Oceano ſcopulus eſt. Ad incudem trahis (quis crederet?) ut frangas, hanc Pritanii Propoſitionem: *Dobbiamo aſpettare quell' immenſo premio della vita beata, purchè non manchiamo all' eſecuzione, ch' Egli c' impone de' ſuoi comandamenti*. O bone, eadem certe dixit Redemptor noſter (*a*) *Si vis ad vitam ingredi, ſerva mandata*. Nempe pollicetur nobis æternam vitam, Si mandata ejus ſervaverimus. Idipſum tradit Pritanius: *Dobbiamo aſpettare la vita beata, ſe eſeguiremo i divini Comandi*. Et quidem, ſicut nequit Deus gloriam Fidelibus elargiri ceu *coronam juſtitiæ*, niſi ſub ea conditione, quod apta merita in eis ſint, ita & hanc ſperare nequimus niſi ſub ea conditione, quod opere compleamus juſſiones divinas: quo certe modo merita comparamus ad gloriam. Hinc merito Auguſtinus (*b*) *Si mandata ſervare non vis, quare vitam quæris? Si ad opus piger es, quare ad mercedem feſtinas?*

7. Altera Pritanii Propoſitio, quam impetis, Alethophile, ea eſt: *Io ſono certo, che* quel buon Dio ec. (*c*) Mirum ſane, ut hæc tibi diſpliceant, quæ Matthæi habentur (*d*) *qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit*. Chriſtus videlicet ait, adſecuturos cælum Fideles, ſi uſque in finem vitæ in mandatorum cuſtodia conſtantes erimus; quæque Pritanius exprimit: *Se io continuerò ad amarlo, mi aſpetta ſeco*. Viden, ut congruit Scripturæ Pritanius?

8. Age tamen: Alethophilum audiamus. „ Se noi crediamo al Pritanio, il tutto conſiſte nella condizione, che Dio da noi attende. " Hoc eſt (ut Pritanius ait) *dobbiam ſperare l' immenſo premio del Cielo, purchè* (en conditionem) *non manchiamo all' eſecuzione de' divini comandi*.

9. Et quidem veriſſima ſcribit Pritanius. Duo quippe ſunt in Mandatorum obſervatione: Unum, quod Deus a nobis, alterum, quod nos a Deo expectamus: illud eſt Gratia operans, illud libera arbitrii cooperatio. Utrumque diſtinguit Pritanius in eodem Cap. VIII. quod impetis. En primum: *Speriamo ottenere da Dio anche i Mezzi per giugnere al Cielo, cioè l' ajuto della ſua Grazia*. En alterum: (*e*) *Dobbiamo ſperare l' immenſo premio del Cielo, purchè non manchiamo all' eſecuzione de' divini comandi*; & infra ait: *Se pur vogliamo*. Veriſſimum itaque eſt, *che il* TUTTO *conſiſte nella condizione, che Dio da noi attende*: TOTUM, inquam, quod a nobis expectat Deus; de quo unice Pritanius loquitur, cum ait: *Dobbiamo ſperare ec. purchè non manchiamo all' eſecuzione de' divini comandi*. Et quidem juxta præſcriptum Redemptoris, qui non aliam appoſuit conditionem, a nobis ponendam, quam Mandatorum cuſtodiam: *ſi vis ad vitam ingredi* SERVA MANDATA. Hinc, cum ais, Alethophile: „ Ma Iddio „ ha promeſſa a i ſuoi figliuoli la volontà medeſima, e l' ubbidienza me„ deſima a' divini comandi " ſaltas extra chorum, & abnormiſſimo ſaltu: ſaltas nimirum ad ea, quæ nos a Deo expectamus, ut impugnes Pritanium de eo loquentem, quod a nobis expectat Deus.

(*a*) Matthæi cap. xix. 17. (*b*) Serm. 87. in laud. verba Matth. alias 205. de Tempore. (*c*) Vide ſup. n. 5. (*d*) Cap. x. 22. (*e*) Pag. 80.

10. Inquies: Post ea saltem: *Purchè non manchiamo all' esecuzione de' divini comandi*, subtexere Pritanius debuerat: *Ma Iddio ha promessa a i suoi figliuoli la volontà medesima, e l' ubbidienza medesima*. Verum hoc nequivit Pritanius, quia liber a scrupulis, quibus quammaxime cruciaris. Et adeone scrupulosus es, ut semper exprimenda velis *Antecedentia* propositionis cujusdam, *Comitantia*, *Consequentia*, quæ necessario subintelligenda veniunt ex mente proferentis, vel ex aliis adjunctis? Jejune dixit Christus Jesus: *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata*. Num culpandus ipse, quia minime subdit: *Ma Iddio ha promessa a i suoi figliuoli la volontà medesima, e l' ubbidienza medesima*? Apage scrupulos incredibiles. In laudatis Scripturæ verbis: *Serva mandata, si vis ad vitam ingredi*, subintelliguntur necessario (ex alias revelatis: *Sine me nihil potestis facere*) & quod voluntas bona nonnisi a Deo sit nobis, & *che da Lui abbiam da attendere l' esecuzione de' divini comandi*. Eodem modo Pritanius, cum docuisset pluries Gratiæ necessitatem ad quodvis opus salutare, jejune scripsit: *Purchè non manchiamo ec.* Sed intelligi necessario voluit, quod divina mandata opere exercere nequeamus, nisi datum desuper sit Auxilium gratuitum.

11. Cæterum si hæc minime tibi sufficiant, adtende quam clarius rutilet Pritanii Fides, & in eodem Cap. VIII. quod impetis: *Sperare, che Iddio ci somministrerà per somma sua clemenza anche i mezzi per salvarci: e che quel buon Padre ci ajuterà nelle Tentazioni, e salvi per mezzo a i nostri nemici ci condurrà al Regno suo. E quando mai per miseria nostra cadessimo, conviene sperare, che questo Padre delle misericordie ci porgerà la mano, acciocchè risorgiamo, e torniamo a Lui.* [a] Item (b) *Prosontuoso, anzi empio sarebbe, chi collocasse la speranza dell' eterna sua salute nelle proprie forze, e ne i meriti suoi naturali*. Et qui hanc sancte profitetur de necessitate Gratiæ fidem, necessario intelligendus est, quod Mandatorum custodiam Gratiæ deputet Redemptrici, cum ait: *Purchè non manchiamo all' esecuzione de' divini Comandamenti*.

§. III.

Alethophilus. (c)

12. Il Lamindo così scrive: (d) *Col soccorso della divina Grazia (che
„ Iddio non nega ad alcuno) diventiamo abili a produrre Opere, che piacciono
„ a Dio*. Linguaggio ben differente da quel di S. Paolo (e) *Deus pacis
„ aptet vos in omni bono* (Egli è dunque che ci rende atti, e ci appli-
„ ca al bene) *ut faciatis ejus voluntatem, faciens* (notisi bene questa pa-
„ rola) *faciens in vobis, quod placeat coram se per Jesum Christum*. "

Animadversio III.

13. Si ea tibi displiceant: *Dio non nega ad alcuno la sua Grazia*, abstergo mœrorem; nedum enim in Moliniana Schola hæc propugnatur Opinio,

(a) Pag. 87. (b) Pag. 95. (c) Pag. 321. (d) Cap. 5. pag. 53. (e) Hebr. cap. 3. 21.

nio, ſed & intra cancellos aliarum Scholarum plures ſunt, qui eam tueantur. Num vere, ipſi viderint. Non itaque ullius erroris reus eſt Pritanius. Cæterum tua legens cogor exclamare: quot, qualeſve ſcrupulorum tenebræ tuam obſident, & opprimunt mentem! Quis unquam vel ſuſpicari valeret, quod diſplicere potuiſſet *Veritatis dilectori* Catholica iſthæc Propoſitio Pritanii (quam integram reddo). *Non già che l' uomo ſia da tanto da poter colle proprie forze meritar preſſo Iddio; ma perchè col ſoccorſo della divina Grazia ... diventiamo abili a produrre opere, che piaciono a Lui?* Annon iſtud Catholicum Dogma, expreſſum ab Apoſtolo: *Deus pacis aptet vos in omni bono; ut faciatis ejus voluntatem?* Quid ſibi volunt hæc: *Aptet vos?* Faciat vos *aptos*: Verte hæc in Italiano: Faccia voi *abili*: *Aptus* enim bene vertitur *Abile*. (a) Hæc autem vult Pritanius cum ait: *Col ſoccorſo della divina Grazia diventiamo abili ec.* ut a nativitate cæci etiam vident. Vides, quam minutiſſime loquar? Inſulſiſſimi ſcrupuli tui me coegerunt. Nullo igitur pacto adverſatur Pritanius Apoſtolo. Lege item, quæ ſcribit: (b) *Abbiam ſenza dubbio a diffidarci di noi; perchè noi da noi ſteſſi non ſiamo poſſenti ad eleggere il bene, e a fuggire il male; ma col ſoccorſo della Grazia di Dio, per mezzo di Gesù Criſto potremo tutto ... Omnia poſſum in eo, qui me confortat*. Num Apoſtolo adverſatur, qui cum eo ita ſcribit, profitetur, & credit? Apage iterum inſulſiſſimos ſcrupulos.

14. Ais: „ Notiſi bene queſta parola *faciens*. " Notemus, ut imperas; ſed ut confundaris profundius. Tu nunc adverte, eamdem Phraſim a Pritanio adhibitam, & pluries. Primo hæc ait: (c) *Poſſiamo anche a dirittura inviare i noſtri Memoriali a queſto ſanto Amore* (ad Spiritum Sanctum) *acciocchè* in noi accenda *quel fuoco celeſte, che ha prodotto, e produce tanti Santi; e ſenza di cui non ſi può pervenire al Regno de' Santi*. Jam probe omnibus compertum eſt, quid eadem ſignificent & illud Apoſtoli *faciens in nobis*, & illud Pritanii *Accenda in noi Iddio quel fuoco ec.* Secundo & expreſſius in Opere *de Ingeniorum Moderatione* (d) loquens de Gratia Chriſti ait: *In nobis, atque nobiſcum facit*. Hoc ſolo hic diſtat ab Apoſtolo Pritanius, quod ſcripſit ille *faciens in vobis*, & iſte *facit in nobis*. Quid plura exigis, ſcrupuloſiſſime homo?

§. IV.

Alethophilus. (e)

15. „ Lamindo traducendo la Proſa della Meſſa della Pentecoſte, così
„ interpreta le parole latine: *Sine tuo Numine nihil eſt in homine, nihil*
„ *eſt innoxium* (f) *Senza l' aſſiſtenza voſtra a nulla di vero bene è atto l' uo-*
„ *mo: troppo facile è egli ad operar il male. Veſtram fidem obteſtor*, o Teo-
„ logi, ſe queſto ſia un tradurre; e gemete meco ſulla condotta di un
„ uomo dotto, che ſentiremo anche altrove a parlar poco degnamente
„ della Grazia di Gesù Criſto. "

Iii 2 *Ani-*

(a) Lege Facciolatum in ſuo *Calepino*, & Vocabularium ad uſum Univerſ. Taurin.
(b) Cap. 8. pag. 87. (c) Cap. 4. pag. 43. (d) Lib. III. c. 5. (e) Pag. 322. (f) Cap. 4. p. 44.

16. Exclamandum tibi erat: *Vestram fidem obtestor*, o Scrupulosi. Qui ratione nequis pugnare, compensas impotentiam clamoribus. Annon Catholicum Dogma est: *Senza l' assistenza di Dio a nulla di vero bene è atto l'uomo?* Et certe. Annon item Catholicum: *Troppo facile è l'uomo ad operar il male?* Et certissime; dicente Scriptura: (a) *Sensus enim, & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua*. Ad amussim igitur veræ Fidei hic scribit Pritanius. Qua ergo Græca fide exclamas: „ Gemete meco sulla condotta di un uomo dotto, che sentiremo *anche* „ altrove a parlare poco degnamente della Grazia di Gesù Cristo. " Exclamas igitur, quia recta via non est, qua irruas in ipsum.

17. Sed ais, *che questo non sia tradurre la Prosa suddetta*. Verum advertere debueras, quod profitetur Pritanius: (b) *Ed è nella* sostanza *la seguente Prosa, recata da me in volgare*. Fatetur, inquam, nolle ad litteram interpretari eam, sed sensum dumtaxat exprimere. Genuinum vero ab eo sensum minime expressum, numquam monstraveris. Et en Prosæ obvium sensum. *Sine tuo numine nihil est in homine* di vero bene: *nihil est innoxium*, nulla vi è di vero innocente, & idem est di vero bene. Annon vides, quod utrobique sit inculcatior repetitio veritatis ejusdem? Isthæc quidem Pritanius expressit: & ut monstraret in nobis *pronitatem* ad malum (juxta phrasim Scripturæ nunc laud.) addidit: *Troppo facile è l'uomo ad operar il male*. Laudandus itaque Pritanius, qui Idiotis scribens *la Regolata Divozione*, prudentissimam adhibuit œconomiam temporibus hisce, cum Moliniani quidam furentes in Adversarios, & Catholicos, & scribentes Catholice, nullum non lapidem movent, ut eis notam appingant Bajanismi &c. laudandus, inquam, qui ea scripsit, quibus nec Molinianos lacesseret, nec anti-Molinianis displiceret. Etenim cautissime licet scripserit, minime tamen aculeos effugit & P. *Plazzæ*, qui Bajanismi reum damnavit; & *Alethophili*, qui Pelagium adversus eum in scœnam produxit. Impossibile prorsus videtur, ut unus idemque homo, & a Moliniano reus Bajanismi accusetur; & ab anti-Moliniano Pelagianismi. Nil tamen mirum, quia scrupulosus uterque.

§. V.

Alethophilus. (c)

18. „ Seguita Pritanio alla pag. 80. *E quì si dee osservare il fondamento* „ *principale della Speranza Cristiana. Esso è dall' un canto l' infinita bontà di* „ *Dio, l' immensa sua Misericordia, e veracità, e dall' altro il merito infinito* „ *dell' Unigenito suo, venuto al Mondo per salvarci, morto per amor nostro:* „ *affinchè tutti*, se pur vogliamo, *redenti col sangue suo, saliamo dopo di* „ *Lui al Paradiso*. Questa è la consolazione, che ci dà il nostro moder- „ no Teologo, che cioè *ci salveremo, se pur lo vogliamo*.

Ani-

(a) Genes. cap. 8. (b) Cap. 4. pag. 44. (c) Pag. 325. §. 2.

19. Misereamur scrupuloso, qui scrupulis pressus legens non intelligis; sis licet *antiquus Theologus*, & Pritanius *Moderno*. Ultra omnem fidem deciperis, cum ais: „ questa è la consolazione, che ci dà ec. " Non ita certissime; sed qua parte consoletur Fideles, audi, & tace: *Dobbiamo farci animo e coraggio, vivamente sperando di conseguire a suo tempo quell' immenso premio. Perciocchè non solo è a noi permesso di sperarlo, ma Dio stesso ci comanda, che lo speriamo, purchè non manchiamo all' esecuzione, ch' Egli c' impone, de' suoi comandamenti. Buona nuova dunque, e dolcissima per chi professa la Legge santa di Gesù Cristo. Il Paradiso, il Regno felicissimo di Dio è fatto ancora per noi; e il nostro Iddio tutti vi c' invita, e brama, che ognun di noi n' entri in possesso, e ne goda poi per tutta l' eternità. E quì si dee osservare il fondamento principale ec.* ut numero superiori. Hæc scribit Pritanius (*a*) e questa è la consolazione, che ci dà, non eam quam comminisceris.

20. Prosequeris. „ Ma lo vorremo noi salvarci, ut oportet? Ed in „ virtù di che lo vorremo noi? " Reponit Pritanius (*b*) *Coll' ajuto della divina Grazia*. „ Ma lo vorremo in virtù di una Grazia efficace, o in„ differente? " Quid hoc ad te? Alterutrum eligat, culpandus Pritanius minime est. Utraque isthæc Gratia suos habet Catholicos Assertores: qui utpote vere Fideles, si cognoscerent unquam, versatile Adjutorium non esse admittendum, efficacem suapte natura Gratiam subito profiterentur.

21. Sed minime cadis animo, & ais (*c*) „ Se poi abbiamo da volere „ (di esser salvi) in virtù del libero arbitrio, cui piaccia far' uso di „ una Grazia a tutti comune, che da lui attende la determinazione, e „ l'applicazione, noi diamo uno instabile, e mal sicuro fondamento al„ la nostra speranza, nostrum videlicet Arbitrium Gratiæ determinati„ vum. " Reponit Pritanius (*d*) *E quì potrebbe taluno chiedere, se al Cristiano sia lecito, e conveniente il mettere nelle buone opere la speranza della vita eterna. Al che rispondo, dover noi quì seguire l' esempio de' Santi, i quali tutto che si studiassero incessantemente di operar cose grate a Dio nell' esercizio delle più belle Virtù: quantunque sia certo, che si merita col far opere buone; e Dio anche a titolo di Giustizia premierà i suoi fedeli servi, pure non fidavano la Fiducia della lor salvazione in esse, ma sì bene nella Benignità infinita di Dio, Padre delle misericordie, e negl' immensi meriti del suo benedetto Figliuolo Gesù Cristo. E tanto più tal sentimento ci dee star fisso nel cuore, perchè il vero Cristiano ha da custodire e professar dapertutto la santa Umiltà, e fuggir la Superbia... E così appunto hanno operato i Santi, i quali quantunque sapessero, che il nostro Libero Arbitrio concorre anch' esso alle opere buone ec.* (*e*) Audis, cui spes nostra innitatur? Divinæ Pietati, meritisque Redemptoris, non autem Libero Arbitrio Gratiæ indifferentis determinativo: quin imo neque Arbitrio Gratia suapte natura efficaci determinato. Accipe Augustinum (*f*) quem certo reor, te venerari istius Gratiæ propugna-

(*a*) Cap. 8. pag. 79. (*b*) Ibidem. (*c*) Pag. 326. (*d*) Cap. 5. pag. 55. (*e*) Lege Pritanium cap. 4. a pag. 85. ad 89. (*f*) De Nat. & Grat. c. 26.

gnatorem. *Cum timore & tremore vestram ipsorum salutem operamini : Deus enim est*, qui operatur in vobis & velle & operari pro bona voluntate. (*a*) *Quare ergo cum timore & tremore, & non potius cum securitate, si Deus operatur? Nisi quia* propter voluntatem nostram, *sine qua bene non possumus operari, cito potest subrepere animo humano; ut quod bene operatur, suum tantummodo existimet*.

22. Item prosequeris. Si Gratia indifferens sit, „ si fa dipendere da „ noi la salute, e se ne rubba a Dio l'intiera gloria. " Sed crasse deciperis. Si Pelagianam monstrares totam Societatis Scholam, ac proinde Pritanium, quem Sectatorem facis ejusdem, plane ad rem loquereris: Verum cum omnes hi Catholici sint, aerem verberas. Adtende, quid per os Pritanii loquantur: (*b*) *Ma col soccorso della Grazia di Dio per mezzo di Gesù Cristo noi potremo tutto....* Io posso tutto con quel Signore, che mi conforta, ed ajuta. (*c*) *E quantunque il Libero Arbitrio concorra anch' esso alle Opere buone... pure la maggior parte ha Dio nel ben' operare*. Etenim quod voluntas Gratiam determinet, & quod salvari velimus, nonnisi ab ipsa Gratia esse, Moliniani fatentur. Unde *absolute* „ non si fa dipender „ da noi la salute, ma da noi colla Grazia di Dio " juxta illud Apostoli: *Non ego, sed Gratia Dei mecum*. Subtexit ibidem Pritanius: *Nè è conveniente a noi miserabili Creature di gloriarci di noi stessi*, *dovendo noi gloriarci unicamente nel Signore*. Vides, quam aperte profiteatur Pritanius, che non voglia rubbarsi l'intiera gloria a Dio? Verum est hic, quod graviter admonearis de maximo discrimine Molinianos inter ac Pritanium. Mordicus tuentur illi Gratiæ indifferentis necessitatem; iste vero in sua *Regolata Divozione* ea dumtaxat de Gratia poscit, quæ ad Fidem pertinent; quin unquam ne verbulum habeat, quod Gratiam innuat indifferentem; omnesque expressiones ejus in Augustino dilucidius reperiri, ostenderem, si urgeret necessitas. Cur igitur scrupuli tui fatigantur? Quid moliuntur? Molinianus fuerit in anterioribus suis Operibus, detur: sed quid, si in *Regolata Divozione* a prima opinione defecerit, quem Librum edidit morti proximus? Sed fuerit in eadem opinione usque ad mortem constans, quid ad te adversus eum, qui, quæ Fidei sunt docet, non quæ Molinæ?

23. Sed ut advertas omnino, quibus scrupulis pressa & oppressa mens tua sit, adtende, quam turpiter intra paucas lineas tibi ipsi repugnes. Profers ea Pritanii (*d*): *Ci salveremo, se pur lo vogliamo*. Statim tu: *Ciò è di Fede*. Si est de Fide, invariabile est. At post paucas lineas ais, quod si requiratur suapte natura efficax Gratia, *non si dee dire, che saremo* „ *salvi, purchè lo vogliamo*. En tua „ Se in virtù di una Grazia efficace vorremo esser salvi... *non si dee dire*, che saremo salvi, purchè lo vo„ gliamo. " Annon tibi ipse repugnas? Num admissa Gratia efficaci, Fidei aliquod Dogma evertetur? Absit blasphemia. Nimirum etiam sub efficacissima Gratia *consentire vocationi Dei*, *propriæ voluntatis est*. (*e*)

§. VI.

(*a*) Apostol. ad Phil. cap. 2. 13. (*b*) Cap. 8. pag. 80. (*c*) Cap. 5. pag. 55. (*d*) Pag. 325. (*e*) August. de Spiritu & litt. n. 60.

§. VI.

Alethophilus. (*a*)

24. „ Ecco come dice Pritanio (*b*) I Santi conoſcevano, eſſer *maggio-*
„ *re* la parte, che ha Dio nel noſtro ben' operare, mercè del ſommini-
„ ſtrarci Egli il ſoccorſo della divina ſua Grazia. Come? Nelle opere
„ della ſalute *la maggior parte* ſolamente è quella di Dio? .... C' inſegna
„ la Chieſa a dire: *Deus, cujus eſt totum, quod eſt optimum. Totum*, dice,
„ non *la parte maggiore*. "

Animadverſio VI.

25. Scrupuloſiſſime Cavillator, nodum in ſcirpo quæris. Sanam exigis in Pritanio doctrinam? Intelligere potueras in ſuis verbis a te indicatis; ſed quia a te alienus, non potuiſti. Iterum oculis tuis ſubjicio. *I Santi quantunque ſapeſſero, che il noſtro Arbitrio concorre anch' eſſo alle opere buone*. En Arbitrii concurſum operibus ſalutaribus neceſſarium. De Gratiæ neceſſitate quid ſcripſerit, videamus. *In fatti ſenza la divina Grazia nulla potremmo operare* colle forze noſtre, *che foſſe utile per l' eterna noſtra ſalute*. Quadrant iſthæc Apoſtolo (*b*) *Non quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid a nobis quaſi ex nobis*; *ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt*. Si veram itaque tuetur doctrinam Pritanius, emolliendum certe erat, ſi quid aſperum eſſet in illis: *Eſſere maggiore la parte, che ha Dio nel noſtro ben' operare*. Tu, quin hoc præſtes, aggravas; & in Homine, de quo ſcribis: (*d*) *Accreditato meritamente e per la moltitudine delle ſue Opere, e per la bontà della vita; il quale è attiſſimo a far ricevere ſenza diſcernimento, e con buona fede dal comun de' Fedeli tutta la dottrina, che in eſſe ritrovaſi*. Adtende, quibus ſcrupulus opprimaris.

26. Verum iſthæc Pritanii doctrina blanda interpretatione non eget. Scripſit, quod Auguſtinus (*e*) alloquens Deum: *quæcumque ſunt opera mea, abs te mihi ſunt; Et ideo tua* MAGIS, *quam mea ſunt*. Et (*f*) *Opera noſtra bona* POTIUS *Dei, quam noſtra*. Noverat quippe Auguſtinus, quod ſalutare opus & Dei ſit per Gratiam, *& noſtrum, quia non fit niſi volentibus nobis*. Porro quid ſibi volunt ea Auguſtini MAGIS, & POTIUS, niſi ea Pritanii: *La* MAGGIOR *parte, che ha Dio?* Scripſit item Pritanius, quod Angelicus Doctor (*g*) *Ipſe motus liberi arbitrii, quo quis præparatur ad donum Gratiæ* (habitualis) *ſuſcipiendum, eſt actus liberi arbitrii moti a Deo. Et quantum ad hoc dicitur homo ſe præparare ſecundum illud* (*h*) Hominis eſt præparare animum, *& eſt* PRINCIPALITER *a Deo movente*. Item (*i*) *Unde etiam ſecundum quod ad rationem meriti requiritur, quod ſit voluntarium.* PRINCIPALITER *meritum Caritati attribuitur*. Si *Principaliter* Deus, minus *principaliter* concurrit Arbitrium. Quod ſcribit Pritanius: La parte *maggiore*.

27.

(*a*) Pag.327. (*b*) Cap.5. pag.56. (*c*) II.ad Cor.c.3. (*d*) pag.313. (*e*) In Pſ.37. n.18. (*f*) In Pſ. 138. n.28. (*g*) 1.2.q.112.n.2. (*h*) Proverb.c.16. (*i*) D.Thom ibidem q.115.n.4.

27. Adtende igitur, quod ignorare non fineris. Salutare Opus necessario duo exigit sui principia, & supernam Dei virtutem, & facultatem in nobis volitivam, sive voluntatem. Etenim nequit illud progignere solus per suam Gratiam Deus; etenim liberum nobis esse debet: & ut tale sit, inter alia a voluntate nostra debet prodire: secus si a sola Gratia esset, *mere passive* se haberet ad ipsum creata voluntas: quod Acatholicum est. Idipsum docuit Augustinus (*a*) *Nostrum est Opus bonum; quia non fit nisi volentibus nobis*. Nota Τὸ *Nisi*. Multo minus sola voluntas in salutare Opus reapse valet: & quia in Naturæ confinio posita, adsurgere nequit ad superna; & quia peccati onere prægravata, potius in ima deprimitur, quam ad supernaturale bonum se erigat. Nostra ergo voluntas viribus indiget Gratiæ; & ut in *supernale* Opus erumpat, & ut *meritorium* bonum queat reapse operari. Positis hisce duobus principiis Operum salutarium, annon comparare unum alteri licet, & dignius minus digno anteferre? Annon licet asserere, quod Gratia voluntati præstet; quod magis necessaria sit, ut Opus habeatur salutare? Idipsum est, quod docuit Pritanius: *Essere maggiore la parte, che ha Dio nel nostro ben' operare, mercè del somministrarci Egli il soccorso della divina sua Grazia*.

28. Cur itaque fatigaris, Alethophile, scribens (*b*) „ La Chiesa c'insegna a dir a Dio (*c*) *Deus, cujus est totum, quod est optimum: Totum* „ dice, non *la parte maggiore*? " Num credideris, quod hisce: *La parte maggiore*, affirmarit Pritanius ex duplici parte compositum esse Arbitrii bonum motum, & potiorem partem Gratiæ adtribuisse, minorem Arbitrio? Apage vanissimos scrupulos. Neque enim tam inops fuit mentis Pritanius, ut indivisibilem actum voluntatis, spiritualemve, ex pluribus partibus compositum affirmaret. Illis itaque verbis voluit dumtaxat, quod Gratiæ concursus in salutare Opus *præstantior* sit, magisve necessarius, quam creati Arbitrii concursus, & efficientia. Cæterum & ipse Pritanius *Totum* Deo tribuit cum Ecclesia in Prosa legi solita in Missa Pentecostes (*d*) *Senza l' assistenza vostra a* NULLA *di vero bene è atto l' uomo*. Et (*e*) *In fatti senza la Grazia divina noi* NULLA *potremmo colle forze nostre operare, che fosse utile per l' eterna nostra salute*. Qui *nihil* tribuit nobis, quod possimus reapse salutariter operari, Totum tribuit Deo; quod & ait (*f*) *Col soccorso della Grazia di Dio per mezzo di Gesù Cristo noi potremo* TUTTO. Annon vidisti, quod *nihil* nobis, *Totum* Gratiæ reservet?

29. Sed Alethophilum iterum audiamus (*g*): Falso scribit Pritanius, quod Dei sit *la maggior parte*. Scribendum ei fuisset „ che sia più tosto „ del libero arbitrio, s' esso determina la Grazia, e si discerne con ciò „ da chi non ne fa lo stesso uso. "

30. Transmittamus iterum indifferentem Gratiam a Pritanio admissam. Quid inde? Etiam Gratiæ concursus potior est Arbitrii efficientia: quod enim ipsam applicet Gratiam ad opus, a Gratia habet. Unde semper *la maggior parte* Gratiæ deputatur.

31. Prosequeris (*h*), quod Dei sit *la parte maggiore*, Augustinus detestatur (*i*) scribens:

(*a*) Vide sup. num. 26. (*b*) Pag. 328. (*c*) Orat. Domin. 6. post Pentec. (*d*) Cap. 4. pag. 45. (*e*) Cap. 5. pag. 56. (*f*) Cap. 8. pag. 88. (*g*) Pag. 328. (*h*) Pag. 329. (*i*) De Prædest. SS. cap. 2. n. 6.

bens: *quaſi componit homo cum Deo; ut partem Fidei ſibi vindicet, atque illi partem relinquat*. Eadem Chryſoſtomus, Bernardus &c. At pudet me iſta refellere; cum te certe noviſſe reor, quid Auguſtino ſit Tω *componit*. Ipſummet audi, quem tantillum profers. *Volens* A SEIPSO *ſibi eſſe, quod credit, quaſi* COMPONIT *homo cum Deo; ut partem Fidei &c.* Componit certe homo cum Deo, quando *partem Fidei* ſibi a ſeipſo tribuit, alia Gratiæ reſervat, quod Acatholicum eſt. Cum monſtraveris, Alethophile, in eadem fuiſſe opinione Pritanium; tunc merito ei oppones Auguſtinum &c. Verum ad id fruſtra æternum laboraveris; qui jam audiſti, quænam ſit Pritanio Fides circa Gratiæ neceſſitatem cuivis vel minimo operi vel incipiendo, vel perficiendo. Sed iterum audi: (*a*) „ *Tutto quanto* abbia„ mo, o ſperiamo di bene, ſpettante alle Anime noſtre, non altronde è „ a noi venuto, e verrà ſe non dal noſtro Salvatore Gesù, che rende „ placato verſo di noi l'eterno Padre, e che da Lui c' impetra, quanto „ a noi biſogna, per condurre in ſalvo le anime noſtre. " Verum patere Auguſtinum vindicias præparantem Pritanio adverſus te. Ibidem (*b*) ipſe Cyprianum laudat, & monſtrat, falſum omnino eſſe illud: *A ſeipſo ſibi eſſe, quod credit homo* „ Non ſic pius, atque humilis doctor ille ſa„ piebat: Cyprianum beatiſſimum loquor, qui dixit (*c*) *In nullo glorian„ dum, quando noſtrum nihil eſt*. Eadem iſthæc ſcribit Pritanius (*d*) „ *Nè „ è conveniente* a noi miſerabili creature di *gloriarci di noi ſteſſi*, dovendo „ noi gloriarci *unicamente* nel Signore. " En ea Cypriani: *In nullo gloriandum*; & alia: *quando noſtrum* NIHIL eſt, ibidem (*e*) Pritanius expreſſit: „ In fatti ſenza la Grazia divina noi NULLA potremo colle forze „ noſtre ec. " Vides, quam Catholice ſcribat Pritanius?

32. Ibidem (*f*) incaleſcunt ſcrupuli tui, & uſque ad ſummum, & ais: „ L'intendete, *inflatores* di queſto, ideſt *Arbitrii*? " Et nullus tetigit te ſcrupulus, ut exhorreres Pritanium nominare, omneſque, ut reor, Molinianos, *inflatores* arbitrii, videlicet *Pelagianos*? Jam quippe cæcis pariter compertum eſt, Pelagianos deſignatos hoc nomine ab Auguſtino (*g*). Apage præcipitem, & inconſultam cenſuram. Moneo, Rev. Sacerdos, modeſtius te geras impoſterum; ſecus Talionis pœnam ſuſtinebis: certe enim ad *Iprenſem* mitteris; non a me, qui convicia ſemper odi, quæ & Caritatem lædunt, & obſunt cauſſæ, quin proſint. Nimirum ſunt Moliniani quidam in appingenda Janſeniſmi nota adeo liberales; ut etiam innoxiis Adverſariis ſuis non vereantur apponere. Conſidera, quid facient a te laceſſiti.

§. VII.

Alethophilus. (*h*)

33. Scribit Pritanius (*i*) „ La gloria di queſti buoni frutti (bonorum „ operum) ne è *ſpecialmente* dovuta alla mano, e Grazia ajutatrice di Dio.

(*a*) Cap. 8. pag. 82. (*b*) Cap. 3. num. 7. (*c*) Lib. III. cap. 4. ad Quirinum. (*d*) Cap. 5. pag. 55. (*e*) Pag. 56. (*f*) Pag. 329. (*g*) Lib. II. operis imperf. n. 154. (*h*) Pag. 328. (*i*) Cap. 5. pag. 56.

„ Dio. " Pessime loquitur; scribendum quippe erat *unicamente*, non *specialmente*. Etenim *soli Deo honor, & gloria.* (*a*)

Animadversio VII.

34. Oh! & quibus putentibus scrupulis cruciaris. *Soli Deo honor, & gloria*, scribit ad Timotheum Paulus: at idem ad Romanos (*b*) „ *Glo-* „ *ria*, & *honor*, & pax, *omni operanti bonum*. Vide, quod omni operanti bonum gloria conveniat, & honor. In Psalmo (*c*) item: *Nimis honorificati sunt Amici tui Deus*. Et tamen *soli Deo honor & gloria:* quia solus ipse possidet a se, quo jure laudetur; quia quævis Creaturarum gloria ad ipsum Deum ultimo referenda est &c. Et undenam, quod Sanctos suos ineffabili gloria præmietur Deus æternum, & in hac Vita, nisi ex eorum præcellentibus meritis gloria dignis? Dicitur quidem Deo: Tu solus *Sanctus:* qui *solus* habet immortalitatem. (*d*) Num idcirco homines, & Angelos, nominare *Sanctos*, & venerari exhorrueris? Num rationales animos, Angelosve, negaveris immortales? Non itaque falsa scribit Pritanius.

§. VIII.

Alethophilus. (*e*)

35. „ Alla pag. 81. già avea scritto il Pritanio: *Questo buon Padre Id-* „ *dio più desidera Egli di far del bene a noi; che noi di riceverne*. Se ciò l' „ intende degli Eletti, tra quali ciascuno dee mettersi colla Speranza, „ questo è vero. Ma se Lamindo crede esso, e vuol far credere agli al- „ tri, *come sembra*, che cioè Iddio voglia la salute di tutti egualmente, „ e che porga per ciò a tutti de i soli ajuti sufficienti ec. s' inganna a „ partito, e porge agli altri una perniciosa occasione di errare.

Animadversio VIII.

36. Cur hostem fingis, quem ferias? Pessimum scrupulorum genus! Eo sensu scribit Pritanius, quo Christus Jesus ait (*f*) *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis; ego reficiam vos:* quo S. Petrus (*g*) *Magis satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis:* quo in Symbolo Fidei nostræ: *Qui propter nos homines descendit de Cælis.* In hisce locis *omnes* admonemur, qui *omnes* sperare tenemur, in numero esse Electorum. Sed ais: „ Sembra, che Lamindo creda, che Dio vo- „ glia ugualmente ec. " Hariolaris certissime. Nec quidem somniavit Pritanius in suam Opellam *della Regolata Divozione* omnem transferre de *Prædestinatione* Tractatum, necnon de *divinis Auxiliis*. Tu, qui nodum in scirpo quæris, Observationes tuas ducere niteris ad hasce pertractandas materias, & ut Molinianos ferias per latus Pritanii; & ut in hisce obscu-

(*a*) II. Timoth. cap. 1. n. 17. (*b*) Cap. 2. 10. (*c*) I. Timoth. cap. 6. 16. (*d*) Pag. 331. (*e*) Matth. cap. 2. (*f*) II. Petri cap. 1. 10.

obſcuriſſimis quæſtionibus involvendo *la Regolata Divozione*, facilius poſſis, acriuſque ipſam infamare.

37. En Catholicam Pritanii doctrinam quo ad potiora Dogmata de Gratia. Ajebat Chriſtus: *Sine me nihil poteſtis facere*. En Pritanius (*a*) „ Abbiam ſenza dubbio a diffidarci di noi, perchè noi da noi ſteſſi non „ ſiamo poſſenti ad eleggere il bene, e fuggire il male. " Vide etiam pag. 86. & 95. Ajebat Apoſtolus: *Omnia poſſum in eo, qui me confortat*; & Pritanius (*b*) „ Ma col ſoccorſo della Grazia di Dio per mezzo di „ Gesù Criſto noi potremo tutto. L'Apoſtolo ad iſtruzione noſtra andava „ gridando: *Io poſſo tutto con quel Signore, che mi conforta, ed ajuta*. " Sæpiſſime Scriptura nos docet divini Auxilii neceſſitatem, jugi oratione petendum. En Pritanius (*c*) „ Che rimedio a queſto noſtro ſconſigliato „ Amore (di Concupiſcenza) di cui niuno è privo? Due principalmen„ te ce ne inſegna la noſtra ſanta Religione. L'uno ha da venire im„ mediatamente da Dio, ed è l'ajuto della ſua poſſente *Grazia*. Ad ot„ tener queſto ſi richiede l'*Orazione*...... Ora conviene ben'avvertirlo: „ queſto pregar Dio è una Divozione non ſolo utile, e lodevole del Cri„ ſtiano, ma anche *neceſſaria*; e ſenza di queſto mezzo non è a noi poſ„ ſibile di ſchivare i peccati, e di aver'ad eſercitar le Virtù, e di con„ durre a ſalvamento le anime noſtre. "

38. Exigis, Alethophile (*d*) „ Preghino dunque i fedeli di aver delle „ Grazie *efficaci*, e nominatamente la Perſeveranza. " En Pritanium (*e*) „ L'uno rimedio ha da venire immediatamente da Dio, ed è l'ajuto „ della ſua *poſſente Grazia*. Ad ottener queſto ſi richiede l'*Orazione*. " Fatetur etiam in bono Perſeverantiam (*f*) „ Colla pratica della Peni„ tenza emendiamo il paſſato, e colle *preghiere* a Dio ci aſſicuriamo dell' „ avvenire. " Cæterum minime eſt neceſſe Fidelibus, „ che preghino „ di avere delle *Grazie efficaci*: " ſat illis eſt, ſi precentur continuo neceſſarium a Deo Auxilium, quo in finem uſque in bono valeant perſeverare, quin exprimere teneantur Tω *Efficaci*; impune enim ignorant ipſi, num *efficacia* iſthæc a Natura ſit Gratiæ, an ab Arbitrio. Verum & ipſi Moliniani *efficaces Gratias* a Deo precantur; eas nimirum, quæ in talibus circumſtantiis donantur a Deo, in quibus conſenſura prævidetur voluntas creata.

39. Exigis quoque alia (*g*). At crudeliſſimus exactor es; exigis enim a Pritanio, quæ nullo modo dare tenetur. Scito igitur, quod Catecheſim non ſcribat Idiotis erudiendis: loquitur ſcientibus legem, quid credendum ſit. Monſtra ſi potueris, quæ ſcripſit, vel deviare a Fide, vel errorem ſapere, aut ſaltem ſana non eſſe, & maximus eris Alethophilus, non Apollo. Ad Kalendas Græcas.

(*a*) Cap. 8. pag. 87. (*b*) Pag. 88. (*c*) Cap. 10. pag. 114. & ſequ. (*d*) Pagin. 337. (*e*) Ibidem. (*f*) Cap. 8. pag. 94. (*g*) Pag. 338.

§. IX.

Alethophilus. (*a*)

40. „ I. Ma guardinsi di credere i Fedeli (a che sono capaci d'indur-
„ li le parole del Sig. Lamindo) Che Iddio *dal canto suo abbia fatto*, *o*
„ *faccia quello*, *che a Lui tocca*, *e che il resto si abbia da attendere da noi*. II.
„ Che si abbia a contare sopra di noi. III. E che da noi talmente di-
„ penda l'uso che dobbiamo fare delle Grazie di Dio, che ce ne riguardia-
„ mo come assoluti Padroni. IV. E quando sentono, che Iddio vuole
„ salvar tutti, massimamente i Fedeli (il che è vero) non credano
„ tuttavia, che si salveranno, se non mediante una volontà assoluta,
„ che Iddio non ha per tutti; e non si appoggino ad una volontà con-
„ dizionata, con cui intendesi voler Dio la salute di tutti, *purchè essi la*
„ *vogliano*. V. Imperciocchè questa esplicazione del *vult Deus omnes homi-*
„ *nes salvos fieri*, secondo che ci avvertiscono i Padri del nono Secolo,
„ (*c*) *occasionem Pelagianæ pravitati præbet*, *quod Deum*, *ut salvet homines*,
„ *humanas*, *asserit*, *expectare voluntates*..."

Animadversio IX.

41. Ad singula breviter. Ad I. ubinam Pritanius ea scribit: *Iddio dal canto suo abbia fatto ec?* Pluries evolvi Cap. V. & VIII. quæ impetis, neque hæc legere datum est, neque tu locum indicas. Sed transmitto, scripserit ea Pritanius. Quid inde mali? Nempe voluit divinæ Gratiæ creati Arbitrii cooperationem superaddendam (*c*). Cæterum ea: *Iddio dal canto suo abbia fatto ec.* in ore Scriptoris Catholici id significare videntur, quod per Isaiam Deus (*d*) *Quid est*, *quod debui ultra facere vineæ meæ*, *&* *non feci ei?* Hæc ea Pritanii sunt: „ Iddio dal canto suo ha fatto quel „ che a Lui tocca." *An expectavi*, *ut faceret uvas*, *&* *fecit labruscas?* Expectabat Deus, quod a Judæis præstandum erat (dal canto loro) nempe opera bona, sed non absque Gratia. Num inquies, doctrinam hanc Pritanii doctrinam sapere Molinianæ Gratiæ? Ita sit; sed iterum quid ad te? Verum ea Isaiæ nullo pacto Molinianam habent opinionem.

42. Ad II. Et certe *si ha da contar sopra di noi*; quia verissimum est: *Si* VIS *ad vitam ingredi*, SERVA *mandata*. Nempe necessaria quidem nobis est Gratia; sed necessaria item Arbitrii libera cooperatio, & observantia mandatorum.

43. Ad III. Et non puduit talia etiam somniare? Reum niteris Pritanium ostendere, saltem ingerere suspicionem, quod per ea: *Che ce ne riguardiamo come assoluti Padroni delle Grazie di Dio*; proscriptas Theses aliquo pacto exscripserit (*e*) „ Deus donat nobis omnipotentiam suam, *ut* „ *ea utemur*, sicut aliquis donat alteri villam, aut librum: Deus *subjicit* *nobis suam omnipotentiam*. Ubinam gentium sumus? Tanta appingis Pritanio,

(*a*) Pag. 337. (*b*) Lib. de tribus Epist. cap. 13. (*c*) Vide supra num. 6. (*d*) Cap. 5. 4. (*e*) Ab Innocent. XI. an. 1679.

tanio, quin ullum proferas assertionis tuæ momentum? quis credet a scrupulis ad somnia transeunti?

44. Ad IV. Et non legisti, quod & in Moliniana Schola æterna Electorum salus *absolute* prædefinita a Deo sit, dirigente tamen Scientia Media? Qui igitur Pritanium credis Molinianum, par erat ut crederes, in sua opinione non esse adepturos Fideles Electos salutem *in virtù di una volontà condizionata, ma assoluta, che Iddio non ha per tutti*, pro illis, inquam, qui per Scientiam Mediam prævisi sunt perseveraturi sub divino Adjutorio.

45. Ad V. Terrorem incutis, sed terriculamentum est puerorum. O millies bone! Num Pelagianæ pravitati occasionem præbet Scriptura, cum ait (a) *Expectat Deus, ut misereatur vestri:* & (b) *Expectavi, ut faceret uvas:* & (c) *Si volueritis* (sunt verba Pritanii: Purchè lo vogliamo) *& audieritis me, quæ bona sunt Terræ, edetis: si autem nolueritis, & non audieritis me, gladius vos consumet?* Nullam certe Scriptura Pelagianæ hæresi occasionem præbet; quia in ea simul docetur necessitas superni Adjutorii, quod aversabantur ad salutaria Opera Pelagiani. Cum itaque Pritanius centies hujusmodi necessitatem Catholice expresserit; non est, ut timeantur insulsissimi scrupuli tui. Audi Augustinum (d) de Pelagianis disserentem: „ Item quod adversus Manichæos laudant liberum Ar„ bitrium, adhibentes Propheticum testimonium, *Si volueritis &c.* quid „ eis hoc prodest? ... Sic enim volunt intelligi, quod dictum est: *Si* „ *volueritis, & audieritis me*; tanquam in ipsa præcedente voluntate sit „ consequentis meritum Gratiæ; ac sic Gratia jam non sit Gratia, quæ „ non est gratuita, cum redditur debita. Si autem sic intelligerent, quod dictum est, *Si volueritis*, ut etiam ipsam bonam voluntatem illam præ„ parare confiterentur; de quo scriptum est (e) *Præparatur voluntas a Do*„ *mino*; tanquam Catholici uterentur hoc testimonio &c. "

§. X.

Alethophilus. (e)

46. „ I Fedeli diffidatisi affatto di loro medesimi, e fidatisi di Dio per „ li meriti del loro Redentore, li diranno: *Da, Domine, id amare, quod* „ *præcipis &c.* Ma ciò faranno senza mai tenersi assicurati: lo che è un' „ altro eccesso, a cui sembrano indurli le seguenti parole del Pritanio: „ [f) *In oltre ci ha questo amabilissimo Signore per bocca del suo divino Figli*„ *uolo in tanti luoghi del Vangelo* assicurati, *che avremo quel gran premio*. „ *Dio è veracissimo: Dio non può mentire. Adunque ad un buon fondamento* „ *si attiene l'ancora della nostra Speranza; perchè i sommi beni, che speriamo,* „ *Dio ce li promette; Dio, che può, e vuol mantenere ciò, che ha promesso.* „ *Passerà il Cielo, passerà la Terra, ma non verrà mai meno la parola di Dio.* „ Qui non si parla più di condizione: *Se vorremo: purchè vogliamo ec.* "

Ani-

(a) Isaiæ cap. 30. 18. (b) Ibidem cap. 5. 2. (c) Ibidem cap. 1. 19. (d) Contra duas Epist. Pelag. Lib. VI. n. 12. (e) Proverb. 8. (f) Pag. 339. (g) Pag. 81.

Animadversio X.

47. Me latet certissime, num possit homo crassioribus scrupulis, & gravioribus offundi, quam se præfert Alethophilus! O bone, nec tibi sat est, quod pluries Pritanius in brevi Cap. VIII. eam inculcarit conditionem: *Se vorremo*: *Purchè vogliamo*? Velles, ut semper ad nauseam usque iteraret? O iterum bone, tibi sat est (*a*) si Pritanius „ avvisi i „ Fedeli almeno *qualche volta*, che il loro volere esser salvi ha da venir „ da Dio ec. “ hic pluries illam conditionem exprimit: *se lo vorremo ec.* & tibi non sufficit? Somnias. Equidem pag. 82. ea profert Pritanius, quæ impetis: *In oltre ci ha questo amabilissimo Signore ec.* Oh! si legisses sequentia (*b*) vidisses certe in laud. verbis Pritanium *sotto intendervi la condizione*, *Se pur vorremo*. Ait enim I. *Confidando io in Gesù, non perirò in eterno. Ma Iddio Autore e donatore a noi della Speranza, ci dà ancor questa, con esigere* da noi *la fedele osservanza della sua santa Legge*. Et hæc ea sunt: *Se vorremo*. II. *Io son certo, che quel buon Dio*, se io *continuerò ad amarlo, ubbidirlo, e servirlo, mi aspetta seco, ed ha preparata la mia Sede in quella Casa, dove egli abita ec.* Nonne igitur tu somniando scribis: *qui non si parla di condizione*: *Se vorremo ec*? Nonne igitur evanescit in auras *quell' altro eccesso*, quem apponis Pritanio, quod ex opinione sua *si tengano assicurati i Fedeli di salvarsi*?

48. Prosequeris. „ Ed in fatti, se in questo discorso (Pritanii (*c*)) „ vi si ha da intendere la condizione, che si aspetta da noi, non accade- „ rebbe ricorrere alla certezza della Divina parola, ed alla divina Po- „ tenza. “ Non piget, sed pudet, me talia referre, & refellere; & tamen facio. Et tanta geris mentem pressam mole tenebrarum! Utrumque omnino necessarium est: Et *ci si ha da sottintendere la condizione, che si aspetta da noi* (quod & tu fateris (*d*) „ E' di Fede, che ci salveremo, „ *se pur lo vogliamo* “) Itemve necessarium est *ricorrere alla certezza della Divina parola, ed alla divina Potenza*; quæ ad *essentiale* pertinent *fundamentum* Spei Christianæ. Dic sodes: Si impotens esset Deus, & mendax, perenne tamen polliceretur Præmium perseverantibus; annon in istis prudens posset dubium suboriri: *Num vere promiserit*? *Num velit stare promissis*? *Num queat dare promissa*? Vides, quam necessariæ sint summa Dei *Veritas*, ac *Potentia*, ut fidentes, securique sint Fideles, adimplentes *conditionem volendo* (sed ex Gratia) in finem usque perseverare, quod certo adipiscantur Regnum Cælorum? Exigit quidem Scriptura: *qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit*. Sed inculcare non omittit Dei Fidelitatem (*e*) *Vocabatur Fidelis, & Verax*, ac Potentiam (*f*) *Plenissime sciens, quia quæcumque promisit* POTENS *& facere*.

49. Verum, bone Alethophile, male omnino meretur de vera Theologia tuum hoc ratiocinium; *Ed in fatti se in questo discorso vi si ha da sottintendere ec.* Adtende a me strictum ratiocinium: „ Se si ha da sottintendere la condizione, che si aspetta da noi (idest *se vorremo*) non „ ac-

(*a*) Pag. 378. (*b*) Pag. 83. & 85. (*c*) Vide num. 46. (*d*) Pag. 325. (*e*) Apocal. cap. 19. 2. (*f*) Rom. 4.

„ accade ricorrere alla certezza della divina Parola, ed alla divina Po-
„ tenza. " Tua isthæc Propositio Major. „ Ma necessariamente si ha da
„ sottintendere la suddetta condizione. " Tua item hæc Minor; qui
scribis (*a*) „ E' di Fede, che ci *salveremo se pur lo vogliamo*. " Adtende,
quid ex hisce tuis *Majori*, & *Minori* sponte sequatur. „ Adunque colla
„ Cristiana Speranza non accade ricorrere alla certezza della divina Pa-
„ rola, ed alla divina Potenza, assolutamente. " Expolias igitur Theo-
logicam virtutem Spei suo essentiali *Fundamento*, quod Deus est. At si Spes
nostra Deum non habeat, cui innitatur, Fidelium Spes nulla erit.

50. Prosequeris. „ O non si farebbe altro, Pritanii verbis: *In oltre ci*
„ *ha questo ec.* (*b*) che proporre un dogma di Fede, che *assicura il Paradi-*
„ *so ai Giusti, se perseverano*, e non un nuovo argomento di sperare la
„ giustizia, e la perseveranza. "

51. Qui oculos non habes, ut videas; experiamur, si habeas aures, ut
audias. Nullum ibi proferre vult Pritanius Argumentum, quo justitiam
sperare erigantur Fideles, ac perseverantiam: dumtaxat clarior ibi est ex-
positio eorum, quæ scripserat pag. 80. En ea: „ E quì si dee osservare
„ il fondamento principale della Speranza Cristiana. Esso è dall'un canto
„ l'infinita bontà di Dio, l'immensa sua Misericordia, e veracità; e dall'
„ altro il merito infinito dell'Unigenito suo. " Latius post hæc Dei Mi-
sericordiam explicat, & Bonitatem: transgreditur subinde ad explicandam
Veracitatem Dei; & ea scribit, quæ tibi displicent, nempe: *In oltre ci
ha questo amabilissimo Signore ec.* (*c*) Explicat demum infinita merita Re-
demptoris Jesu. Jam saltem audis, quod nil aliud velit Pritanius illis: *In
oltre ci ha questo amabilissimo ec.* quam explicare summam Dei Veracitatem,
cui innititur etiam Christiana Spes ceu fundamento, cujusque partes in
compendium retulerat pag. 80. ut dictum est. Non itaque hic profert Pri-
tanius *un nuovo argomento di sperare la giustizia, e la perseveranza*, ut ais.
Quidquid igitur scribis pag. 341. & sequ. somnia sunt scrupulosi. Ais ni-
mirum, quod Pritanius „ parla assolutamente, quando dice: *Il Signore ci*
„ *assicura in tanti luoghi del Vangelo, che avremo eterno il premio....* Subinde
„ scribis: Ma pure qual è quella pecora, per ubbidiente che sia presente-
„ mente, la quale sappia (fuor del caso di una privata rivelazione) che
„ lo sarà fino alla fine ec. " Hæc, inquam, scribis; sed innixa alter tuo
somnio, quod affirmaverit Pritanius *una promessa* assoluta *come generalmente
fatta a i particolari di avere il premio eterno*. Hæc nunquam monstrasti, ne-
que æternum facies.

§. XI.

Alethophilus. (*d*)

52. „ Ma il nostro Lamindo non distingue le cose tanto per minuto:
„ Sentiamolo ora a confondere vieppiù le idee sopra la Speranza, e a
„ dividerla indebitamente tra Dio, e l'uomo: *Bella e compiuta Speranza*
„ *per-*

(*a*) Pag. 325. (*b*) Vide n. 46. (*c*) Ibidem. (*d*) Pag. 343.

„ *perciò è quella di un Cristiano, che* dall' un canto *si sente affidato dalle pro-*
„ *messe, e dalla benignità di Dio; e sa, che per la sua salvezza è impegnato*
„ *quel divin Salvatore, in mano di cui stanno le chiavi*. Fermiamoci quì un
„ tantino innanzi di andare *all' altro canto*. Sa dunque un Particolare, *che*
„ *Gesù Cristo* è impegnato a salvarlo. Sì eh? Per rivelazione privata? Nò,
„ perchè questa è una grazia per pochissimi privilegiati. Come dunque?
„ Per mezzo della Fede? Crederà egli dunque di Fede un Cristiano l' *im-*
„ *pegno* del Salvatore per lui particolarmente? l' impegno, dico, assoluto,
„ perchè col condizionato saremmo da capo. Ma come mai questo tale
„ (*a*) *in timore incolatus sui tempore conversabitur &c.* e come distingueras-
„ egli da un rigido Calvinista?

Animadversio XI.

53. Et en misellum Pritanium nunc Pelagianum, nunc rigidum Calvinistam! Felicissimam Alethophili mentem chimæris pastam! Ad durissimam quæstionem Alethophile age, profer Pritanii verba, ex quibus ab eo colligis, quod *particularis Fidelis certus* omnino *sit æternæ salutis obtinendæ*: hic nempe capitalis error est *rigidi Calvinistæ*, cui illum accenses (*b*). En verba, ais, Pritanii (*c*) „ Bella e compiuta Speranza per ciò è quella di „ un Cristiano, il quale dall' un canto si sente affidato dalle promesse, „ e dalla benignità di Dio; *e sa, che per la sua salvezza è tutto impegnato* „ *quel divin Salvatore.* “ O bone! Et quidem vera Fide edocente, *Deus vult omnes homines salvos fieri*. Et idcirco aliud voluit, nempe ad omnium salutem ordinavit, ac reapse præstitit Verbi Incarnationem, Vitam, Mortem, Sacramenta item, aliaque plurima: quotidie prædicare non cessat: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos &c.* (*d*)

54. Et hæc quidem vera Fide tenentur. At quid ex hisce sequatur, adtende. I. Voluntas isthæc *efficax* est, & *absoluta*: nimirum & tanta operatus est Deus; & *ex se solo* ad omnium ordinavit salutem. Proinde quid efficacius? quid absolutius? II. Cuncta isthæc seria meditatione revolvens Fidelis, sufficientissimum ei fundamentum sunt, ut teneat, *che per la sua salvezza è tutto impegnato quel divin Salvatore*. Et quidem benevola voluntas alicujus, ex effectibus quam bene dignoscitur. Deus itaque, cum tot ex Bonitate sua præstiterit pro Fidelibus præsertim, quantum ex se est, jure merito volentissimus (*tutto impegnato*) asserendus erit salutis nostræ. Hinc merito Joannes ait: (*e*) *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum Unigenitum daret: ut omnis, qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam.* Jam vides, ex beneficio Redemptionis, Dei in nos Caritatem demonstrari. III. Isthæc Fidelis considerans (videlicet Dei pietatem, & merita Redemptoris) in maximam Spem adsurgit, quod adsequi aliquando possit æternam vitam.

55. Ad Pritanium modo revertatur oratio, ut sentias Alethophile, num rigidus Calvinista fuerit, an Catholicus Doctor. A pag. 80. ad 84.

(*a*)

(*a*) I. Petr. 1. (*b*) §. IV. pag. 340. & §. V. pag. 343. (*c*) Cap. 8. pag. 84. (*d*) Matth. Cap. 11. 28. (*e*) Cap. 3. 16.

(*a*) fundamenta jacit Spei Christianæ, Dei videlicet Benignitatem, ac veracitatem, necnon merita Redemptoris Jesu. Fundamenta isthæc vere quidem explicat; sed quantum sustinet parvæ molis Libellus. Nempe, quæ pro nobis fecerit Deus exponit, ejusdem in nos Caritatem; quæque promiserit; pariterque quæ bona contulerit Redemptor Jesus. Ex hisce a Pritanio expositis, necessario colligendum se offert, ut & cæci vident, & modo posuimus (*b*) & quod firmiter sperare possimus æternam vitam, & quod dignoscenda se offerat immensa in nos Caritas Dei; Ex quo, inquam, tanta pro nobis reapse fecerit *efficacissima* voluntate: ex quo voluntate etiam *absoluta* cuncta ex sese ordinaverit ad nostram salutem. Quæ ex expositis a Pritanio subinferuntur, ea colligit ipse, cum ait: „ Bella e compiuta Speranza *per ciò* è quella di un Cristiano, il „ quale dall' un canto si sente affidato dalle *promesse*, e dalla *Benignità* „ di Dio. " (En ubi Pritanius infert, quod possit Fidelis æternam vitam sperare.) „ E sa, che per la sua salvezza *è tutto impegnato* quel divin Salvatore. " Et en ubi infert, quod agnoscat Fidelis immensam in se Caritatem Dei; qui omnia ordinavit, ut possit ille adsequi Regnum Cælorum, quæ certe dilucida veritate nituntur.

56. Ubi hic, quæso Alethophile, rigidus Calvinismus, & salutis certitudo in Fideli, quod Pritanio appingis, ex quo scripserit: *Bella e compiuta Speranza ec.* Post hæc verba scribit ille (*c*) „ Ora io dico, esser „ ben giusto un tal Timore (di non salvarsi) e gran tempo ha, che „ l'Apostolo delle Genti ci avvisò (*d*) che *con paura, e tremore dobbiamo* „ *operar la nostra salute*. Però la Speranza de' buoni Cristiani ha sempre „ da aver' a' fianchi per sua guardia il Timore. " Et qui timendum prædicat de salute cum Apostolo, quomodo infamari potest, quod doceat securitatem? Adtende, Alethophile, adtende. Aliud certe est securos nos esse de Dei in nos Caritate, omnia ordinantis ad nostram salutem; aliud de salute nos certos esse. Dei Amorem in nos liquido manifestat voluntas ejus *efficacissima*, ac *absoluta*. (*e*) Et idcirco de hoc securi sumus. Salutis autem certitudo haberi nequit, posita etiam hac voluntate Dei; nimirum necessario etiam exigitur libera Arbitrii nostri cooperatio ex Gratia in bono perseveranter tenendo: quod num in finem usque habituri sumus, impervium nobis omnino est, nisi superna illuxerit Revelatio. Audi Pritanium isthæc edocentem (*f*) *Non possiam certo dubitar delle promesse di Dio; ma possiamo ben dubitare di noi*. Breviter quidem, sed nervose. Affirmat similiter, ad reapse habendam salutem necessario requiri liberam Arbitrii cooperationem, & ante, & post ea *Bella e compiuta Speranza ec.* Nempe ait: *Adunque ragion vuole, che la Speranza de' Cristiani vada accompagnata coll' esecuzione della Legge di Dio*. Et: *E dall' altro canto si studia il Cristiano di esser fedele al suo Dio, operando ciò, che da Lui vien comandato, ed abborrendo ciò, che da Lui vien proibito*. [*h*]

57. Num mussitando dixeris, Alethophile: voluntas Dei *efficax*, *absolutaque* semper impletur... Siste. Illam dumtaxat voluntatem Dei *efficacissimam* diximus, & *absolutam* (in præsenti negotio) quæ reapse imple-

(*a*) Cap. 8. (*b*) Sup. n. 54. (*c*) Pag. 86. (*d*) Ad Philip. cap. 2. 12. (*e*) De qua sup. n. 54. & 55. (*f*) Cap. 8. pag. 86. (*g*) Vide ibidem pag. 85.

ta est. Nimirum voluit Deus, & operatus est reapse Incarnationem &c. & isthæc ad nostram salutem ordinavit. Cum hac tamen voluntate quot a Deo reprobantur Fideles! Voluntas autem, qua aliquos Deus eligit ad Gloriam, includit pariter & Gratiæ collationem cum libera cooperatione creati Arbitrii usque ad Perseverantiam finalem inclusive. Quam voluntatem num habuerit Deus de nobis, pie tenemus quidem, sed certo nos latet. Ex hisce omnibus hanc tene consecutionem, Alethophile: *Igitur rigidus Calvinismus Pritanii in solis Ideis tuis invenitur; dum de eo scribis (a) E come distingueraſſi egli da un rigido Calvinista?*

§. XII.

Alethophilus. (b)

58. „ Passo al resto del luogo di Lamindo. *Dall' altro canto si studia anche* (il Cristiano) *di esser fedele al suo Dio, operando ciò, che da Lui vien comandato, ed abborrendo ciò, che da Lui vien proibito.* Perchè dall' altro canto di grazia?

Animadversio XII.

59. „ Nisi alte dormires, non interrogasses certissime: *Perchè dall' altro canto di grazia?* Num simulas ignorare, quod ignorare non sineris? Ut recte queat Fidelis sperare, duo necessario exiguntur: unum, & totum, ex parte Dei, ex parte nostra alterum, sed cum Deo. Illud est *il fondamento principale della Speranza Cristiana. Esso è dall' un canto l' infinita Bontà di Dio, Misericordia, e Veracità, ed il merito infinito dell' Unigenito suo.* (c) Cuncta isthæc ex parte Dei sunt, ut nostrum nihil sit. Hinc merito Augustinus: (d) *Nam quis auderet sperare, quod Deus non dignatus esset vel polliceri, vel dare?* Verum subdit Pritanius (e) „ Ma Iddio „ Autore, e donatore a noi della Speranza, ci dà ancor questa *con esigere da noi la fedele osservanza della sua santa Legge.* „ Quod Augustinus dixerat: (f) *Et quæ Spes est nisi de aliqua conscientiæ bonitate? Speique ipsi adde Caritatem.* Hoc Pritanio est *l' altro canto*, quod nostrum est; sed Gratia Dei nobiscum. Hinc positis dumtaxat divinis promissis, Misericordia Dei, Veracitate, Potentia, necnon meritis Redemptoris Jesu, ne quidem jure posset Fidelis adsequi cæleste præmium, nisi custodiendo mandata. *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata.* Isthæc autem mandatorum custodia ex parte se tenet Fidelis, sed freti auxilio divino. En idipsum est, quod ait Pritanius: „ Dall' altro canto si studia anch' egli di essere fede„ le al suo Dio, operando ciò, che da Lui vien comandato ec. "

60. Prosequeris: „ Perchè non si ha la Speranza da appoggiare unica„ mente, e per ogni verso alla grazia celeste? " Quia Christi lex est: Si vis ad vitam ingredi *serva mandata.* Exigitur nimirum necessario etiam libera humani Arbitrii cooperatio, & observantia mandatorum. Oblitus es, quæ vere scripseras (g) „ Iddio è la prima Causa, noi la seconda dopo

(a) Pag. 344. (b) Pag. 344. (c) Pritanius cap. 8. pag. 80. (d) Tract. 34. in Joan. n. 9. (e) Pag. 83. (f) Serm. 148. n. 6. alias 16. de verbis Apost. (g) Pag. 345.

„ dopo di Lui. Iddio opera tutto in noi, e noi siamo *cooperatores Dei*.“ (Ut libera igitur habeatur Mandatorum custodia, non sufficit solus Deus.) „ La volontà dell' uomo è quella, che crede, che spera, e che fa le „ opere della Fede; ma Iddio è quegli, che forma in essa l' azione del „ credere, dello sperare ec. “ Spes igitur nostra reapse consequendi æternam vitam, non solum exigit Deum, ejusque Gratiam, sed & Arbitrii cooperationem sub Gratia. Et isthæc sunt Pritanii *i due Canti*: Nempe *La Causa prima*, e *seconda*, *l' uomo che crede*, e *Iddio*, *che forma in esso l' azione del credere ec.* Displicere nequeunt tibi, quæ tua sunt.

61. Cæterum soli Deo innititur Spes nostra quo ad principale fundamentum, videlicet Misericordiæ Dei, Veracitati, Potentiæ, necnon & Meritis Christi; quod & ait Pritanius (*a*) „ E qui si dee osservare il „ *fondamento principale* della Speranza Cristiana. Esso è la Bontà di Dio, „ Misericordia, Veracità, ed il Merito infinito di Cristo. “ Opera autem bona conditio sunt, ut recte sperare queat Fidelis, adepturum se aliquando vitam æternam. En Pritanium: (*b*) „ Adunque ragion vuole, „ che la Speranza de' Cristiani vada *accompagnata* coll' osservanza de' co„ mandamenti di Dio ec. “ Hujusmodi observantiam *concomitantem* dixit Spei nostræ, non *præcedentem*, cui ceu fundamento inniteretur ipsa. Et alibi (*c*) inquirit: „ Se al Cristiano sia lecito, e conveniente il mettere „ in queste buone opere la Speranza della vita eterna “ quod exemplo Sanctorum inficiatur aperte. Cæterum & ipsa Opera bona cælesti Gratiæ innituntur, sine qua numquam essent.

62. Ais: „ Lasciamo dunque la differenza de' *canti*, e raccogliamo tut„ ta la nostra Speranza nell' unità del fonte, *ex quo omnia*. “ Quid ais, Alethophile? Tu vere statuis *la differenza de i Canti*, scribens, quod operum bonorum *Dio sia la prima Causa*, *noi la seconda dopo di Lui* (*d*) & scribere audes: *Lasciamo la differenza de' Canti*? Apage palpabiles tenebras scrupulorum.

§ XIII.

Alethophilus. (*e*)

63. Ut brevitati studeatur, fideliter reddentur sensus Alethophili. Pluribus Pritanium impetit, quod Gratiam suapte natura efficacem non profiteatur; & adeo scrupuli incalescunt, ut urbane prorsus eum subindicare velit Pelagianum hoc suo ratiocinio: (*f*) „ Ora se questi termini d' *inspi*„ *rare*, e di *ajutare* (a Pritanio admissi, ut fatetur) che alla fine con al„ tri simili significanti diverse sorte di Grazia, fuor di quella, che *indit* „ *Caritatem*, ammessi furono anche dai Pelagiani (*g*) abbiano da ricevere „ un senso pienissimo, e conforme alla Fede nel nostro Autore, io nol „ voglio dire: dirò bene, che il suo modo di parlare non può piacere a i „ veri difensori della medesima. “

LII 2 Ani-

(*a*) Cap. 8. pag. 80. (*b*) Pag. 84. (*c*) Cap. 5. pag. 55. (*d*) Lege n. 56. (*e*) A pag. 347. ad 353. (*f*) Pag. 353. (*g*) Ex August. Lib. III. oper. imperf.

Animadversio XIII.

64. Nimis hic audax, Alethophile! Depone, nam tuum non est, censoriam hanc virgam exercere. Jam reor, probe nosti, capitales Pelagii errores fuisse, ut in Natura sola omnem statueret vim salutariter operandi. Quod si aliquando ad declinandam Catholicorum exsecrationem, visus est Gratiæ adjutorium ad singulos actus admittere; dixit quidem, sed *ideo Dei gratiam omnibus dari; ut quod facere per liberum jubentur arbitrium, facilius possint implere per gratiam*. (*a*) Professus item est aliquando Pelagius (*b*) *Medicinale Salvatoris auxilium tantum in hoc ponit, ut ignoscat commissa præterita, non ut adjuvet ad futura vitanda*. Cum dilucidius monstraveris, eadem docuisse Pritanium, tunc jure conclamabis Pelagianum. Verum nunc ego tibi, & omni jure, quod verissime somnies; sicut etiam cum pag. 348. videris velle intelligi, quod in negotio nostræ salutis Pritanius affirmaverit *un patto con Dio, ch' esiga qualche cosa, che vi dobbiamo mettere come da noi tanquam ex nobis, senza riceverla da Dio*.

65. O millies bone, & te referente, scribit Pritanius (*c*) „ Abbiamo „ senza dubbio a diffidarci di noi, perchè noi da noi stessi non siamo „ possenti ad eleggere il bene, e a fuggire il male; ma col soccorso del- „ la Grazia di Dio per mezzo di Gesù noi potremo tutto. “ Item (*d*) „ Supplicar Gesù della presente sua Grazia, necessaria in ogni momento „ a noi, per far il bene, e non commettere il male. “ (*e*) Num voces istæ Pelagiani hominis sunt? Apage inanissime somniantem!

66. Scripsisti (*f*) admissas a Pelagianis voces *significanti* diverse sorte di *Grazia fuor di quella, che* INDIT CARITATEM. Quid si Pritanius vocem hanc admiserit Pelagianis invisam? Adtende loquentem (*g*) „ Possiamo a dirittura inviare i nostri memoriali a quel santo Amore (ad Spiritum Sanctum) acciocchè in noi accenda quel fuoco celeste. “ Idem prorsus idem est *indere Caritatem*, & *accendere in noi il fuoco celeste*, nisi quod latinum illud, hoc Italicum est. Item in opere *de Ingeniorum Moderatione* (*h*) cum Augustino (*i*) fatetur, quod Gratia nobis necessaria sit *Inspiratio dilectionis, ut cognita sancto amore faciamus*. Porro nullum discrimen inter *Inspirare*, & *indere*. Num saltem modo unus te scrupulus urgebit, ut Pritanium minime credas Pelagianum? Quid? qui in modo laudato Opere per plura Capita Pelagianum Phereponum (Joannem Clericum) insectatur, qui Pelagii deliramenta exsufflat, Pelagio ipse subscripsisse dicetur? Apage somniantem! Sed dilucidius quid accipe. De Pelagianis disserens Augustinus ait (*k*) „ Legem quippe diversis locutionum modis, & „ varietate verborum in disputationibus suis volunt intelligi gratiam; ut „ scilicet a Domino Deo adjutorium *cognitionis* habeamus, quo ea, quæ „ facienda sunt, noverimus, non *inspirationem dilectionis, ut cognita sancta* „ *amore faciamus*, QUÆ PROPRIE GRATIA EST. “ Cæcus sis, oportet, nisi videris, quam longissime a Pelagio distet Pritanius. Profitetur ista cum

(*a*) Apud August. Epist. 186. ad Paulinum. (*b*) Lib. de nat. & grat. cap. 34. n. 39. (*c*) Cap. 8. pag. 87. (*d*) Cap. 3. pag. 35. (*e*) Vide pag. 86. & 95. (*f*) Vide num. 59. (*g*) Cap. 4. pag. 43. (*h*) Lib. III. cap. 6. (*i*) Lib. IV. contra duas Epist. Pelag. cap. 5. n. 2. (*k*) Ibidem.

cum Augustino *Inspirationem dilectionis*, *ut cognita sancto amore faciamus, quæ proprie Gratia est;* inficiatur ille. An idem sentient, qui tam opposita sentiunt?

§. XIV.

Alethophilus. (a)

67. „ Il Pritanio (b) reca il passo dell' Apostolo (c) così volgarizzato:
„ *Io posso tutto con quel Signore, che mi conforta, ed ajuta*. Io gli dimando
„ volentieri, perchè nel luogo dell' Apostolo, che dice: *Omnia possum in*
„ *eo, qui* me confortat (il Greco ha maggior forza, cioè *in Christo exer-*
„ *cente in me virtutem suam*) abbia tradotto Tò *in eo* con quel Signore?
„ E' egli lo stesso il dire: *Il tutto posso con un' altro, che mi ajuta*; e il di-
„ re: *Il tutto posso in virtù e grazia, per la forza che mi fortifica?* Ha egli
„ sentita la forza della vera traduzione? L' ha egli sfuggita studiatamen-
„ te? Ne lascio al Lettore il giudizio.

Animadversio XIV.

68. Et Lectoris judicium est, Alethophilum somniando scripsisse. Annon vides, quæ nequit Cæcus non videre, ad litteram prorsus vertisse Pritanium ea: *Omnia possum in eo, qui me confortat*: *Io posso tutto con quel Signore, che mi conforta?* Si tibi igitur castigandus Pritanius est, cur non est Apostolus? Optabas nimirum, ut Pritanius verteret: *Il tutto posso in virtù, e grazia, per la forza di chi mi fortifica*: at quia isthæc omisit, emendatione dignus est. Verum & eadem omisit Apostolus. Tibi igitur uterque castigandus erit. Vides, quo scrupuli tui te præcipitem agant?

69. Quid tibi vult hisce suis Apostolus? Nempe *omnia possum cum divino auxilio, quod mihi est a Domino meo*. Jam enim dixerat (d) *Sufficientia nostra ex Deo est*. Idem igitur significant ea Pritanii: *Io posso tutto con quel Signore, che mi conforta*: Addidit: *ed ajuta*; ut clarius illud exprimeret: *Auxilium meum a Domino* (e). Si vero displiceat tibi, quod Tò *in eo* verterit *con*: noli, quæso, indignari: Sensum hunc ex Apostolo didicit: *Non ego, sed Gratia Dei mecum* (*con me*) & ex Jeremia (f) *Dominus autem* MECUM *est* (*con me*) *tanquam bellator fortis*. Quæ Jeremiæ eadem significant, ac ea Apostoli: *Omnia possum &c.*

70. Verum dic sodes, bone Alethophile: *Hai tu sentita la forza della vera traduzione?* Certissime convinceris ex eis, quæ scribis, minime intellectam a te. Advoca Judices doctos, indoctos, etiam stupidos (dummodo nequaquam dormiant) omnes una voce clamabunt, in idem recidere hæc duo: *Il tutto posso con quel Signore, che mi conforta ed ajuta*, & *Il tutto posso in virtù e grazia, per la forza* di chi mi fortifica. Prima enim propositio etiam significat: *Mi dà forza, ed ajuto*. Igitur hæc scribens somniabas. *Ne lascio al Lettore il giudizio*.

§. XV.

(a) Pag. 350. (b) Cap. 8. pag. 83. (c) Philip. 4. 13. (d) 2. Cor. c. 3. (e) Ps. 120. (f) Cap. 20. 2.

§. XV.

Alethophilus. (a)

71. „ Si contenta il Pritanio dire alla pag. 90. che in un Peccatore, „ che riflette al pericolo di perdersi per sempre , non è da *condannarsi* „ *il suo qualunque siasi atto di Speranza*. E poco dopo: *Pure sarà lodevole* „ in costui *la Speranza*. Tenui e meschine espressioni. "

Animadversio XV.

72. Si antecedentia considerasses Pritanii, temperasses certe ab hac censura. Pag. 89. inquirit: „ quale Speranza convenga a' Peccatori attuali, „ e in disgrazia di Dio? " Respondet: „ Durante la loro inimicizia con „ Dio, sarebbe ingiuriosa allo stesso Iddio la Speranza di salvarsi. " Pag. 90. de eisdem Peccatoribus agens ait: „ Tuttavia se un Peccatore ri„ flettendo alla miseria del suo stato, ed al pericolo di perdersi per sem„ pre, dicesse di sperare, che Iddio lo ajuterà a sorgere da que' lezzi, „ e a rimettersi nel buon cammino, non sarebbe già da condannare que„ sto qualunque sia atto di speranza in lui. " Damnaverat in Peccatoribus hisce *come ingiuriosa allo stesso Dio la speranza di salvarsi*. Cum vero in quodam hujusmodi Peccatore tantillum boni relucet ex pœnarum metu, suam emollit censuram, & ait: *Che non si abbia da condannare tal atto di speranza*. Neque ampliora de tali actu dicere poterat. Loquitur quippe de Peccatore *attuale*, *in disgrazia di Dio*, *e durante la sua nemicizia con Dio*; quin adhuc serio cogitet de sceleribus dimittendis; ut propterea eum actum imperfectissimum dixerit illis verbis: *questo qualunque sia atto di speranza*, *che nasce da un desiderio incominciato*, *ed imperfetto di mutar vita*. Quod si Peccator idem salubriori afflatu *implorasse di cuore l' ajuto dell' Altissimo*, progreditur Pritanius, & insuper nominat *lodevole la speranza in costui*. Quo igitur jure ais: *Tenui*, *e meschine espressioni*? An volueras, ut ad cælum usque efferrentur hujusmodi actus?

73. Prosequeris. „ Dicasi al Peccatore, che non solo non è condan„ nabile, se spera, ma che è anzi obbligato a sperare. " Verum hæc dixit Pritanius. Et tumet, Alethophile, de eo scribis: „ Confessa egli „ alla pag. 97. che la disperazione *è lo stato peggiore del Cristiano*; e alla pag. 95. che Iddio *ci comanda di sperare in Lui*. Quid plura exigis? Cæterum plurima sunt, quibus nititur Pritanius vel scelestissimos in firmam spem erigere. Ait I. (b) „ E quando mai per miseria nostra cadessimo, „ conviene sperare, che questo Padre delle Misericordie ci porgerà la „ mano, acciocchè risorgiamo, e torniamo a Lui. " II. Pag. 92. nimis ad rem parabolam profert Filii prodigi (c) „ Di più l'amoroso nostro „ Salvatore dipinge altrove (d) se stesso sotto la figura di un Pastore, „ che perduta una pecorella, lasciate tutte le altre, ne va ansiosamente in-

(a) Pag. 354. (b) Cap. 8. pag. 87. (c) Luc. 15. (d) Matth. 18.

in cerca; e trovatsla, se la reca in collo, e tutto festoso se la riporta „ all' ovile. " III. De Fidelibus loquens (*a*) in disperationem actis „ ostinati nelle iniquità, e che hanno sprezzato, o deriso le tante chia- „ mate di Dio per indurgli a penitenza. " De perditissimis hisce audi, quid scribat. „ Verissimo è, ch' eglino non meritano perdono per le „ tante lor colpe; ma quando mai Iddio mira al merito nostro per per- „ donarci? Egli mira al suo benedetto Figliuolo già morto per noi, che „ gli presenta il pentimento nostro, e ci fa grati a Lui. Se noi nulla „ meritiamo, merita ben tutto presso il divino Padre questo gran Me- „ diatore di Dio, e degli Uomini, questo amoroso nostro Avvocato. „ S' Egli ha meritato per cancellare i peccati di tutto il Mondo, come „ ci assicura l'Apostolo suo diletto, non ne avrà Egli tanto per lavar le col- „ pe di un' uomo solo? *Esso è, che rende propizio il Padre per li nostri pec- „ cati; non solo per li nostri, ma per quelli di tutto il Mondo*. (*b*) A terra dunque una sì bestial persuasione o del demerito proprio, o del sover- „ chio rigore di Dio. " Quid inquis, Alethophile? Son tenui, e mes- chine tali espressioni?

§. XVI.

Alethophilus. (*c*)

74. „ Ma non se li può passare facilmente ciò, che con gran fran- „ chezza aggiugne: (*d*) „ *Vedremo*, dice egli, *se per Misericordia di Dio „ arriveremo un dì nel suo Paradiso, maggior di gran lunga il numero de' Pe- „ nitenti, ammessi in tanta gloria, che quello degl' Innocenti*. " Chi glielo „ ha detto in grazia? A far bene i conti, alcuni gran Teologi asseriscono „ con buon fondamento, che due terzi degli Eletti siano i bambini, o „ i fanciulli, che battezzati sen muojono nel Signore. "

Animadversio XVI.

75. Excipis Pritanium, & ais: *Chi glielo ha detto in grazia?* At quæso te: *Chi glielo ha detto in grazia a que' tuoi gran Teologi, che due terzi degli Eletti siano i bambini, o i fanciulli?* Apagesis. In scirpo nodum quæris, omnemque submoves lapidem, ut Pritanio confles invidiam. Annon credendum est de solis adultis Electis disserere, in quibus numerosiores dicit, præ innocentibus, Pœnitentes? Incomperta quidem nobis res est; propterea conjiciendo edisserunt Theologi: cui unum placet, cui alterum; utrique tamen nulla censura digni. Sed prætereamus insulsa.

§. XVII.

(*a*) Pag. 98. & seq. (*b*) 1. Johan. cap. 2. (*c*) Pag. 355. (*d*) Cap. 8. pag. 94.

§. XVII.

Alethophilus. (*a*)

76. „ Seguita a dire il Pritanio (*b*) e lo dice con verità : *che dacchè*
„ *i Peccatori* col sodo Pentimento *hanno battuto alle porte della divina Mi-*
„ *sericordia*, *o da' Ministri suoi ne hanno ricevuta l'assoluzione, hanno costan-*
„ *temente a sperare di esser restituiti nell'amicizia di Dio.* Ma sotto il pre-
„ testo di avvalorare la speranza di chiunque si accosta a i Sacramenti,
„ non dice poi, che *il sodo pentimento* non è così facile, così ovvio,
„ frequente, comune, come si pensa da molti : che le vere conversioni
„ non si fanno ordinariamente all'infretta ec. "

Animadversio XVII.

77. Obstinatissimos scrupulos tuam reverberantes Phantasiam! Audi, adtende, & æternum tace. Non scribit Pritanius *nella Regolata Divozione* Catechesim. In hisce sat credit Populos eruditos. *Abbondano a maraviglia i Libri, che trattano ex professo di questi due santiss. Sacramenti* (Eucharistiæ, & Pœnitentiæ) *e ne parlano sovente al Popolo anche i Dispensieri della parola di Dio.* Pritanii verba sunt. (*c*)

78. Verum tui misertus ad scrupulos tuos eradicandos subtexo. Quæ ab eo exigis, scripsit; sed dormienti tibi datum non est aut legere, aut lecta percipere. Adtende eum ibidem: „ Sia lecito nondimeno parimen-
„ te a me di toccar' *alcun poco* sì importante argomento... Ed in primo
„ luogo osserveremo il Sacramento della Penitenza ..... Non favello di
„ altri abituati in alcun grave peccato, in cuor de' quali restando pur
„ qualche timor di Dio, questo li conduce talvolta al Confessionale,
„ ma indisposti affatto per profittare. Forse riuscirà loro di rubar l'as-
„ soluzione a qualche inesperto, o troppo indulgente Ministro di Dio:
„ Ma sarà egli da credere, che anche Iddio stenda la sua Misericordio-
„ sa mano sopra chi con falso dolore, e per lo più con false promesse
„ inganna il Sacerdote, e sestesso? " Item (*d*) „ Tante Confessioni si
„ fanno, e pur sì poca emendazione si mira. Siamo divoti per placar
„ Dio, e niuna divozion ci resta per guardarci dal maltrattarlo, ed ir-
„ ritarlo di nuovo. " Item (*e*) „ Un' altro punto, a cui convien far
„ mente si è, che chiunque sa di aver gravemente offeso Dio colla tras-
„ gressione delle sue Leggi, non solamente dovrebbe più degli altri ve-
„ gliare, per non offenderlo di nuovo; ma è anche tenuto a produrre
„ *frutti degni di Penitenza.* Questo è insegnamento di tutti i SS. Padri. "
Cætera lege: quæ si tibi non sufficiunt, irremediabilibus scrupulis cruciaris.

§. XVIII.

(*a*) Pag. 356. (*b*) Cap. VIII. pag. 97. (*c*) Cap. XIII. pag. 164. (*d*) Pag. 167. (*e*) & 168.

§. XVIII.

Alethophilus, & *Animadversio*. (a)

79. „ Avrei alcun'altra cosa da notare a proposito della Speranza del
„ nostro Lamindo. (*Oh quid perdidit, qui te audire non potuit !*) Ma ciò
„ che si è detto basterà a far sì, che il Lettore lo legga con precauzio-
„ ne, ed avvertenza (*Quinimo ut Observationes tuas sibilis excipiat*, & *ca-
„ chinnis*) quale li raccomando anche nella lettura del Libro *degli Eser-
„ cizj* del medesimo Autore; ove incontrai molte espressioni, che mi
„ dispiacquero (*Nil mirum, si dormitans legeris*) come pure in quello
„ *della forza dell' intendimento umano, che io per verità non ho letto*. (*Noli
„ curare : Tibi dumtaxat necessarium est Pritanii Opus legere* DE INGENIO-
„ RUM MODERATIONE.) Ma ho veduta una giusta Critica, che ne
„ fa un Anonimo, il quale vi ritrova molto da riprendere nella materia
„ della Grazia. (*Scrupulosi somniantis encomia; malum.*)

§. XIX.

Alethophilus. (b)

80. „ Sopra della materia della Grazia non posso a meno di dar quì
„ un nuovo argomento del cattivo gusto di Lamindo, cavato dal Libro
„ medesimo *della Regolata Divozione*. Al Capo X. tratta dell' *Orazione*,
„ ed ivi così scrive: (c) *Che rimedio a questo nostro sconsigliato amore, di
„ cui niuno è privo? Due principalmente ce ne insegna la santa Religione no-
„ stra. L' uno ha da venire immediatamente da Dio, ed è l' ajuto della sua pos-
„ sente Grazia, ad ottener questo, si richiede l' Orazione*. Non ti aspettare,
„ caro Lettore, ch' egli ti dica, che anche l' Orazione è un dono im-
„ mediato di Dio; e che è lo Spirito, che fa pregar i Santi *gemitibus
„ inenarrabilibus*. "

Animadversio XIX.

81. „ Quam inseparabiliter tuæ illigantur incredibiles scrupuli Phanta-
siæ! Equidem & Gratia, & Oratio sunt a Deo. Sed diversimode. Illa
immediate a Deo solo, libero non cooperante Arbitrio; ista ab arbitrio
cum Gratia. Hoc sana Fides docet: hoc profitetur Pritanius in istomet
loco, quem carpis: *L' altro rimedio è lo sforzo, che dee far' il Cristiano*,
cooperando alla Grazia di Dio. Et (e) *Supplicar Gesù della presente sua
Grazia* necessaria *in ogni momento a noi, per far' il bene, e non commettere il
male*. Sed ais: „ Anche l' Orazione è un dono *immediato* di Dio. " Quid
Tò *immediato* intelligis? Quod sit a solo Deo? deciperis. Dogma Fidei
est, quod cooperatio requiratur Arbitrii. Intelligis quod necessario sit ab
Mmm Ar-

(a) Pag. 358. (b) Ibid. (c) Pag. 144. (d) Roman. 8. (e) Cap. 3. pag. 35.

Arbitrio cum Gratia? Et hoc, ut vidisti, profitetur Pritanius. Si autem exigas cum Arbitrio Gratiam reipsa efficacem: Exige ut, & quantum volueris; At expressum Dogma Fidei non est; ut liceat proinde aliter aliis sentire. Tu autem, qui ais (*a*) quod bonorum operum *Iddio sia la prima Causa, noi la seconda dopo di Lui*, scito, quod istiusmodi Caussarum effectus (salutaria videlicet Opera) *immediate* sint a Deo ceu *prima Caussa*, sed cum Arbitrio, ceu *Caussa secunda*; *immediate* sint etiam ab Arbitrio, sed cum Deo; neque enim solus Deus ea facit, neque solum Arbitrium.

82. Prosequeris. „ Senti ciò, che ti dice il Pritanio: *L'altro rimedio „ è lo sforzo, che dee far' il Cristiano, cooperando alla Grazia di Dio, per frenare questo interno cattivo consigliere*. Ed intendi bene, che questo altro „ rimedio (se ha da aver luogo la Divisione) in virtù del quale tu hai „ da cooperare alla Grazia, non viene secondo questo nuovo Maestro „ immediatamente da Dio, benchè sia scritto: *Ipse dat virtutem, & fortitudinem.* “

83. Sanam Pritanii Fidem jam audisti. Igitur quid quæris in nive nigredinem illis tuis: *Se ha da aver luogo la divisione?* Immediate a solo Deo Gratia est, immediate ab Arbitrio *lo sforzo*, che dee far' il Cristiano. En aptissimam divisionem, cujus duo membra se mutuo excludunt; licet Arbitrium Gratia indigeat, ut in suos queat conatus erumpere. Hæc carpere nequit, nisi scrupulosissimus.

§. XX.

Alethophilus. (*b*)

84. „ E questi Libri si stampano, e ristampano? *Diligam te, Domine, „ fortitudo mea;* e per vostra Misericordia guardateci Signore da questa „ pretesa *Regolata Divozione*. “

Animadversio XX.

85. Conviciandi gratia Pritanium nominas *Nuovo Maestro*. Et non puduit talem, tantumque Virum deridere in conspectu Solis hujus? qua fronte ita illum excipere, de quo tu verissime scribis [*c*] *E' meritamente accreditato e per la moltitudine delle sue Opere di vario genere, e per la bontà della vita... Io stimo l' Autore, e lo venero; e l' ho altre volte difeso, quando chi gli moveva lite, o pel Libro* de Ingeniorum Moderatione, *o per quelli della* Carità, *o del* Voto Sanguinario, *gli voleva levare l' onore d' esser* TEOLOGO? Unum tibi præsidium, quod tibi ipsi non repugnes, quod *Scrupulosus* sis, cui apprime quadrat: *Nunc hoc, nunc illud, & unoque sine ordine currit*. Te itaque, qui *Magister antiquus* es, tuismet excipio: *E queste Osservazioni si stampano?* Indoctis Typographis imposuisti, ut clancula-riis typis ederes, certo reor; neque enim vel unus cordatus homo habuerit

(*a*) Pag. 345. *b*) Pagina ultima. (*c*) Pag. 314.

buerit persuasum, probatas Observationes tuas ab uno saltem Censore: qui si legisset, potius Igni deputasset, quam Typis. Gratulare tamen tibi, quod hæ alteram lucem non videbunt; ut proinde dedecus, quod tibi pepererunt, diu nequeat permanere in Litterario orbe. Contra vero centies repetita Editio *della Regolata Divozione* in celebrioribus Urbibus Italiæ satis indubie monstrant, & Sapientiam Pritanii, & Pietatem; eique nomen æternum pepererunt, & parient. Quanto igitur famæ tuæ salubrius, si manus a scribendo cohibuisses? Potuisses certe considerare, quod innumeri pene Viri, doctrina, & pietate graves, intra Italiam, ne dicam extra, Pritanii legentes *la Regolata Divozione*, aut eam laudarunt probantes, aut ne quidem ex tuis scrupulis unum in Ea legere valuerunt. Quibus adde: Delata illa ad sacrum Tribunal Romanum, quid judicarint Censores doctissimi, certe ignoratur: at scimus pariter, quod sicut prius, omnium manibus tenetur impune. Numquid tu omnibus hisce oculatior, ac sapientior? Id unquam nemo cordatus homo credit, aut æternum credet. *Observationes* igitur tuas surda aure præterire debueram; sat quippe Sapientibus est, eas legere, ut contemnant: *& tamen respondere compellimur, nolentes deserere hominum ingenia tardiora, ad quos* istæ observationes tuæ *potuerint pervenire. Quid est ergo, quod loqueris, nesciens quid loquaris?* (a)

FINIS.

(a) Augustinus Lib. I. Oper. imperf. num. 71.

INDEX PARTIUM, ET CAPITUM.

P. PLAZZA

PARS PRIMA.

Christianorum in Sanctos propensa Devotio a præpostera cujusdam Scriptoris Reformatione vindicata simul, & illustrata.

CAPUT PRIMUM.

Frustra, & injuria moneri Fideles, ne ullum Sanctorum credant, aut vocent Deum.
Pritanius. pag. 1.

CAP. II.

Non esse Fidelibus Religionem incutiendam, ne Sanctos appellent Divos.
Pritanius. 7

CAP. III.

Sacras Ædes non soli Deo, sed ipsis quoque Sanctis, recte construi, & dedicari; quamvis Sacrificium soli Deo afferatur; & hoc etiam in honorem Sanctorum.
Pritanius. 8

CAP. IV.

Non solum Deum adorari in Sanctis, sicut in Imagine, vel Templo suo; sed ipsos quoque Sanctos esse per se venerandos veneratione absoluta.
Pritanius. 14

CAP. V.

Non esse simpliciter, & indistincte verum, quod solus Deus absolvere possit a peccatis; quodque a solo Deo, & non a Sanctis, postulanda, sperandaque sit venia peccatorum.
Pritanius. 22

CAP. VI.

Non a solo Deo, sed etiam a Sanctis, vera aliqua ratione gratias, & miracula fieri.
Pritanius. 33

CAP. VII.

Non solum Deum, verum etiam Sanctos, Benedicere Populo Benedictione profutura.
Pritanius. 48

CAP. VIII.

Sanctos ita esse in Cælo nostros Advocatos; ut eorum non tantum precibus sed & meritis, apud Deum interpositis, adjuvemur.
Pritanius. 53

CAP. IX.

Horum potius, quam aliorum Sanctorum Patrocinium, ad quasdam gratias peculiares impetrandas, nec temere, nec inutiliter a Fidelibus implorari.
Pritanius. 63

CAP. X.

Optimum esse consilium, e Sanctis aliquos in singulares Patronos, quos speciali cultu prosequamur, nobis adsciscere.
Pritanius. 68

CAP. XI.

Fas esse, certam cujusque hebdomadæ diem, etiam Dominicam, eligere, qua Sancto Tutelari majorem cultum, & honorem, privata Pietate deferamus.
Pritanius. 74

CAP. XII.

Par esse, Sanctorum merita, & miracula præconiis amplissimis celebrare: & non absurde dici, eorum aliquos majora, quam Christum, fecisse miracula.
Pritanius. 85

CAP. XIII.

Decentissime, atque utiliter honorari Sanctos spissis luminibus, pretiosis donariis, aliisque ornamentis.
Pritanius. 104

CAP. XIV.

Et si oporteat Sanctos imitari, cultum tamen Sanctorum, per se spectatum, honestum, & utilem esse posse, etiam in Peccatoribus.
Pritanius. 108

CAP. XV.

Aliquam inesse Fidelibus necessitatem, seu obligationem, omnibus communem, Sanctos, Sanctorumque Reginam omnibus invocandi.
Pritanius. 127

CAP. XVI.

Pium, ac laudabile esse, Religiosum alicujus Sancti Fundatoris Habitum, a pueris, vel a mulieribus, ex voto, aut devotione gestari.
Pritanius. 136

CAP. XVII.

Pium, & laudabile similiter esse, cum Religioso alicujus Sancti Fundatoris habitu, Pœnitentiæ, vel Pietatis studio, mori velle, ac tumulari.
Pritanius. 139

PARS SECUNDA.

P. PLAZZA.

Christianorum in Sanctorum Reginam propensa Devotio a præpostera cujusdam Scriptoris Reformatione vindicata, simul & illustrata.

PRÆLUDIUM.

Specimen Jansenianæ Reformationis in cultum Marianum.
Pritanius. 144

CAP. I.

Supervacanee, vel etiam contumeliose moneri Fideles, quod meminisse oporteat, Mariam non esse Deum.
Pritanius. 162

CAP. II.

Ad singularem B. Virginis Cultum, non falsis opinionibus induci Fideles, sed Traditione Patrum, fundata in Fide qua vere eam Genitricem Dei credimus.
Pritanius. 163

CAP. III.

Æquissimum esse, Dei Genitricem a Fide-

Fidelibus appellari haberique Dominam; ejusque servituti se mancipare.
Pritanius. 166

CAP. IV.

Mediatricis humani Generis nomen, ac munus in Dei Genitricem, secundum Christum ejus Filium, vere ac proprie convenire.
Pritanius. 173

CAP. V.

Omnes Dei, ac Christi gratias ad nos descendere per Mariam, pie admodum, ac probabiliter credi.
Pritanius. 179

CAP. VI.

Merito a Fidelibus Mariam spem suam appellari, atque in ejus Patrocinio singularem fiduciam reponi. Ab hac spe, & fiducia non esse arcendos Peccatores, quibus Mariæ cultus, & invocatio non parum conferre potest ad salutem.
Pritanius. 199

CAP. VII.

Singularem erga Deiparam Devotionem, unam esse ex insignioribus divinæ Prædestinationis Notis.
Pritanius. 203

CAP. VIII.

Propensa Fidelium in B. Virginem Devotione, superiorem aliam, Divino Redemptori nostro debitam, non infirmari, sed potius solidari.
Pritanius. 208

CAP. IX.

Litanias B. V. Lauretanæ coram divinissimo Sacramento, publicæ venerationi exposito, cantari, pium esse, atque laudabile; & non sine erroris periculo improbari.
Pritanius. 220

CAP. X.

Audito Mariæ nomine, reverentiæ caussa, caput a Fidelibus inclinari, valde consentaneum esse.
Pritanius. 242

CAP. XI.

Pie ac laudabiliter agere mulieres illas, quæ in publicum prodeuntes B. Virginis Corollam, seu Rosarium in manu gestant, vel etiam per viam orant.
Pritanius. 247

CAP. XII.

In loco etiam sordido, ubi quis alioqui reperiatur, honestum esse privatim orare.
Pritanius. 257

CAP. XIII.

Immaculatæ Conceptionis Officium recitare, & in ejusdem honorem Novendialia peragere, fas & pium esse.
Pritanius. 258

CAP. XIV.

Piæ devotæ Plebis in Dei Genitricem officia, nec a Novitate, nec a Superficialitate, nec a Superfluitate improbanda esse.
Pritanius. 266

CAP. XVI.

Auctores quinque a Pritanio in Marianæ Devotionis Reformationem advocatos.

eates, ab hac sua Reformatione esse valde alienos.
Pritanius. 280

CAP. XVII.

Singularem in Deiparam Christianorum Devotionem cum ipsa Christi Ecclesia natam, & adultam esse.
Pritanius. 292

PARS TERTIA.

P. PLAZZA.

Christianorum in Dei Genitricis, Sanctorumque Festa, Imagines, Reliquias, propensa Devotio a præpostera cujusdam Scriptoris Reformatione vindicata & illustrata.

CAP. I.

Deiparæ, Sanctorumque Festa a primis Ecclesiæ sæculis celebrari consuevisse.
Pritanius. 294

CAP. II.

Obligationem vacandi diebus festivis, præsertim Dominicis, ab omni opere servili, antiquissimam esse in Ecclesia.
Pritanius. 309

CAP. III.

Decentissimum esse, Dei Genitricis, & Sanctorum Festa splendide, atque hilariter celebrari.
Pritanius. 324

CAP. IV.

Non Fidelium in sacras Imagines nimiam Pietatem, sed Saracenorum, & Hebræorum, aliorumque perditorum hominum impietatem, ac malas artes, Iconoclasticæ hæresi caussam præbuisse.
Pritanius. 329

CAP. V.

Sacras Imagines non ad ornatum tantum, & memoriam, sed etiam ad venerationem, & cultum in Ecclesia adhiberi.
Pritanius. 339

CAP. VII.

Aliquot esse Sac. Imagines, a B. Luca Evangelista depictas, e S. Artificis manu venerabiliores.
Pritanius. 345

CAP. VIII.

Pluribus titulis pie, ac recte permoveri Fideles ad unam, præ alia, Sac. Imaginem frequentandam, & venerandam.
Pritanius. 348

CAP. IX.

Sac. Imagines non in Templis, & Ædibus privatis tantum, sed etiam in Viis, Porticibus, aliisque locis publicis, dummodo honestis, pie atque utiliter exponi.
Pritanius. 351

CAP. X.

Dei Genitricis, aliorumque Sanctorum Imagines, in sacris Processionibus solemni pompa deferri, honestissimum esse. 357

CAP. XI.

Unam, eamdemque esse Sac. Statuarum, ac reliquarum Imaginum caussam.
Pritanius. 357

C A-

CAP. XII.

Solemnissimas quasdam, præsertim Corporis Christi Processiones, historica, & veluti triumphali pompa, religiose adornari, decentissimum esse. Pritanius. 378

CAP. XIII.

Sacras Reliquias maximo semper in pretio, & honore fuisse apud Ecclesiam. Pritanius. 384

CAP. XV.

Morem gestandi Sac. Reliquias de collo suspensas, pervetustum esse, religiosum, ac salutarem. Pritanius. 388

PARÆNESIS. 390

APPENDIX.

CAP. I.

Quænam sit digna vero Theologo seligenda via in factis affirmandis, quæ unice a divino pendent arbitrio. 395

CAP. II.

Quædam examinatur divina Inspiratio, seu Revelatio a P. Plazza in medium producta. 401

CAP. III.

Producitur quædam P. Crasset Doctrina; ut videatur apertè, quo præcepta excedat pietas nostra, cum ex suo sensu dimetiri velit, quid gloriæ contulerit Deus Deiparæ Virgini. 405

CAP. IV.

Complanantur quorumdam auctoritates, quas Plazza opponit. 407

CAP. V.

S. Bernardi mens aperitur. 413

CAP. VI.

De mente agitur Sancti Bernardini Senensis. 418

APPENDIX II.

Parva quædam velitatio adversus alterum Pritanii Censorem. 422

APPENDIX ALTERA.

Scrupuli excutiuntur Alethophili Sacerdotis *adversus Cap. VIII.* della Regolata Divozione, *ubi de Theologica Virtute Spei tractat Pritanius.* 431

F I N I S.